QK41
.B34
1623

ΠΙΝΑΞ
THEATRI BOTANICI
CASPARI BAVHINI

Baſileenſ. Archiatri & Profeſſoris Ordin.

ſive

INDEX
IN THEOPHRASTI DIOSCORIDIS PLINII ET BOTANICORVM

qui à Seculo ſcripſerunt

OPERA:

PLANTARVM CIRCITER SEX MILLIVM AB IPSIS EXHIBITARVM NOMINA CVM earundem Synonymiis & differentiis

Methodicè ſecundùm earum & genera & ſpecies proponens.

OPVS XL. ANNORVM

Hactenus non editum ſummoperè expetitum & ad auctores intelligendos plurimùm faciens.

GALENVS I. de ANTID. V.

Medicus omnium STIRPIUM, ſi fieri poteſt, peritiam habeat conſulo: ſin minus, plurimarum ſaltem, quibus frequenter utimur.



MDC XXIII.

BASILEAE HELVET. *Sumptibus & typis Ludovici Regis.*

Mo. Bot. Garden,
1893

CHmielecij.

STRENVO NOBILISS. AMPLISSIMOQ.

DN. ADAMO Zorn

Reipubl. Argentoratenſis PRÆTORI
prudentiſſ.

Ejuſdemque Academiæ
CANCELLARIO DIGNISSIMO
Vt &
DOMINIS
SCHOLARCHIS ASSESSORIB.
RECTORI
ACAD. MAGNIFICO
DOMINIS DECANIS OMNIVMQ.
FACVLTAT. PROFESS.
VIRIS
CLARISS.
REVEREND. CONSVLTISS.
EXCELLENTISS. DOCTISS.
DOMINIS SVIS HONOR.

HVNC

ΠΙΝΑΚΑ SVVM
OBSERV. ET AMOR.
MONVM. PVB.

CASPARVS BAVHINVS
Baſil. ἀρχίατρος
&
ILLVST. DVCIS WIRTENB.
Medicus
ΤΥ΄ΧΗ, ΚΑΙ` ΠΟ΄ΝΩ,
offert.

DEDICATIO.

PRINCIPIBUS tantùm viris olim Medicinam facere licuiſſe, Ælianus auctor eſt, STREN. NOBILISS. AMPLISS. MAGNIF. CLARISS. REVEREND. CONSULTISS. EXCELLENTISS. DOCTISSIMIQ. VIRI. Etenim apud veteres, tàm Hebræos, quàm Ethnicos, non minùs Ars univerſa, quàm ejus non minimum fulcrum γνῶσις βοτανικὴ, in ſummo honore & exiſtimatione fuit. Hebræi, ut DEUM TER OPT. MAX. πάντων ἐάων δωτῆρα meritò ſtatuunt, ita etiam eidem, ſalutarem hancce ſcientiam, acceptam ferunt. Apud hos certè, Regum, quos Sol unquam aſpexit, ſapientiſsimus Salomo, ut in omni aliâ ὄντων φυσικῶν θεωρίᾳ exercitatiſsimus; ita etiam hanc excoluiſſe facultatem, ſacræ nobis atteſtantur paginæ, ut qui humilimas herbas, ac vaſtiſsimas arbores æquè ἀξιοθεάτους arbitratus fuerit, ut non ſolùm à Cedro Libani, ad Hyſſopum uſque quæ è pariete emergit, Plantarum hiſtoriam ſcripſerit, ſed & earundem facultates, quibus quilibet affectus ſanari poſsit, pluribus libris perſtrinxerit, quos (ut refert Flavius) metu εἰδωλολατρείας, è templo Hieroſolymitano Ezechias ſuſtulit. Ethnici hanc inventoribus excultoribusque diis dignam exiſtimarunt. Modò enim inventorē ejus ſtatuunt Apollinem, modò Æſculapium, ut & Chironem, filium Saturni & Phylliridis, ac ſi φιλῆς πείρας diceret; innuentes eum qui βοτανικῆς ritè velit, omnifariæ obſervationi experientiæque ſeſe dedat neceſſe eſſe. Imò apud hos ne Reges quidem & Principes, indagationem, & peritiam hujus Naturalis Philoſophiæ partis, ſibi indignam judicarunt. Multi enim horum, nominibus ſuis propriis, plantas à ſe inventas, inſignire, adeoque poſteritati, ſui memoriam, ſingulis vicibus, quibus plantæ ipſis ὁμώνυμοι repullulant germinantque, ingeminare atque inculcare voluerunt. Ab Illyrorum enim rege Gentio, Gentiana; Lyſimachia, à Lyſimacho Macedoniæ; à Climeno, Climenon; Telephium, à Telepho Myſiæ, regibus denominata. Taceo unde Chironium, Heraclea, Achillea, Helenium, Arthemiſia, aliæque his ſimiles innumeræ nomina ſua ſortitæ ſint. Alii, ſolâ inventione herbarum, celebrantur; Mithridati Ponti regi Scordium, Jubæ Mauritanorum Euphorbium, Echium & Anchuſa Alcibiadi Athenienſium duci nominis immortalitatem pepererunt. Solâ hac ſpeculatione, Attalus Pergami, & Evax Arabum reges, apud poſteros fulgent: quippe de hoc legitur, quòd is, de ſimplicium medicamentorum (quæ

propria

propriâ manu delinearit) facultatibus, ad Neronem plurima ſcripſerit. Sanè hi, quos commemoravi, viri illuſtres, haud alio fine, tantâ rem herbariam veneratione proſecuti ſunt, quàm quòd θείᾳ τῇ τέχνῃ Medicinæ ſummum emolumentum hujus peritia afferat. Nam ut rectè Oribaſius, ἡ γνῶσις τ̃ ἁπλῶν φαρμάκων, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς δυνάμεων, οὕτως ἀναγκαιοτάτη καθέστηκεν, ὡς μηδ' οἷόν τε εἶναι χωρὶς ταύτης ἰατρεύειν ὀρθῶς. Heroum enim veterum Medicina, ut ingenuè fatetur Homeri ſcholiaſtes, ex ſolâ ſtirpium cognitione profecta eſt; ἡ ἀρχαία, inquiens, ἰατρικὴ ἐν βοτάναις ἦν. Huic & ipſe Homerus adſtipulatur, ut pluribus aliis in locis, ita præſertim in eo, ubi Patroclus, vulnus Eurypylo ab Alexandro inflictum, curans, poſteaquam cultro telum excidit, aquâq; tepidâ ſanguinem abluit,

——— ἐπὶ δὲ ῥίζαν βάλε πικρήν.

Quid multa? imò & Eſajas Ficu, juſſu Jehovæ, vulnus Ezechiæ regis ſanavit. Certè Galenus, Medicorum, poſt Hippocratem, κορυφαῖος, omnium Plantarum Medicus, ſi unquam fieri poſsit, cognitionem ut habeat conſulit: ut quæ tam excellentibus facultatibus præditæ ſint: quas omnes ſi perſpectas haberem (ut Galenus de κρισίμων διαφοραῖς pronuntiavit) ne Æſculapio quidem medendo cederem. Et Ægyptus non aliam ob cauſam medendi peritiâ celebrata, quàm quòd naturaliter ſimplicium medicamentorum ſolum fertile habeat: ita ut idcirco veteres eidem, ut & eadem ſibiipſi, medicinæ peritiam arrogaverint. Nam

Αἰγυπτίη, τῇ πλεῖστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα
Φάρμακα, πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.

Verùm, cùm quæ Terra, entium horum beneficentiſsima parens, ſinu ſuo complectitur φυτὰ, ad infinitum penè numerum accedant, huic ſtudio difficultatem maximam affingunt: adde quòd Auctorum de his diſſenſus, atque ἀμεθοδία, hancce δυσκολίαν auget exaggeratque: hæc, ne ab hac amœniſſimâ humanoq; genere utiliſsimâ contemplatione quemquam abſterreat, de μεθόδῳ plantarumq; συνωνυμίαις cogitavimus; quæ ambo hunc in ΠΙΝΑΚΑ conjecimus.

Cui autem opus hoc, immenſo labore, multis vigiliis, ſummoque ſtudio concinnatum, offerrem, ut contra Ariſtarchorum Zoilorumq; virulentos morſus defenderetur, & tanquam Teucer ille ſub Ajacis clypeo tutius prodiret, conſideranti mihi, Vos VIRI STREN. NOBILISS. AMPLISS. CLARISS. REVER. CONSVLTISS. EXCELLENTISS. DOCTISSIMIQ. hujuſce mei fœtus Patronos Præſidesq; omnium æquiſsimos, eligere viſum fuit: Vos inquam, in omni virtutum, ſcientiarumq; genere exercitatiſsimos,

in quibus, artes penè omnes ſororio quaſi vinculo contentæ, reſplendeſcunt: Vos, qui omnium dexterrimè, ſummâ quâ polletis Prudentiâ, de literatis, literatorumq; lucubrationibus & vigiliis judicium ferre ſcitis. Quin etiam, ob ſummam utriuſque Academiæ, Argentinenſis inquam & Baſileenſis, mutuam conjunctionem & confidentiam (quò ea porrò augeatur & deprædicetur:) utpote, cùm ex veſtro Ordine Academico, VIRIS PRÆCLARISSIMIS plurimis, ſupremam inſulam, in omnibus Facultatibus, promeritam, in noſtro potiùs, quàm aliarum Scholarum Lycæo, conſequi placuerit: quorum non pauci, nunc ἐν μακαρίτοις cœleſti patriâ gaudent; non pauci vitali etiamnum aurâ fruuntur, remque literariam præclaris conatibus, tum vivâ voce, tum ſcriptis excellentiſsimis, magno literatorum emolumento exornare non deſinunt, cui, ut impoſterum, quàm diutiſsimè invigilare poſsint, à DEO OPT. MAX. animitùs precor: horum quoque plures VIRI CLARISSIMI me Diribitore, ſummæ ſuæ, in arte noſtrâ, doctrinæ βραβεῖον & honorem, impetrare voluerint. Adde, quòd multorum ex his humanitate ac benevolentiâ Opus hocce creverit, ut quibus, Plantis tranſmiſsis conatus meos promovere, placuerit. Dein, ſummè me movit εὐεργετημάτων plurimorum in me collatorum recordatio; quippe qui nullis non temporibus, omnem movi lapidem, occaſiones quærens, publicam quandam, erga beneficia accepta, gratitudinis ſtatuam erigendi. Quoties enim, tam propriæ quàm alienæ valetudinis causâ Acidulas proficiſcens, Vrbem veſtram tranſivi: Ecce toties beneficia beneficiis cumulaſtis, iiſdemque me demulcere, Vobisque obſtrictum, magis devincire non deſtitiſtis. Id quod à pluribus abhinc annis, pleniſsimè expertus ſum: cùm ſæpiſsimè, tum univerſim TOTVS SENATVS ACADEMICVS, tum ſpecialiter ex hocce Aliqui ſplendidè me excepiſtis. Imò, nuper etiam, ante ſeſquiannum ferè, ab AMPLISS. REIPVB. Veſtræ MAGISTRATV cùm aliis, tum nominatim vino honorario ſalutatus fui. Cæterùm, ut ob Privilegia nuper, in omnibus facultatibus Doctores promovendi, conſecuta, vobis congauderem; gratulationis hujus arrhabo, liber hicce meus eſto. Accedit & illud non minimum, quòd prudenti conſilio, Medicæ Facultatis commodo ſummo juvandi ſtudio, Hortum Medicum ſplendidiſsimum inſtruxiſſe vos audiverim: quo igitur ſtudioſis, in eo frequentando, animum adderem; alioſque, ad hunc diligentiùs viſitandum, alacriores excitarem, Plantarum μεθόδῳ τε καὶ συνωνύμων σύνταγμα hoc meum Vobis inſcribere placuit. Favete igitur VIRI STREN. CLARISS. REVEREND. CONSVLTISS. EXCELLEN-

LENTISS. DOCTISS. atque σύστημα hocce meum βοτανικὸν, plus quàm SEX MILLE Plantas continens,ſupra QVADRAGINTA annos meditatum,à tot Tantisque Viris toties expetitum, excipite. Suſcipite inquam eo quo offertur animo, gratitudinis, loco beneficiorum acceptorum, μνημόσυνον ſtatuendi ſtudio, tutelæ Veſtræ concretum: zephyroque benevolentiæ veſtræ demulcete. Valete, meque porrò, ſingulari Veſtræ humanitati commendatum habete; & à me, quæcunque proficiſci officia poſſunt promtiſsima, expectate. BASILEÆ ad d. XV. KL. FebruarI Anni τοῦ Θεανθρώπου CIↃ. IↃ. CXXIII. quo die (ut cum Auguſto Cæſare loquar) κλημακτῆρα, communem ſeniorum omnium TERTIVM & SEXAGESIMVM evaſimus. DEVM autem oro, ut mihi quod ſupereſt temporis, id ſalvis nobis, in ſtatu Profeſsionis meæ ad SVI gloriam & proximi utilitatem traducere liceat.

AD LECTOREM BOTANICVM
PRÆFATIO.

C*VM ante annos quadraginta quinque, Galeni præceptoris ſcripta legeremus, ſingulari fato in hunc locum ipſius, qui 3. de Compoſitione medicamentorum* κατὰ γένη *2. habetur, incidimus.* Quiſquis (*inquit*) auxiliorum undique copiam habere volet, omnis materiæ Stirpium, Animalium & Metallorum, tum aliorum terreſtrium corporum, quæ ad Medicinæ uſum ducimus, expertus eſto, ut ex eis & exacta & notha cognoſcat. Deinde, in Commentario quem de Simplicium medicamentorum facultate prodidi, ſeſe exerceat. Niſi enim hoc modo inſtructus ad præſentis operis præſidia veniat, verbotenus quidem medendi methodum ſciet, opus verò nullum ipſa dignũ perficiet. *Qua ſententia permoti, præter cæteras Medicinæ partes neceſſarias, ad Botanica, quæ auxilia medica ſubminiſtrãt, animum ſtudiumq; convertimus: & ea qua fieri potuit & ſtudio & diligentia, non ſolùm Botanographos, tanquam mutos præceptores legendo & relegendo in hunc uſque diem conſuluimus: verùm etiam & vivos quoſcunque in Germania, Gallia & Italia, per aliquot annos peregrinando, diverſis in Academiis coràm attentè audivimus, de Plantarum nominibus, viribusq; ſtudioſè inquiſivimus, & quod præcipuum erat, Plantas locis natalibus inſpiciendo, nullis laboribus, nullis moleſtiis, nullisq; ſumptibus pepercimus: cùm, ut habet Galenus loco citato,* Bonæ indolis juvenes, ut medicamentorum materiam cognoſcant, ipſimet inſpicere debent, non ſemel aut bis, ſed frequenter: quoniam ſenſibilium rerum cognitio ſedula inſpectione perficitur. *Incitavit & Dioſcoridis exemplum, qui ab ineunte juventa, jugi deſiderio cognoſcendæ materiæ allectus, permultas regiones peragravit. Hinc Galenus, ut videre eſt 1. de Antidot. 2. in Cyprum, ob metallica quædam navigavit: unde Cadmiam, pompholygem, dyphryges, aliaq; plurima in uſum Pergamenſium advexit, inprimis ingentem Chalchanti copiam, ut plenius comment. 3. in lib. de victus ratione habetur. In Palæſtinam, Opobalſami cauſa abiit: in Lemnum inſulam ſecundo (ut 9. Simplic. habetur) navigavit, ut Sigilli vel terræ Lemniæ natales inſpiceret. Verùm & ipſas plantas, quæ fieri potuit genio & ingenio lectas exſiccavimus, reſervavimus (ut in præſens Herbarum ſupra millia quatuor, præter fructus, ſemina, ligna & aromatica, penes nos habeamus) cum Authoribus contulimus. Nec his contenti, ſed ad veriorem & certiorem cognitionem, plures Medicinæ ſtudioſos, Galliam & Italiam adeuntes, rogavimus, ut omnis generis etiam vulgatiſſimas (imò ipſa Gramina & Trifolia) plantas collectas tranſmitterent, quod liberaliter ab ipſis factum, quorum nomina peculiari Catalogo (cùm nunc Doctores ſint) notata poſt Præfationem invenies. Inſuper hinc inde literis ad diverſos Viros clariſſimos, tam Doctores, quàm Pharmacopœos, Germaniæ, Galliæ, Italiæ, Angliæ, Belgii, Daniæ & Cretæ in Græcia, ſollicitare non deſtitimus, nec etiamnum deſiſtimus, ut plantas vel tranſmittant, vel de illis ſuam ſententiam, & quidem in bonum publicum, exponant. quod à multis liberaliter factum, cujus nomine gratias immenſas habemus, & ut porrò faciant, quàm officioſiſſimè rogamus, ipſorum in ſcriptis noſtris honorificam mentionem facturi. Benignum eſt (ut ſcitè Plinius in epiſtola ad Veſpaſianum) & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profecimus. Et cùm ab annis ſupra triginta, utrique ſtudio tam Anatomico quàm Botanico præfuerimus, & nihil eorum quæ Studioſis utile fore exiſtimavimus, intentatum reliquerimus, ipſos non ſolùm bis, ſecundum Scholæ noſtræ Medicæ ſtatuta, ſed ſingulis vernalibus, æſtivis & autumnalibus menſibus, aliquoties ad plana, montoſa, paluſtriaq; ad Herbarum inſpectionem & cognitionem deduximus:* nam (*ut Dioſcorides habet*) cui in animo eſt harum peritiam aſſequi, neceſſe eſt cum prima germinatione ſolo emergentibus, adultis & ſeneſcentibus, adeſſe: nam qui pullulanti herbæ duntaxat adſtiterit, adultam cognoſcere non poteſt: neque qui adultam tantum inſpexerit, nuper erumpentem noſcet. *Quare qui ſæpius adviſendas herbas & earum natales ſe contulerit, earum cognitionem maximè conſequetur. Inſuper in excurſionibus noſtris, diverſa auctorum nomina, Studioſis ad codicillos dictavimus: imò & domi poſtmodum, in ipſis Auctoribus & noſtro Horto ſicco (quod etiamnum petentibus contingit) oſtendimus: in noſtris in Dioſcoridem, & de Plantis in officinis uſitatis prælectionibus æſtivo tempore habitis, ad calamum dictavimus. Nec his contenti, ante annos viginti ſex* Phytopinacis partem primam, *in qua circiter bis mille quingentæ plantæ, methodicè ſecundùm genera & ſpecies, habita potiſſimum ratione formæ externæ, diſtributæ habentur, cum uno alteróve Synonymo exhibuimus: centum & ſexaginta plantas, prius non deſcriptas, cum nonnullis figuris*

guris addidimus. Dein Matthiolum, *tum* Tabernæmontanum, *utrumque emaculatum, multis novarum plantarum deſcriptionibus, iconibus, Synonymiis & notis auctum, publici juris fecimus.* Animadverſiones *quinetiam in Hiſtoriam univerſalem Lugduni editam, easq́ʒ ſuccinctas dedimus & circiter quadringentas plantas, in eo opere, bis térve poſitas oſtendimus, idq́ʒ non cavillandi ſtudio, ſed ut ſtudioſos admoneremus, ne in eoſdem ſcopulos errorum impingerent. Et quia præter omnium exſpectationem,* THEATRI *noſtri* BOTANICI *editio differtur, ante biennium, Theatri noſtri* Prodromus, *qui circiter ſexcentas plantas à me primùm partim in Phytopinace, partim in Matthiolo, partim tunc ſolùm deſcriptas, at tanquam meas repetitas, unà cum pluribus figuris planè novis, exhibet, lucem aſpexit.* Tandem deficientibus dudum Phytopinacis exemplaribus, nunc PINACEM hunc producimus, qui non ſolùm Phytopinacem editum ſupra millenarium auctum continet, ſed & alteram partem hactenus non editam: imò etiam omnium Botanicorum nomina & differentias exhibet. *Et ne quicquam deſiderandum videretur, deſcriptiones quoque Indicarum utriuſque, magna illa volumina ſimul cuſa: ut & alios plures in eaſdem exteras regiones navigationes ſeparatim editas: atqʒ etiam Rauvvolfii, Bellonii, aliorumq́ʒ quorum in his meminimus Itineraria, immenſo ſtudio, ſummo labore diligenter perlegimus, hoc ſolo fine, quo ea, quæ memorabilia de Plantis earundemq́ʒ Nominibus continerent, huic operi insereremus: omnia quidem ea methodo, qua in Theatro noſtro uſuri ſumus: quo labore ſtudioſi in excurſionibus Herbarum inquirendarum cauſa, uti poterunt: & qui apud nos vivunt,* Catalogum *noſtrum, plantarum circa Baſileam naſcentium, ante annum editum, qui loca natalia oſtendit, adjungere poterunt, donec Theatrum noſtrum prodeat, cujus duos priores libros, quos ad prælum paratos habemus, brevi expectabunt. Interim omnes hujus ſtudii cultores & aſſeclas, amanter rogamus, ut ſi fortè animadverterint, me (quod non dubito, ſed ultrò fateor) lapſum eſſe, vel fortè bis eandem plantam repetiviſſe, hujus Studii immenſitatem cogitent, ita ut ferè Oceano ſimile dici poſſit: nam, quemadmodum* DEI *in Oceano miracula inperſcrutabilia ſunt: ſic & Botanicum ſtudium infinitum eſt, cùm indies novæ Plantæ inveniantur & ex utraque India ad nos afferantur: eoſdem officioſiſſimè rogamus, ut ubi nos lapſos animadverterint, amicè & candidè moneant (Zoilum non curo) moniti, ipſis gratias agemus, errores noſtros agnoſcemus & emendabimus: imò, ſi quid erroris, etiam non moniti, in dictis noſtris animadverterimus, ultrò fatebimur, imitaturi Dictatorem noſtrum Hippocratem,* qui *(ut Celſi verbis utar)* à Suturis ſe deceptum eſſe, memoriæ prodidit, more ſcilicet magnorum virorum & fiduciam magnarum rerum habentium: nam levia ingenia, quia nihil habent, nihil ſibi detrahunt. Magno ingenio, multaque nihilominus habituro, convenit etiam ſimplex veri erroris confeſſio, præcipueque in eo miniſterio, quod utilitatis cauſa poſteris traditur, ne qui decipiantur eadem ratione qua quis ante deceptus eſt. *Nam ut rectiſſimè Galenus,* χαλεπὸν ἄνθρωπον ὄντα, μὴ διαμαρτάνειν ἐν πολλοῖς, τὰ μὲν ὅλως ἀγνοήσαντα, τὰ δὲ κακῶς κρίναντα, τὰ δὲ ἀμελέστερον γράψαντα. *His in rem tuam,* LECTOR CANDIDE, *utere. Vale & vive, ut poſt vivas, & auctori faveas.*

Ad

CASPARVM BAVHINVM

ἐπιγράμματα.

CVI potiùs nectant benè olentia ſerta Napææ,
BAVHINE, quàm tibi, cedo?
Mille etenim herbarum, plantarum nomina mille
Collecta faſce uno doces.
Tot grates debent, quod habent ridentia plantas
Herbasq́; prata & frutices.
Cui potiùs violas, Junonia lilia, Cui nam
Mileſias ſpargant roſas?
Floreat & vigeat nomen, BAVHINE, perenne
Tibi, dum roſæ & flores erunt.
Aſſyriosq́; Tibi ad cippum poſt fata Napææ
Fundant odores perpetim.

GEORGIVS REMVS I.C.
Noricus.

LITTORA tot Ponti, tot campos viſere & Hortos
Deſine, tot Sylvas, tot prata, totq́; rupes.
Hæc loca quot Stirpes, totus quos proferat Orbis,
BAVHINI ſcriptis conſpice in Eiconicis.

PASCHALIS LE COQ Med. apud
Pictavienſes Decanus & Senior.

DE plantis Graii ſcripſerunt atque Latnii,
Scripſit Arabs, Teuto, Gallus, Iber, Italus.
De plantis quicquid ſcribunt Graii atque Latini,
Quicquid Arabs, Teuto, Gallus, Iber, Italus:
Omne hoc unus habes, BAVHINE, labore paratum
Pervigili, ingenio diſpoſitumq́; tuo.
Imò aliis non viſa, velut te Lynce, pateſcunt;
Humanis deinceps uſibus utilia.
Ergò velut nomen planta una unúsve libellus
Iſtorum ſtudiis obtinuit celebre:
Sic quoque Plantarum præſens opus, immortale
Dignum eſt Authoris nomen habere ſui:
Herbarumq́; Tibi, BAVHINE, ſcientia laudem
Debeat, an Phœbo, lis erit hæc Medicis.

SIGISMVNDVS SCHNITZERVS
Med. Bambergenſis.

QVID non BAVHINVS præſtat? nam ſublevat ægros;
Deſcribit Plantas; mortua membra ſecat.
Iactitet Herophilas, Veſalius atque Galenus
Se jactitent; noſter præſtitit auctor eos.
Illi parva docent magnis incluſa libellis;
Hic docet in parvis, magna ſtupenda, libris.
Qui BAVHINVM igitur non ſuſpicit, atq; miratur
In plantâ cerebrum calcéve molle gerit.

LAVRENTIVS HOFMANNVS HALLA-SAXO Phil. Med. & Chirurg. D.

ARTIS dictator Medicæ clariſſimus hic eſt
Noſtra cui haud ſimilem ſecla tulêre virum.
BAVHINVS ſcriptis toto celebratus in orbe
Perfectis, cujus nomen ubique ſacrum.
Quem ſtupet Auſonius, Gallus veneratur, Iberus
Miratur, Teuto cœlica ad aſtra vehit.
Solo hoc Sole viget Plantarum notio vera
Et Microcoſmi, quæ eſt hiſtoria ampla, patet.
Vt meritò Hic artis dicatur Apollo & Apelles
Tam clarè illuſtrat quæ latuêre priùs.
Vivat BAVHINVS decus immortale medentum;
Perpetuò felix floreat & vigeat.

JOANNES CAROLVS Roſenberg
Argentin. Med. & Ph.D.

NOMINA AUTHORUM
quorum operâ uſi ſumus.

ADAMUS Lonicerus: is herbarium Eucharii Röslin ſui in officio Francofurti anteceſſoris, Germanicè ſcriptum quartò auxit, & poſtremò anno 1569. prodiit: poſtmodum remoto Eucharii nomine, ſuum præfixit, & cum figuris 833. circiter, anno 1582. dedit. Francofurti.

ADAMI Zaluzanii methodi herbariæ libri tres. Francofurti 1604. 4.

ADRIANI Junii Medici, phallus ex fungorum genere in Holandia: Delphis 1564. 4. cum figura.

ADRIANI Spigelii Patavini Profeſſoris, Iſagoges in rem herbariam libri duo. Patavii 1606. 4.

ADVERSARIORUM opus à Petro Pena & Matthia de Lobel, Londini anno 1570. editum, additis circiter 284. figuris: poſtmodum anno 1576. Antuerpię novus titulus præfixus, epiſtola ad Reginam omiſſa: cui operi Lobelius Obſervationes ſuas cum novis figuris junxit.

ÆGIDII Everhardi, Antuerpiani, de herba panacea ſive Nicotiana commentariolus, ejus vires proponens: ejuſdem de uſu radicis Mecoachæ. Antuerpiæ 1587. 16.

ÆMILII Macri Veronenſis poëſis de Herbarum virtutibus, cum obſcuriorum ſuccincta expoſitione Georgii Pictorii Villingani Medici. Baſileæ cum figuris 52. ex Creſcentio. 1581. 8.

ALEXANDRI Petronii, de victu Romanorum & valetudine conſervanda libri 5. Romæ 1592. 4.

ALOYSIUS Anguillara horti Patavini tertius in ordine præfectus, de plantis ſuam ſententiam diverſis communicavit: opuſculum in partes 14. diviſum, opera Johannis Marinelli Italicè prodiit (additis duabus figuris Chamæleontis & Sedi arboreſcentis) Venetiis 1561. in 8.

ALOYSIUS Mundella Medicus Brixienſis, horti Patavini ſecundus in ordine præfectus, Epiſtolarum librum unum (in quo 36. epiſtolæ) & Annotationes in Examen ſimplicium Braſavolæ ſcripſit: cum Epiſtolis Manardi ſimul cuſa, Lugduni 1556. in fol.

AMATI Luſitani in libros quinque Dioſcoridis enarrationes, additis diverſarum linguarum nominibus. Argentinæ 1554. in 4.

ANDREAS Bellunenſis notis in Avicennam.

ANDREAS Cæſalpinus Aretinus, in Acad. Piſana Profeſſor, de plantis lib. 16. ſcripſit, nullis figuris additis: prodiêre Florentiæ 1583. Ejuſdem appendix ad hos libros, Romæ 1603. in 4.

ANDREÆ Lacunæ, commentaria in Dioſcoridem cum figuris Hiſpanica lingua conſcripta. Salmant. 1552. fol.

Ejuſdem annotationes in Dioſcoridem, in quibus Ruellii verſio caſtigatur. Lugduni 1554. 16.

ANDREÆ Theveti Coſmographia, Gallicè edita cum figuris aliquot plantarum & animalium.

Ejuſdem ſingularitates Galliæ Antarcticæ ſive Americæ, cum 11. figuris plantarum, Gallicè: Lutetiæ 1557. 4.

ANGELUS Palea & Bartholomæus ab Urbe veterum Ordinis minorum obſervantiæ provinciæ Romanæ, annotationes in Antidotarium Meſues. Venetiis 1543. fol.

ANTONII Mizaldi de Sena opuſculum. Lutetiæ 1574. 8.

Ejuſdem hortorum ſecreta: item de Arborum inſitione & dendranatome. Ibid. 1575. 8.

ANTONII Muſæ Braſavoli Ferrarienſis, examen omnium ſimplicium quorum in officinis uſus eſt. Lugduni 1556. 16.

ANTONII Paſini annotationes & emendationes in verſionē Dioſcoridis à Matthiolo propoſitam: Italicè. Bergomi 1591. 4.

APULEIUS Platonicus de Herbarum virtutibus, addita demonſtratione herbarum ſingulorum ſignorum Zodiaci, nec non & ſtellarum errantium. Lutetiæ 1528. in fol.

ATHENÆI Deipnoſophiſtarum lib. 15. Græcolatin. cum Dalechampii interpretatione. 1597. in fol.

AUGUSTINI Galli Preſſani de Agricultura, Italicè. Venetiis 1569. 4.

BARTHOLOMÆI Carrichteri liber, oſtendens ſub quo ſigno Zodiaci & in quo gradu plantæ ſitæ ſint, & quando colligendæ, Germanicè. Argent. 1589. 8.

BARTHOLOMÆI Marantæ Venuſini, me-

thodus cognoſcendorum ſimplicium lib. 3. Venetiis 1559. in 4.

Ejuſdem de Theriaca & Mithridatio lib. duo à Camerario Latinè redditi. Francofort. 1576. 8.

BASILII Beſleri faſciculus rariorum animalium, lapidum, maritimorum & fructuum, cum iconibus fructuum 54. maritimarum plantarum 12. &c. In fig. oblonga, Norinbergæ.

Ejuſdem Horti Eyſtettenſis deſcriptio cum figuris 1083. Norinbergæ. 1613.

BENEDICTI Aretii deſcriptio montium Stocchornii & Neſsi in Bernatum ditione, & ſtirpium in eis naſcentium: cum Cordo impreſſa.

BERNHARDI Deſſenii Cronenburgii Medici Colonienſis lib. 10. de compoſit. medicam. cum ingredientium explicatione. Francof. 1555. in fol.

BERNHARDI Paludani Medic. Encuſani, notæ ad Linſcottii hiſtoriam Indicam, additæ Operibus Indicis.

BOTANICUM Francofurtianum: ſunt icones Eucharii Rœslin cum ſolis nominibus.

CAROLUS Cluſius, Dodonæi hiſtoriam vernacula lingua conſcriptam, Gallicam fecit, & corollarium de aromatibus addidit, cum figuris quæ ſeparatim in octavo prodiêre anno 1560. in fol.

Idem Garziæ ab Horto dialogos de aromatibus & ſimplicibus Luſitanicè conſcriptos, in Epitomen contraxit, Latinos fecit, annotatiunculis & figuris plantarum 30. illuſtravit. Antuerpiæ anno 1574. 8. cujus editio quinta auctior, additis 36. figuris cum ejuſdem exoticis 1605. in folio prodiit.

Idem Nicolai Monardis de medicamentis Indiæ Occidentalis, ex Hiſpanico tranſtulit, notis & figuris 9. illuſtravit: Anno 1574. 8. cujus editio quarta cum exoticis excuſa eſt.

Ejuſdem Monardis lib. tertius ab eodem Latinè redditus, Antuerpiæ 1583. in 8. cuſus.

Idem Chriſtophori Acoſtæ hiſtoriam ex Hiſpanico Latinam fecit, in epitomen contraxit, Scholiis illuſtravit, & anno 1582. edidit: tertiò verò additis ſex figuris cum exoticis anno 1605. in fol. prodiit.

Idem de plantis per Hiſpaniam obſervatis, lib. duos ſcripſit, figuris 230. additis. Antuerpiæ anno 1576. in 8.

Idem de Simplicibus per Pannoniam & Auſtriam obſervatis libros quatuor conſcripſit, figuras 353. addidit. Antuerpiæ 1583. in 8. Verum tam Hiſpanica quàm Pannonica hiſtoria aliis juncta in folio, anno 1601. excuſa fuit.

Idem Hiſtoriam plantarum rariorum cum appendice & auctario, additis figuris 1135. anno 1601. Antuerpiæ publici juris fecit.

Idem exoticorum libros decem ſcripſit, quorum ſex priores variam materiam circa animalia & plantas cum iconibus plantarum 194. continent. Item Garziæ lib. 2. Ch. Acoſta lib. 1. Nic. Monardis lib. unum, qui prius ſeparatim prodiêre. Item Nicol. Monardi lib. 3. de lapide Bezoar & Scorzonera, de Ferro & Nive, Anno 1605. in fol.

Ejuſdem curæ poſteriores poſt mortem editæ, additis 27. figuris, & libello Gregorii de Regio de Pipere Indico. His additamentum (unica figura adpoſita) jungitur. Antuerpiæ 1611. fol.

CAROLI Stephani domus ruſtica Gallicè ſcripta, 1554. in 4.

Ejuſdem de re hortenſi libellus, Lugduni 1536. in 8.

Ejuſdem Seminarium ſive plantarium earum arborum quæ poſt hortos conſeri ſolent, Lugd. 1537. 8.

CASPARUS Bauhinus in Phytopinace 2460. plantarum nomina cum aliquot Synonymiis exhibuit, & 164. deſcriptiones novarum plantarum, octoque figuras adpoſuit: Baſileæ 1596. in 4.

Idem P. Andreæ Matthioli opera omnia, in Germania prius non cuſa, emaculata dedit, additis 330. figuris & 50. novis ab ipſo primùm deſcriptis, cum Synonymiis. Francofurti 1598. fol.

Idem Animadverſiones in Hiſtoriam generalem Lugduni cuſam, in quibus circiter 400. figuras in illo opere bis terve poſitas & repetitas eſſe oſtendit. Francofurti 1600. in 4.

Idem Jacobi Theodori Tabernæmontani hiſtoriam Germanicam correxit, maxima parte auxit: figuras novas plures addidit: nonnullas deſcripſit & parti primæ Synonymias adpoſuit. Francofurti 1613. in fol.

Ejuſdem Prodromus ſui Theatri Botanici, in quo circiter ſexcentæ plantæ ab ipſo primùm deſcriptæ, additis 140. novis figuris, Francofurti 1620. in 4. editus eſt.

Ejuſdem catalogus plantarum circa Baſileam ſponte

ſponte naſcentium, cum earundem Synonymiis & locis natalibus. Baſileæ 1622. in 8.

CASPARI Pilleterii Middelburgenſis Medici, plantarum ſynonymia alphabetico ordine propoſita. Middelburgi 1610. 8.

CASPARI Schwenckfeldii catalogus ſtirpiũ & foſsilium Sileſiæ. Lipſiæ 1601. 4.

CASTORIS Durantis Medici Romani, herbarium novum cum figuris plantarum quæ in tota Europa, India Orientali & Occidentali naſcuntur Italicè, viribus Latinis verſibus expreſſus: Ordinem alphabeticum obſervavit, & plantarum figuras 879. adpoſuit. Romæ 1585. folio.

CECHINI Martinelli diſcurſus de Amomo & Calamo aromatico, Italicè. Venetiis 1604. 4. Ejuſdem diſcurſus examen, authore incerto, cum utriuſque figura, Mantuæ 1605. 4.

CHRISTOPHORI Acoſtæ Africani Medici & Chirurgi hiſtoria eorum medicamentorum & Simplicium rariorum, quæ ex India Orientali in Europam adferuntur, Hiſpanicè primùm, dein Italicè edita, additis 43. figuris. Venetiis 1585. in 4. hanc in Epitomen contractã, Cluſius Latinam fecit.

CHRISTOPHORI Encelii de re metallica lib. 3. & de Uva quercina. Francofurti 1557. 8.

CLAUDII Galeni de facultatibus ſimplicium lib. 11. & alimentorum lib. 3. & de compoſ. medic. in Operibus ipſius.

CLAUDII Rochardi pharmacopœi Trecenſis, tractatus de Abſinthiis, cum Jo. Bauhini tractatu editus.

CONRADI Geſneri hiſtoria plantarum & vires, ex Dioſcoride, Ægineta, Theophr. Plinio & recentioribus Græcis juxta elementorum ordinem. Venetiis 1541. 16.

Ejuſdem Catalogus plantarum quadrilinguis: Tiguri 1542. in 4.

Ejuſdem de Lunariis & noctu lucentibus, cum figuris quinque & montis Fracti ſive Pilati Lucernatum deſcriptione. Ibid. 1552. 4.

Ejuſdem de hortis Germaniæ liber, cum appendice & Corollario ad Cordi hiſtoriam in quo figuræ quinque: cum Cordi operibus, Argentinæ 1561. fol.

Ejuſdem de foſsilibus, lapidibus & gemmis, cum maritimarum plantarum octo figuris, Tiguri 1565. 8.

Ejuſdem Epiſtolæ medicinales per Caſp. Wolfium editæ: addita de Aconito primo aſſeveratione cum tribus figuris. Tiguri 1577. 4.

Ejuſdem de Stirpium collectione, per Wolfiũ edit. Tiguri 1587. 8.

CONSTANTINI Cæſaris de agricultura libri 20. opera Jo. Alexandri Braſsicani editi Græcè: Baſileæ 1539. 8. Iidem à Jano Cornaro Latinè redditi: Baſileæ 1540. 8.

CRISPINI Paſſæi junioris horti floridi partes duæ, florum, fructuum herbarumque icones 325. cum brevib. deſcriptionibus ſecundum quatuor anni tempora. Arnhemii 1614. 8. forma oblonga.

DAVIDIS Kyberi lexicon rei herbariæ trilingue: item tabulæ collectionum per 12. menſes Conradi Geſneri. Argentinæ 1553. 8.

EMANUELIS Swertii florilegium, in quo præter figuras plurimas etiam 47. plantæ ex India utraque allatæ, hactenusque non deſcriptæ adduntur. Francofurti 1612. folio.

EUANGELISTÆ Quadramii Eremitæ, Theol. D. & Ducis Ferrarienſis Simpliciſtæ tractatus de Theriaca & Mithridatio: Ferrariæ ann. 1597. in 4.

EUCHARII Rœslin Medici Francfordiani herbariũ aliquoties Germanicè cuſum, prius ſub Jo. Cubæ anteceſſoris ſui, dein ſuo, tandem Ada. Loniceri nomine.

EURICII Cordi Simeſuſii Medici Botanologicum per Dialogum propoſitum, Coloniæ 1534. 8.

FABII Columnæ phytobaſanos cum fig. 34. Neapoli 1592.

Ejuſdem de minus cognitis plantis partes duæ, quarum prima figuras 161. Romæ anno 1606. altera pars cum figur. 44. Ibidem 1616. cuſa eſt.

FERRANTIS Imperati Neapolitani pharmacopœi hiſtoriæ naturalis lib. 28. cum figuris lapidum, corallorum, ſpongiarum &c. plantarum verò & fructuum 33. Neapoli 1599. folio.

FRANCISCI Alexandri Vercellenſis Medici Apollo, de compoſitione medicamentorum, radiis duodecim conſtans. Venetiis 1565. fol.

FRANCISCUS Lopez de Gomara hiſtoria Indiarum generalis.

GABRIELIS Alphonſi de Herera, opus de Agricultura Hiſpanicè ſcriptum, per Mambrianum de Fabriano Italicè redditum, cum figuris 74. parvis. Venetiis 1557. 4.

GARZIÆ ab Horto proregis Indiæ Medici, de aromatibus & ſimplicibus medicamentis apud Indos naſcentium hiſtoria ordine Alphabetico, per Dialogos lingua Luſitanica conſcripta, à Cluſio in epitomen contracta & Latinè facta.

GONSALVI Ferdinandi Oviedi Indiæ Occidentalis hiſtoria generalis, à Dureto in Gallicum translata.

GREGORII de Regio, Capuccini, de Capſico libellus, curis poſterioribus Cluſii additus.

GULIELMI Turneri Angli, plantarum hiſtoria, Anglicè ſcripta, cum paucis figuris. Londini, folio.

HERMOLAI Barbari in Dioſcoridem Corollariorum libri quinque. Coloniæ 1530. fol.

Ejuſdem in C. Plinii naturalis hiſtoriæ libros caſtigationes. Baſileæ 1534. 4.

HIERONYMI Benzonis Mediolanenſis, novi orbis hiſtoria, per Urbanum Calvatonem Latinè reddita. Genevæ 1600. 8.

HIERONYMI Brunſuicenſis apodixis Germanica, Brunfelſii herbario addita. Argentinæ 1531. fol.

HIERONYMI Cardani de varietate rerum lib. 17. Baſileæ 1581. 8.

HIERONYMI Fracaſtorii opera, 1590. Lugduni 8.

HIERONYMI Tragi hiſtoria (quæ ſæpius Germanicè Argentinæ in folio prodiit) per Davidem Kyberum Latinè reddita, cum iconibus 567. licet ad 800. deſcribantur. Argentinæ 1552. in 4.

Ejuſdem editio Germanica à Melchiore Sebitzio & Nicolao Agerio emaculata. 1595. fol.

HISTORIA Generalis plantarum libris 18. per Joannem Molinæum collecta: Lugduni anno 1587. excuſa, in qua figuræ 2686. proponuntur, verùm circiter 400. bis terve repetuntur.

HONORII Belli Vicentini, Medici Cretenſis epiſtolæ de plantis ad Cluſium, cujus operibus additæ: nonnullas ad nos dedit, quæ necdum editæ.

JACOBUS Antonius Cortuſus patricius Patavinus & horti Patavini V. præfectus, à Matth. Dodonæo & aliis frequenter citatur ob plantas ipſis communicatas, à quo & ego Patavii accepi: nil edidit niſi Catalogum horti Patavini, cum ejuſdem areis, Italicè. Venetiis 1591. 8.

JACOBI Theodori Tabernæmontani hiſtoria Germanica tribus partibus edita cum figuris 2087. Francofurti 1588. fol.

Idem emaculatus auctus & plantarum deſcriptionibus & figuris ac medicamentis plurimis, à C. Bauhino anno 1613. fol.

Ejuſdem icones cum nudo nomine Latino & Germanico. Francofurti 1590. in longa forma prodière.

JANUS Cornarus Germanus, Dioſcoridem tranſtulit & ſingulis capitibus Emblemata addidit. Baſileæ 1557. folio.

INDIÆ Occidentalis partes decem cum additamento ad partem nonam, in folio.

INDIÆ Orientalis hiſtoriæ partes decem, in folio.

JOACHIMUS Camerarius Matthioli hiſtoriam Germanicam per Hantſchium primùm verſam, & cum Matthioli figuris cuſam, rurſus emaculavit, novis iconibus 123. & notis auxit.

Idem Matthioli epitomen dedit cum figuris 1003. Francofurti. 1586. 4.

Idem hortum Medicum & Philoſophicum ſcripſit: figuras 56. addidit. Francofurti 1588.

JOSEPHI Acoſtæ hiſtoria Indiæ, addita tomis Indicis, à Cluſio Latinitate donata.

JO. CUBÆ hortus ſanitatis Germanicè cum figuris circiter 350. Auguſtæ 1486. fol.

JO. Baptiſtæ Portæ Neapolitani, Villæ libri 12. Francofurti 1592. 4.

Ejuſdem Phytognomonica 1591. Franc. 8.

JOHANNES Bauhinus p. m. frater meus ſcripſit libellum de Plantis à Divis denominatis. Baſileæ 1591. 8.

Idem de Abſinthii generibus. Montisbeligardi 1593. 8.

Idem de plãtis circa Balneum Bollenſe naſcentibus catalogum ſcripſit, pomorum fig. 60. & pyrorum 40. additis: editus cum Hiſtoria de Balneo Bollenſi. Montisbelgarti 1598. 4.

JO. Bruyerinus Campegius Lugdunenſis, de re cibaria lib. 22. Francofurti 1622. 8.

JOANNIS Coſtæi de univerſali ſtirpium natura libri duo. Taurini 1578. 4.

Ejuſdem annotationes in Meſuem, cum operibus Meſuæi. Venetiis 1570. fol.

JO. du Choul montium Lugdunenſis agri præfectus, Lugdunenſem Pilati montem deſcripſit, duabus parvis figuris additis: cum Geſneri libello de Lunariis prodiit. 4.

JOAN-

JOANNIS Dantzii Aſtenſis, tabulæ Simplicium quæ apud Dioſcoridem, Galenum & Plinium facultates continent: & de Simplicium medicamentorum facultatibus, dialogi quatuor. Baſileæ. 1543. fol.

JO. FRAGOSUS Hiſpaniarum regis Medicus & Chirurgus, aromatum, fructuum & ſimplicium aliquot ex utraque India in Europam delatorum hiſtoriam Hiſpanicè ſcripſit, Iſrael Spachius Med. Argentinenſis edidit. Argẽtinę 1610. 8.

JO. FRANCUS hortum Luſatiæ ſive Catalogum plantarum in Luſatia naſcentium, additis Latinis & Germanicis nominibus ſcripſit. Budiſſinæ 1594. 4.

JO. Gerardi hiſtoria plantarum Anglica cum figuris ipſius Tabernæmontani: nonnullis etiam Lobelii: & inſuper 16. novis additis. Londini 1597. folio.

JO. Hugonis Linſcoti itinerarium ac navigatio in Orientalem ſive Luſitanorum Indiam, cum Bernhardi Paludani annotationibus. Hagæ comitis 1599. fol. jungitur etiam Hiſtoriis Indicis.

JO. Leonis Africæ deſcriptio.

JO. Lerius Burgundus hiſtoriam Braſilianam Gallicè primùm, deinde Latinè dedit. Genevæ 1594. 8. etiam cum Hiſt. Indicis edita.

JO. Manardi Med. Ferrarienſis, epiſtolarũ Medicinalium lib. 20. cum annotationibus in Jo. Meſue ſimplicia medicamenta, & primùm quæ à Meſuęo omiſſa ſunt. Lugduni 1556. in fol. & etiam cum Meſuæo.

JO. Pona Pharmacopœus Veronenſis, ſimplicium in monte Baldo naſcentium Catalogũ ſcripſit, & nonnullarum deſcriptiones cum figuris 16. addidit. Cluſius ſuæ hiſtoriæ rariorum junxit.

Idem auctiorem dedit & nonnullarum plantarum, ab Honorio Belli in Creta obſervatarũ, deſcriptiones cũ figuris 38. addidit. Baſileæ 1608. 4.

Idem auctus, cum aliis plurib. exoticis, ex Nobiliſsimi Nicolai Cõtareni Senatoris Veneti horto inſtructiſsimo acceptis, figuris 91. additis, à filio Franciſco Pona Med. Doctore, in linguam Italicam tranſlatus. Venetiis 1617. 4.

JO. Robini Botanici Regii hortus Henrici IV. Regis Galliæ & Navarræ, cum figuris 214. Lutetiæ 1608. folio.

JO. Roderici Caſteli albi Luſitani, index Dioſcoridis, ſive in Dioſcoridis hiſtoriales campos exegemata. Antuerpiæ 1536. fol.

JO. Ruellii de natura ſtirpium libri tres, Baſileæ 1537. fol. Ejuſdem Dioſcoridis verſio.

JO. Sturmius Lovanienſis profeſſor de roſa Hiericunthica libellum ſcripſit. Lovanii 1608. 8.

JO. Thalii Medici Northuſani, Sylva Harcynica, ſive Catalogus plantarum in montibus & locis vicinis ſpontè naſcentium, cum plurimarum deſcriptionibus cum Camerarii horto, novem figuris addictis, editus Francofurti 1588. 4.

JO. Theodori de Bry florilegii partes tres. 1612. 1614. & 1618. folio.

JULII Cæſaris Scaligeri animadverſiones in Theophraſti libros ſex de cauſis plantarum. Genevæ 1566. fol. Ejuſdem in libros de hiſtoria plantarum. 8. 1644

Ejuſdem in libros duos de plantis Ariſtoteli inſcriptos, commentarii. Genevæ 1566. folio.

Ejuſdẽ de Subtilitate lib. 15. Francofurti 1576. 8.

LAURENTII Phriſii Synonyma, ſive explicatio nominum medicamentorum in officinis uſitatorum, Germanicè. Argentinæ 1535. fol.

LEONHARDI Fuchſii hiſtoria Latina cum 516. figuris. Baſileæ 1542. fol.

Ejuſdem icones ſeorſim editæ. Baſileæ 1549. 8.

Ejuſdem de compoſit. Medicamentorum lib. 4. Lugduni 1556. 16.

LEONHARDI Rauwolfii Medici Auguſtani peregrinatio in Oriẽtem, in qua plurimæ plantæ deſcribuntur, & figuræ 42. apponuntur. Lauingæ 1583. 4. Icones hæ etiam in Appendice Hiſtoriæ Lugdunenſis habentur.

LEVINI Lemnii de plantis ſacris, Lugduni 1595. 8. cum Fr. Valeſii ſacra Philoſophia.

L. Junii Moderati Columellæ de re ruſtica lib. 12. & de Arboribus liber unus. Lugduni 1541. 8.

LUDOVICI Jungermanni D. Catalogus plantarum circa Altorfium naſcentiũ, à Caſparo Hofmanno Profeſſore recenſitus. Altorfi 1615. 4.

LUDOVICI Romani navigatio in Orientem lib. 7. Archangelo Madrignano interprete: cum aliis qui novũ orbem deſcripſere. Baſileæ 1555. fol.

MARCELLI Virgilii Florentini Secretarii Dioſcoridis interpretatio, cum ejuſdem Cõmentariis. Coloniæ 1529. fol.

MARCI Catonis de re ruſtica liber. Lugduni 1541. 8.

MARCI Terentii Varronis de re ruſtica libri tres. ibid. (lici 1597. 8.

MARTINI Mylii hortus philoſophicus. Gor-

MAT-

MATTHÆI Sylvatici opus Pandectarum. Venetiis 1499. fol.

MATTHIÆ de Lobel plantarum ſeu Stirpium hiſtoria, additis figuris 1476. cum Adverſariorum volumine (prius tamen edito) adnexo. Antuerpiæ 1576. fol.

Ejuſdem Icones ſeorſim cuſæ, 2116. numero. Antuerpiæ 1581. in longa forma.

Ejuſdem Adverſariorum pars altera, cum rariorum ſimplicium Appendice, additis 39. figuris. Londini 1605. in fol.

Ejuſdem Rondeletii pharmacia reſtituta, priori libro addita.

Ejuſdem de Balſamo libellus & Zingibere, cũ 5. figuris. Londini 1598. 4. qui Adverſ. parti alteræ etiam jungitur.

MAXIMILIANI Tranſylvani de Moluccis epiſtola, cum novi orbis ſcriptoribus edita.

MELCHIORIS Guilandini quarti horti Patavini præfecti, Theon ſive Apologia adverſus Matthiolum. Patavii 1558. 4.

Ejuſdem aliquot epiſtolæ de Stirpibus, ibid.

Ejuſdem Papyrus ſive commentarius in tria C. Plinii de papyro capita. Venetiis 1572. 4.

Ejuſdem conjectanea Synonymica plantarum, cum Horti Patavini catalogo ſub annum 1591. Jo. Schencki opera edita. Francofurti 1600. 8.

MONACHI in Meſuem, vide Angelus Palea.

NICANDRI Theriaca & Alexipharmaca, cum incerti authoris Græcis Scholiis. Venetiis 1523. 4. Ejuſdem editio Græcolatina cum Gorræi Scholiis. Lutetiæ 1557. 4.

NICOLAI Clavenæ Bellunenſis pharmacopœi, de Abſinthio umbellifero, cũ ejus figura, & de Scorſonera Italica, Venetiis 1610. 4.

NICOLAI Loniceni de Plinii & aliorum erroribus & ejuſdem quædam de herbis & fruticibus. Baſileæ 1529. 4.

NICOLAI Maronæi Medici Veronenſis, de Amomo commentarius, cum Jo. Ponæ montis Baldi deſcriptione editus.

NICOLAI Monardis Hiſpalenſis medici, de ſimplicibus medicamentis ex Occidentali India delatis, lib. 2. Hiſpanicè ſcripti, à Cluſio Latinè redditi, notis illuſtrati. Antuerpiæ 1574. 8. & editio quarta Cluſii exoticis cum fig. 17. addita.

Ejuſdem libri tres de Bezoar lapide, de Scorzonera, de ferro & nive. Ibidem.

Ejuſdem libellus de Roſa & Citriis Latinè ſcriptus, cum Cluſii exoticis editus.

NICOLAI Winckleri Medici Hallẽſis chronica herbarum, florum, ſeminum, fructuum, radicum, ſuccorum, animalium, &c. quo tempore ſingula legenda. Auguſtæ 1571. 4.

OTTHONIS Brunfelſii hiſtoria Latina tribus tomis prodiit: primus anno 1530. alter 1531. & tertius poſthumus, anno 1536. Argentinæ, cum figuris 238. at ſedecim bis poſitæ ſunt: ſummatim cum & ſine figuris 288. deſcribuntur.

Idem & Germanicè ſcripſit, in folio cum iiſdem figuris & in 4. parvis figuris additis. Argentinæ 1539.

PALLADII Rutilii de re ruſtica lib. 14. Lugduni 1541. 8.

PAVLVS Renealmus Blæſenſis, ſpecimen hiſtoriæ plantarum cum figuris 43. typis æneis expreſsis, edidit. Lutetiæ 1611. 4.

PEDACIUS Dioſcorides Anazarbæus de materia medica, & quidem editio Marcelli Virgilii, Goupilii, Aſſulani, Joannis Ruellii, Jani Cornarii, Jo. Antonii Sarraceni.

PEDACI Dioſcoridis libri ſex Ruellio interprete, cum parvis iconibus 350. additis cuilibet capiti hujus ſecundæ editionis annotationibus compendiariis ab H.B.P. medico: item & triginta icones ſtirpium nondum delineatarum à Jac. Dalechampio. Lugduni 1552. 8.

PETRI Andreæ Matthioli commentaria Italica cum magnis figuris 1568. Venetiis: ejuſdem Italica, cum parvis figuris, 1563.

Ejuſdem editio Germanica Camerariana.

Ejuſdem editio à C. Bauhino emaculata.

Ejuſdem epitome anno 1571. edita.

Ejuſdem epitome à Camerario correcta.

Ejuſdem Epiſtolæ cum Commentariis Francofurti editæ, cum Apologia in Amatum Luſitanum.

PETRI Bellonii Obſervationum libri tres à C. Cluſio latinitate donati, additis plantarum figuris 10. Antuerpiæ 1589. 8.

Ejuſdem de neglecta ſtirpium cultura, eodem ex Gallico vertente. ibidem: & ſimul cum libris exoticorum Cluſii editi.

Ejuſdem de arboribus coniferis, reſiniferis & ſempiterna fronde virentibus, cum earundem iconibus octo. Pariſiis 1553. 4.

Ejuſdem de medicato funere & medicamentis, ca-

ctis, cadaveris ſervandi vim habentibus. Ibidem.

PETRI Creſcentii Bononienſis de agricultu- ræ partibus, plantarum & animalium natura & u- tilitate lib.12. ante annos ducentos ſcripti. Baſileæ 1548. cum paucis figuris.

PETRI Pawii horti publici Academiæ Lu- gdunobatavæ præſidis, ichnographia, deſcriptio, uſus, & ſtirpium quas habet nomina. Leidæ 1603. in 8.

PETRUS Penâ, vide Adverſaria.

PHILIPPUS Pigafetta regni Congiani hiſto- riam ſcripſit, quæ cum Indicis hiſtoriis edita.

POMPEIUS Sprecchis, Antabſinthium Cla- venæ, cum figura Abſinthii umbelliferi. Venetiis 1611. 4.

PROSPER ALPINUS, ſextus horti Pata- vini præfectus, de Balſamo dialogum, ejus figura addita, ſcripſit. Venetiis 1591. 4.

Ejuſdem de plantis Ægypti liber, cum figuris 46. & cum Medicina Ægyptiorum. Venetiis 1592. 4.

Ejuſdem de Rhapontico, cum ejuſdem figura. Patavii 1612. 4.

Q. Apollinaris liber experimentorum Germa- nicè ſæpius editus cum 141. figuris. Argentinæ 1589. 8.

REMBERTI Dodonæi Stirpium hiſtoria Belgicè ſcripta, & à Cluſio Gallicè reddita (vide Cluſium) cum iconibus, quæ ſeorſim duobus to- mis in octavo prodiêre. Antuerpiæ 1553. & 1559. Icones numero 840. cum annotationibus.

Ejuſdem frugum hiſtoria, anno 1552. Latinè, Antuerpiæ cuſa & recuſa in 8.

Ejuſdem florum & purgantium hiſtoria ſeor- ſim cum novis figuris edita, in 8. Eadem ſimul juncta in libros triginta diviſa. Antuerpiæ anno 1583. in folio, cum 1305. figuris. Hæc hiſtoria de- nuo recuſa Belgicè, cum cujuſdam annotationi- bus prolixis, additis adhuc 36. novis figuris anno 1608. Latinè ſimiliter ab authore emaculata pau- cis mutatis, & figuris quæ in Belgica editione habentur, cum deſcriptione additis, anno 1616. prodiit.

SIMONIS Januenſis Clavis ſanationis obſcu- riora vocabula ordine Alphabetico exponens. Ve- netiis 1486. fol. cum Sylvatico recuſa.

TARQUINII Ocyori Dortmundani, de vi- ginti radicibus adverſus peſtem probatis, cum ea- rundem plantarum figuris, Germanicè cum Q. Apollinaris libello.

THEOPHRASTI Græci de hiſtoria & de cauſis plantarum, editio Græca Veneta 1552. 8. Baſileenſis, 1541. 4. & Gazæ verſio Lugduni 1552. 8. cum Joannis Jordani correctione.

THOBIÆ Roelſii Medici Medioburgenſis e- piſtolæ ad Cluſium: cum hiſtoria Cluſii editæ.

THOMAS Hariot inſulam Virgineam deſcri- pſit: Cluſius Latinè reddidit, eſt prima pars Ind. Occidentalis.

VALERII Cordi in Dioſcoridem annota- tiones.

Ejuſdem lib. 4. de ſtirpium hiſtoria, cum figu- ris 272. ex Trago & aliquot novis à Geſnero ad- ditis.

Ejuſdem Sylva obſervationum, quæ omnia ſi- mul, Geſnero curante, Argentinæ 1561. in fol. e- dita.

Ejuſdem diſpenſatorium ſæpius recuſum.

***

NOMINA EORUM QUI PLANTAS VEL SEMINA COMMUNICARUNT.

ACLatius Medicus Alſterodamenſis.
Angelus Buſti dictus Vidua, Medicus Venetus.
Arnoldus Gillenius, Ducis Megapolitani Medicus.
Baſilius Beslerus, Pharmacop.Norinberg.
Bernhardus Paludanus, Medicus Enchuſanus.
Caſparus Bartolinus, Haffniæ Medicinæ Profeſſor.
Caſparus Hoffmannus, Altorfii Medicinæ Profeſſor.
Caſparus Weckerlinus, Medic.Argent.
David Vaſmarus, Lubecenſis medicus.
Daniel Loritius, Ducis Wirtenberg.Med.
Everhardus Vorſtius, Lugd. Batavorum Medicinæ Profeſſ.
Fabius Columna, I C. Lyncæus.
Ferrandes Imperatus, Pharmacop.Neapolitan.
Franciſcus Pona, Medicus Veronenſis.
Fridericus Meyer, Argentin. p.m.
Fridericus Monavius Med. D.
Georgius Fueren, Medicus Hafnienſis.
Georgius Rumbaum, Med. Uratislav.
Georgius Spörlinus Baſil. Med.Candid.
Gregorius de Regio Capuccinus.
Henricus Heyl, Medicus Dantiſcan.
Hermannus Hagius, Medicus Arnhemi.
Hieronymus Viſcherus, Med.Norinberg.
Honorius Belli Vicentinus, Medic.Cretenſis.
Jacobus Albinus, Medicus Hamburg.
Jacobus Antonius Cortuſus, quintus Patavini horti præfectus.
Jacobus Cargillus, Medicus in Scotia.
Jacobus Guilelmi Hooft Amſtelredam.
Jacobus Hagenbachius, Medicus Baſil.
Jacobus Zuingerus p. m. Medicus Baſil.
Joachimus Burſerus, Medicus Annæbergenſis.
Joan.ab Alen, pharmacop.Bremenſis.
Joan.Anatolius Privæus Medicus Veſuntinus.
Joan. Backmeiſterus Profeſſor Roſtochienſis.
Joan.Bauhinus frater p. m. Archiater Wirtenbergicus.
Joan. Fleiſſerus Uratisl.Medicus.
Joan. Francus ſenior, Medicus Camicenſis.
Joan.Carolus Roſenberger, Poliater Wormat.
Joan.Henricus Cherlerus p.m. Med.Baſil.
Jo.Henricus Richinerus p.m.Med.Baſil.
Joan.Dortmannus, Pharmacop.Grüningenſis.
Joan.Neudorffer, Medicus Norinbergenſ.
Joan.Pona, Pharmacop. Veronenſis.
Joan. Prevotius, Med.Profeſſor & horti Patavini ſeptimus præfectus.
Joann. Rudolphus Saltzman, Poliater & Medic. profeſſor Argentinæ.
Joan.Sigfridus, Helmſtadi Medic.Profeſſor.
Joan.Terentius ex ſociet. Jeſu, qui ex India plantas miſit.
Joan. Michael Wolffhardus, Med.Rotebur.
Laurent.Roſenau, Pharmacop.Lineburgenſis.
Laurentius Scholtzius ſenior p.m.Med.Uratislav.
Leonhard.Doldius p.m. Medicus Norinberg.
Lucas Juſtus Baſil.Ducis Bipont.Medicus.
Ludovicus Fürer, Senator Northuſanus.
Ludovicus Jungermannus, Profeſſor Gieſſanus.
Matthias de Lobel p.m. Botanographus.
Matthæus Liſter, Londinenſis Medicus.
Nicolaus Agerius, Phyſices Profeſſ.Argent.
Nicolaus Contarenus, Senator Venetus.
Olaus Worm, Doctor & Profeſſor Haffniæ.
Paſchalis le Coq, Pictavienſis Med.& Profeſſ.
Philip.Steph.Sprenger p.m.Pharmacop.Heidelb.
Proſper Alpinus, Profeſ. & horti Patavini ſextus præfectus.
Samuel Sattler, Ducis Brunſuic.Medicus.
Thomas Platerus Baſil. D. & Profeſſor.
Veſpaſianus Robinus, qui Lutetiæ hortum exoticis plantis inſtructiſsimum habet, & à quo plura expectamus.

EX-

EXPLICATIO NOMINUM
Authorum citatorum.

ACOSTA Chriſtophorus.
Actuar. Actuarius.
Ad. Adverſaria Penæ.
Ægin. Ægineta.
Aet. Aetius.
Agric. Georgius Agricola.
Aldroan. Ulyſſes Aldroandus.
Alp. Alpi. Alpin. Alpinus.
Ama. Amatus.
Ang. Anguillara.
Apul. Apuleius.
Ariſt. Ariſtoteles.
Athenæ. Athenæus.
Avic. Avicen. Avicenna.
Barboſa Odoardus.
Belli Honorius Belli.
Bellon. Bellonius.
Bell. obſ. Belloni obſervationes.
Bell. cult. de cultura neglecta.
Bentz. Hieronymus Bentzo.
Bot. Franc. Botanologicum Francofordianum.
Braſ. Braſſav. Braſſavolus.
Bry. du Bry. Florilegium de Bry.
Brunſ. Brunfelſius in folio.
Brunſ. 4. editione in 4.
Brunſ. ico. quoad iconem.
Brunſ. deſ. quoad deſcriptionem.
Busbeq. Augerius Busbequius.
Cadamuſt. Aloyſius Cadamuſtus.
Cæſ. Cæſalpinus.
Cam. Camer. Camerarius in horto.
Cam. ep. & hor. Camerarius in epitome Matthioli & ſuo horto.
Cam. ad Matth. Camerarius in Matthiolo à ſe emaculato.
Cam. fig. hort. Camerarius in figuris horto ſuo additis.
Carate Auguſtinus.
Carda. Cardanus de variet. rerum.
Car. Carolus Stephanus.
Caſt. Caſtor Durantes.
Caſt. ap. in Appendice.
Caſt. ico. ſecundum iconem, non deſcriptionem.
Caſt. deſ. Secundum deſcriptionem, nõ iconem: idem apud alios intelligas.
Cat. Altorff. Catalogus Altorfenſis.
Cato. Marcus Cato.
Celſ. Cornelius Celſus.
du Choul. Johannes du Choul.
Cieca. Petrus de Cieca.
Claven. Clavenna pharmacopœus.
Cl. h. Cluſius hiſtoria rariorum.
Cluſ. hiſt. deſ. ico. hiſtoria rarior: deſcriptione, vel icone.
Cluſ. pan. hiſtoria Pannonica.
Cluſ. hiſp. hiſtoria Hiſpanica.
Cluſ. ex. exot. hiſtoria exoticarum.
Cluſ. ap. appendice ad hiſtoriam rariorum: ap. alt. auct. appendicis alterius auctario.
Cluſ. cur. poſt. in curis poſterioribus.
Cluſ. in corol. in corollario ad Dodonæi editionem Gallicam.
Cluſ. in Garz. in Mon. Cluſius notis ſuis in Garziam, in Monardem.
Cod. Cæſ. Codex Cæſarius à Dodonæo ſæpè citatus.
Col. & Colum. ubi in frugum hiſtoria occurrit, Columella intelligas.
Col. Colum. Fabius Columna.
Contarenus Nicolaus.
Cord. in Dioſ. Cordus notis in Dioſcoridem.
Cord. hiſt. in ſua plantarum hiſtoria.
Cord. obſ. in ſylva obſervationum.
Cord. ſchol. Cordi ſcholiaſtes qui Æmilius cenſetur.
Polygonum quartum Plinij majus, Clus. hiſt.
Tragos, ſive Vua marina major, Lob.
Vva marina, Dod. quoad icon.
Polygonum marinum 1. ſive cocciferum 1. Tab.
III. Polygonum bacciferũ maritimũ min'.
Tragos, Ruel. Tragium, Ges. hor.
Equiſetum quartum, Matth. Lugd.
Croton Nicandri, Ang.
Equiſeti facie recemoſa planta, Ad.
Vua marina Monspel. Lob. Tab.
Polygonum quartum Plinij minus, Androſace fortè Bellonij, Clus, hiſt.
Polygonum marinum ſecundum, Tab.
Tragus, ſive Scorpius maritimus Dalech. Lugd.
Tragum, Vua marina, Cam.
Vua marina quarta, vel minor, Ger.
an Oſteocollon, Hieroclis & Abſyrtij, Lugd.

EQVISETVM.

Ἱππουρις Dioſcoridi l. 4. c. 46. ſive Cauda equina, quòd folia ſetis equinis reſpondeant. Hinc Plinio l. 26. c. 13. Equiſetum, Hippuris à Græcis dicta, eſt pilus terræ, equinæ ſetæ ſimilis; cui l. 18. c. 28. Equiſetis, & Equiſelis dicitur.

Genera duo Dioſcoridi, alterum vicinos arborum caudices ſcandens: alterum caule cubito majore, & comis breuioribus &c. Plinius & tertium agnovit, quod pini folijs aſſimilauit.

I. Equiſetum paluſtre linariæ ſcopariæ folio: 1. in Prod.
II. Equiſetum paluſtre longioribus ſetis.
Hippuris major, Brunſ. Dod.
Equiſetum 1. Matth. Lac. Ang. Caſt. Lugd. qui etiam ſub Equiſeti primi Aſparago Dodon. pinxit.
Caucon Plinij, Ang.
Equiſetum majus, Dod. gal. Lob. ob. Ger.
Hippuris, Ama. Ad. Lob. ico.
Equiſetum 2. & Hippuris 1. Dioſc. Tab.
III. Equiſetum paluſtre brevioribus ſetis.
Equiſetum paluſtre, Lob. ico.
IV. Equiſetum paluſtre brevioribus folijs polyſpermon: πολύγονον θῆλυ.
Polygonum fœmina, Dioſcoridi.
Polygoni tertium genus, quod Oreon, Plin.
Polygonum fœmina, Matth. Eric. Cord. Ges. cat. &

cat. & hort. Dod. Ama. Ang. Lac. Caſt. Lugd. Tab.
Sanguinalis fœmina, Cord. in Dioſc.
Limnopeuce, Cord. hiſt.
Polygonũ fœmina ſemine vidua, Ad. Lob. ico.
Polygonon fœmineum, Thal.
Equiſetum tertium, Cæſ.
Cauda equina fœmina, Ger.

Hoc communiter ſine ſemine reperitur, aliquando ad ſingulas articulorum commiſsuras dena & plura ſemina (hinc polyſpermon) adnaſcuntur.

V. Equiſetum pal. minus, polyſtachion: 2. in Prod.

VI. Equiſetum paluſtre tenuiſsimis & longiſsimis ſetis: 3. in Prod.

VII. Equiſetum ſylvaticũ tenuiſsimis ſetis.
Hippuris minor altera, Trag.
Equiſetum ſylvaticum, Tab. Ger.

IIX. Equiſetum pratenſe longiſsimis ſetis.
Equiſetum alterum, Matth. Lac. Cæſ. Lugd.
Hippuris altera, Trag. Ama.
Hippuris & Equiſetum, Geſ. cat.
Equiſetum, Fuch. ico. Cord. in Dioſc.
Equiſetum longius, Dod. gal. (figurâ tranſpoſitâ.) Fuch.
Hippuris major, Thal. prima, Lon.
Hippuris fontalis & Equiſetum 2. Dioſc. Lob.
Hippuris minor, Lob. ico. figurâ 2.
Equiſetum paluſtre majus, Tab. paluſtre, Ger.

IX. Equiſetum arvenſe longioribus ſetis.
Hippuris minor, Trag. Dod. Thal.
Hippuris altera, Geſ. cat.
Equiſetum, Er. Cordo, minus, Fuch. figurâ tranſpoſitâ: minus vel 3. & 4. Lon.
Polygonon fœmina, Fuch. ico.
Equiſetum alterum, Cord. in Dioſc. Lob. ico.
Hippuris arvenſis major, Tab.
Equiſetum ſegetale, Ger.

X. Equiſetum folijs nudum non ramoſum ſive junceum, ἵππουρις ἄφυλλος.
Hippuris major, Trag. major altera, Lon.
Sanguinali fœminæ ſimilis, Cordo in Dioſc.
Polygonum fœmineum ἀφυλλόκαυλον, Thal.
Equiſetum Iunceum, Tragi. Lugd.
Hippuris ſine folijs & nuda, Tab.
Equiſetum nudum, Ger.

XI. Equiſetum folijs nudum ramoſum.
Equiſetum 3. Matth. Lugd.
Hippuris minor, Lob. ico. & Dodon. ſed vtriq; quoad primam figuram.

XII. Equiſetum nudum minus variegatum Baſileenſe,

an Hippuris lacuſtris, folijs manſu arenoſis, Geſn. coll. quod in Prod. 4. eſt.

XIII. Equiſetum fœtidum ſub aqua repens. 5. in Prod.
Equiſetũ pini folijs ſimile apud Plinium: & Hippuris minima à Dioſc. nõdeſcripta, Dal. in Plin.
Equiſeti quintum genus minimum, Lugd.

SECTIO TERTIA.

DE ARVNDINE, PAPYRO, ET Typha.

ARVNDO.

ARVNDO (*quæ Græcis* κάλαμος, παρὰ τὸ καλῶς ἀμᾶσθαι, *ut vult Etymologus*) *in odoratam & inodoram dividitur. Odoratam ſive Aromaticam, Dioſc. l. 1. c. 17. at inodoram c. 115. propoſuit, & genera quinq; agnovit.*

Eſt enim ναστὸς, θῆλυ, συριγγίας, δόναξ καὶ φραγμίτης: *ſolida, fœmina, fiſtulis dicata, craſsa & ſepiaria. Verùm Theoph. 4. hiſt. 12. duo ſumma genera,* τὸν αὐλητικὸν, καὶ τὸν ἕτερον, *tibialem & reliquã conſtituit, & inde in plures ſpecies ſubdividit. At Plinius l. 16. c. 36. multo plures differentias agnovit: quare l. 24. c. 11. viginti novem genera ſe demonſtraſſe monet, vbi & odoratæ mentio fit.*

ARVNDO ODORATA.

I. Calamus Aromaticus Indicus.
Κάλαμος, & Κάλαμος μυρεψικὸς, Hipp. & Gal.
Κάλαμος εὐῶδες, Theoph.
Κάλαμος ἀρωματικὸς, Dioſc. Orib. Aegin. Aëtio.
Κάλαμος ἐρύθραιος, Dionyſio de ſitu Orbis.
Calamus Arabicus, Plutarch. Alexãdrinus, Cel.
Calamus odoratus, Plin. Hermol. Ruel.
Calamus aromatites, Manardo.
Calam. aromaticus, Cord. in Dioſc. Fuch. comp. Guil. pap. Garz. Lob. ob. Cluſ. ad Garz. Acoſt. Cæſ. & in 4. parte Ind. Orient. fig. 29. & Diringo Malays, & Deringo, par. 3. Ind. Or. 39. Diringuo, 4. parte Ind. Orient. fig. 20.

II. Calamus aromaticus Syriacus.
Calamus aromaticus à Syriaco diverſ. Guil. pap.
Calãus odorat. Libani, Lob. ico. Cam. ad Matth.
Solius Calami figuram proponunt, qualem à Doct. Paludano, anno 1579. ex Ægypto allatum, Patavij accepimus, qui 1. in Prod.

III. Calamum odoratum Matthiolus pingit, & ex eo Lacuna, Lonicerus, Acoſta, Durantes, Lugd. hiſt. Tabernæm. & Gerard. Calamum aromaticum nominantes, quẽ fictitium ſuſpicamur.

ARVNDO INODORA.

I. Arundo vulgaris ſive φραγμίτης Dioſc.
Κάλαμος χαρακίας, Theoph.
Harundinis quintum genus, Trag.
Harundo phragmitis, Ruell. Corn. Dod.
Arundo aut Calamus, Tur. Geſ. Lon.
Harundo vallaris, Ama.
Harundo vallatoria, Dod. gal. Lob. Lugd. Thal. Ger.
Arundo paluſtris, Matth. Lugd. Tab.
Calamus vulgaris, Cord. in Dioſc.
Canna ſecunda, quæ fœmina Dioſc. Ang.
Calamus ſive harundo alia gracilis, Cæſ.

II. Arundo ſativa, quæ δόναξ Dioſcor. & Theoph.
Arundo, Matth. Lac. Caſt. Amnica, Ruel.
Arundo domeſtica, Matth. Lugd. Tab.
Arundo cypria, Dod. gal. Ama. Ger.
Canna quarta, quæ Donax, Ang.
Arundo magna, Geſ. hor. Italica major, Cam.
Arundo donax ſive cypria, Dod.
Arundo donax ſativa, Lob.
Calamus, ſive harundo craſſa, Cæſ.

III. Arundo Anglica folijs in ſummitate diſſectis: 2. in Prod.

IV. Arundo ſcriptoria atrorubens.
Κάλαμος συριγγίας, Dioſc. Σύριγξ, Theoph.
Syringias fiſtularis arundo 3. Dod. gal.
Canna tertia, Calamus ſcriptoria, Ang.
Harundo fiſtularis, Ama.
Fiſtula vel Syringa, Lob. ico.
Canna fiſtularis, Tab. Ger.
Sic in China ex Arundinibus pennæ ſcriptoriæ fiunt (an ex hac?) in quas penicilla more pictorum noſtratium indunt: in hiſt. Ind. Orient. par. 2. c. 26.

V. Arundo farcta maxima atrorubens, qua Principes pro ſcipionibus vtuntur.
Κάλαμος νάστος, Dioſcoridi.
Κάλαμος τοξικὸς, Theophraſto.
Canna Indica, aliquibus Papyrus, Matth. Ital.
Cannæ prima ſpecies Dioſc. Ang.
Arundo Indica & ſeptima, Dod. gal.
Arundo Indica, cùm teres ſit, Papyrus antiquorum non rectè ſtatuitur, Guiland. pap.
Iuncus, papyri Aegyptiæ genus, Ama.
Naſtos vel farcta, Lob. ico. tertia, Tab.
Naſtos Cluſij, Ger.

VI. Arundo farcta geniculata ſive ſagittalis.
Naſtos & arundo prima, Dod. gal.
Naſtos ſive farcta altera toxica, Lob ico.
Arundo farcta ſeu Naſtos 1. Tab.
Calamus ſagittalis, Ger.
In Bali Inſula, geſtant Cannas ſagittivomas, ex quibus teretes exilesq; ſagittulas ex Arundine fabrefactas (an ex prædicta arundine?) in apice verò intoxicatas, efflant: in hiſt. Ind. Orient. part. 3. c. 39.

VII. Arundo farcta flava.
Ζευγίτης καὶ εὐνόχιας, Theophraſto.
Arundo fœmina & ſecunda, Dod. gal.
Naſtos, ſeu farcta, ſive toxica gracilis & plicatilis, Lob. ico.
Naſtos ſecunda, Tab.
Arundo farcta, Ger.

IIX. Arundo repens vel Chamæcalamus.
Arundo humilis, Geſ. hor.
Arundo tertia in maritimis, Cæſ.
Arundo epigeios, Lugd.

I = Arundo phragmites, L.
II = Arundo Donax, L.

ARVNDO INDICA.

I. Arundo arbor: in qua humor lacteus gignitur, qui Tabaxir, Avic. & Arabibus dicitur.
Mambu Indorum, in cujus arundinibus Tabaxir ſive Saccar Mambu, Garziæ.
Mambu ſive arbor Tabaxir, Lugd. Frag.
Spodium aut Tabaxir Perſianorum, Acoſt.
Spodium, Caſt. Frag.

Hi duo ſecuti errorem Gerardi Cremonenſis, qui in Rhaſi Tabaxir Arabum per Spodium reddit: cùm Σποδὸς ſive Spodiũ, ſit Tutia Arabum, cujus in externis remedijs ſolùm uſus eſt. Tabaxir verò in Arabum compoſitiõibus, intra corpus ſumatur.

Eſt autẽ Tabaxir (vt habetur in 4. part. Ind. Orient. c. 14.) medulla arundinis Mambu ſive Bambus, & vocatur Saccar Mambu id eſt, Sacharum de Mambu, quod propter inſignem vim medicamentoſam magni fit, & ab Arabibus, Perſis, & Aethiopibus, qui illud Tabaxir vocant, avidè coëmitur.
Harundo Indica, Cluſ. exot.
Bambus ſive Iunc. Indic⁹ 4. p. Ind. or. c. 14. fig. 12.
Bambu, Manibu, ex qua Tabaxir, part. 4. Ind. Orient. cap. 3.

Cãna Tabaxir & Arundo, quã Indi Bambus vocant, Idem.

Sunt arundines aſpectu gratiſsimæ, præaltæ, nigræ, rotundæ, craſsæ, ita ut utraq; manu vix junctim includas, imò femoris craſsitie. Creſcunt ſponte in Norſingæ Regno ad littus, & univerſo littore Malabar, præcipuè juxta Choromandel. Indi ex ijs domos ſuas ædificant, ut in Terenate, quas findunt, & ſingulari induſtria intorquent: part. 5. Ind. Orient. Sic in Pegu etiam, & ſtramine teguntur: par. 7. Ind. Or. c. 35. & 37. & in civitate Bantam, cuncta ædium ſublicia ex his arundinibus aſsulatim diſsectis conſtant: 3. part. Ind. Orient. c. 22. Imò ad lecticas Pallankyns dictas vulgò, utuntur, in quibus mulieres per publicum deferunt. Sic & naviculas, duobus viris capiendis aptas conficiunt: par 2. Ind. Or. 17. & par. 4. c. 14. Hac adverſarij, quem vitâ omnino exuere nolunt, dorſum contundunt: par. 2. Ind. Orient. c. 32.

Arundines in Indiæ Occident. ſylvis (an eædem cum priore?) non raro naſcuntur, craſsitudine cruris humani, quæ adeò teneræ, ut ſingulæ ſtantes vno ictu gladij ſecentur: aridæ verò tanta duritie, vt fiſsis illis, & in modũ Chirurgicorum ſcalprorũ efformatis, ſagittas ſuas ita arment Barbari in Braſilia, vt vno ictu feras humi fundant, &c. in Ind. Occident. hiſt. part. 3. c. 12.

Cannæ ſeu arundines editiſsimæ naſcuntur, quarum quodlibet interſeptum menſuræ Hiſpanicæ capax eſt: hæ ſtructuris ædium etiam adhibentur: in hiſt. Ind Occident. l. 4. c. 30.

Cannarum Hieroſolymitanarum nomen quoq; occurrit in hiſt. Ind. Orient. part. 4. c. 6.

II. Arundo Saccharifera.
Arundo octava, vel ſaccharata, Dod. gal.
Harundo ex quo Saccharum, Cord. in hiſt.
Arundo Saccharata, Dalech. in Dioſc.
Sacchari canna, Geſ. hor.
Arundo ſaccharina Indica, Ad. Lob. ico. Lugd.
Canna mellea, Cæſ.
Arundo & calamus ſaccharinus, Tab.
Calamus Indicus, par. 6. Ind. Or. c. 19.
Calamus Indicus Saccharites, & Canna Saccharina, in hiſt. Ind. Orient. par. 4. 5. & 6. c. 38. & hiſt. Occid. Ind. part. 3. 4. 8. & 9.

De Sacchari differentijs, & conficiendi modo, in noſtris in Matthiolum notis, & lib. de compoſitione Medicam. egimus: Vide & Munſteri coſmograph. l. 2. c. 91.

III. Arundo Indica verſicolor.
Canna de Bengala Luſitanis: in Regno Bengala creſcunt Arundines verſicolores, medulla plenæ, craſsitie arundinibus Hiſpanicis ſimiles, paulo tamen tenuiores: virides adhuc, lentæ inflectuntur, ad ſtanni modum, aut inſtar Salicis, foris punctis verſicoloribus notatæ ſunt, haud ſecus ac ſi arte ita pictæ forent. Vtuntur ijs in Luſitania mulieres vetulæ pro ſcipionibus, quibus greſſus titubantes ſuſtinent, quarum varia genera apud Doct. Paludanum videre eſt; in hiſt. Ind. Orient. part. 2. c. 18.

IV. Arundo Indica verſicolor flexilis.
Rota vocant in Bengala, aliud genus ejuſdem arundinis, quod gracilius & ſuccinctius eſt, viminis ad modum flexile, ex quo Calathi & alia multa pulcherrima conficiuntur: ex hiſt. Ind. Orient. part 2. cap. 18.

V. Arundo Indica punicea mollis.
Arundo vel Scirpi potiùs genus punicei coloris & mollis, quam parumper contortam, arcui pro

pro nervo adaptant: naſcitur in Regno Congiano, & in regno Bengala ad Gangen fluvium, hiſt. Ind. Orient. part. 1. c. 5.

VI. Arundo Indica volubilis.

Arundo Indica in Inſula Sumatra, variè ſe circa arbores vinciens, centum, ducentarum, imò trecentarum, & plurium Orgyarum longitudine, ita vt vix ejus origo finisúe deprehendi poſsit, circulis vaſarijs cōficiendis, valdè accommoda: ad Cluſij curas poſteriores.

VII. Arundo Indica fluitans.

Trombas ſive arundineta fluctuantia in Bali Inſula: in hiſt. Or. Ind. part. 3. c. 2. & 40. & part. 4. fig. 10. pingitur.

Arundines longæ ſeu Algæ in ſalo fluctuantes, par. 5. Ind. Or.

IIX. Tubuli arundinacei ad Aſthma.

Refert Monardis, & ex eo Lugd. hiſt. ex Hiſpaniola adferri tubulos cannarum, qui extrinſecus & intrinſecus, gummi illiti ſunt, quod Tabaci ſuccum eſſe putant. Addit Cluſ. incolas Virgineæ frequenter vti tubulis quibusdam ex argilla factis, ad Tabaci fumum hauriendum: quales apud Anglos in frequenti uſu.

IX. Arundo Indica latifolia.

Canna Indica, Geſ. hor. Cluſ. hiſp. (cui & flos cancri nonnullis,) Cam. Cæſ. rubra, Eyſt.

Arundo Indica florida, Ad. Lob. & Canacorus quorundam. IX = Canna indica, L. Linn. dict.

Papyrus, Caſt.

Gladiolus Indicus, Cam. ad Matth.

Arundo ſeu Canna Indica, Lugd.

Arundo Indica latifolia ſive florida, Tab.

Harundo florida, Ger.

X. Arundo Indica latifolia, flore luteo punctato: quæ 3. in Prod.

Canna Indica lutea rubris maculis punctata, vel flore croceo guttato, Eyſt.

PAPYRUS ET QUAE pro Papyro uſurpantur.

CUM Papyrus in Aegypto res ſit cognata Arundini, ſecundùm Plin. l. 24. c. 11. imò & Calami chartis ſerviant, eodem, lib. 16. c. 36. autore: idcircò papyrum, & ea quæ in novo Orbe Papyri vicem præbent, ſubijciamus.

I. Papyrus Nilotica ſive Aegyptiaca.

Πάπυρος, Dioſc. & Theophraſto.

Papyrus, Plinio & Alpino.

Papyrus Aegyptia ſive Biblus Aegyptia Euſtathio, Guil. pap.

II. Papyrus Syriaca vel Siciliana.

Sari, Theophraſto.

Biblios ſecunda, Euſtachio.

Papyri altera ſpecies, quæ Paperus in Sicilia, Guiland.

Papyrus, Cæſ. Nilotica, Ad. Tab. Ger.

Papyrus Aegyptia, Penæ, Lugd.

Cùm in novo Orbe diverſarum arborum folijs & corticibus pro papyro vtātur, hæc nominare tantū lubet, ſiquidē ad arbores pertineant.

I. Palmeta humilia, Scalig. Lugd.

II. Guaiabara in Inſula Hiſpaniola, ex Oviedo, Lugd.

III. Copey, ibidem apud eundem.

IV. Tal, in provincia Mangi, Lugd.

V. Lantor, palmæ Indicæ genus, cujus folia viri longitudinem æquant: hiſt. Ind. Orient part. 4. c. 3. & 6. & pingitur fig. 15.

VI. Ficus Indicæ folijs & Turcæ vtuntur, hiſt. Ind. Orient. part 6. c. 38.

VII. Palmæ, nuces Indicas Cocos gignentis, arboris ſubſtantiam plicabilem vſurpant: hiſt. Ind. Orient. par. 4. c. 12.

VIII. Arboris folijs ſex brachiorum longis, cujus folio extenſo, tres, quatuorúe viri, in itinere operiuntur, vt pluvias non metuant: ex Nicolai Coſtini itinerario, Lugd. hiſtor. refert.

IX. Papyrus ex Iava, eſt liber arboris tenuiſsimæ membranæ inſtar, vt ex Cluſij notis, Lugd. hiſt. proponit.

Papyrifera arbor libro tenuiſsimæ membranæ inſtar candido, Cluſ. exot. l. 1. c. 4.

an Pannus è libro arboris quo in Inſula Tidoræ fœminæ pudenda tegunt, Pigafettæ.

X. Arboris liber ſubpunicei coloris, Cluſ. l. cit. qui & Filorum tenuiſsim: ex arboris

I. II = Cyperus papyrus, L. Linn. dict.

cortice confectorum ibidem meminit.

XI. Melt ſive Magnei, ex hujus folijs, Mexicani papyrum & pergamenum conficiunt: Duretus de admirabilibus plantis.

TYPHA EIVSQVE SPECIES.

ΤΥΦΗΣ *Dioſc. l. 3. c. 133. meminit, cui florum effigies turbinata, quaſi typhonis ſeſe gyrantis turbinem, aut gigantis ſtaturam minacem ſignaret, nomen dediſſe videtur.*

Duplex eſt, paluſtris & cerealis. Theophraſt. vtriusq; meminit: alterius 4. hiſt. 11. in lacu Orchomenio naſcentis: alterius, inter frumentacea, 2. hiſt. 4. & 4. cauſ. plant. 6. At Dioſcorides de prima, de qua Plinius l. 16. c. 36. inter aquaticos Calamos egit.

I. Typha paluſtris major.
Τύφη, Dioſcorid. & Theophraſto.
Typha aquatica, Trag. Lugd.
Typha, Matth. Fuch. Ama. Lac. Tur. Cord. in Dioſc. Lon. Lob. Caſt. Tab. Ger.
Typha paluſtris, Ruel. Cæſ. aquatica, Ceſtrum morionis, Dod.
Papyri ſpecies, Dod. gal.
Vlva, Ang.
Iuncus aſper Dod. Lugd.

II. Typha paluſtris clavâ gracili.
Typha media, Cluſ. pann.

III. Typha paluſtris minor.
Typha minor, Ad. Lob. ico. Lugd. minima, Cluſ. pann.
Typha minor ſive Typhula, Tab.

SECTIO QVARTA.

DE FRVMENTO.

Triticum, Zea, Hordeum, Secale, Avena, Vſtilago, Oryza, Milium, Panicum, Phalaris.

FRUMENTACEA dicuntur, quæcunq; geniculato culmo, & foliis harundinaceis conſtant, ſemenq; panificio & pultibus aptum, in ſpicis aut jubis producunt, ceu Triticum, Hordeum, Milium, Panicum, & his ſimilia.

Genera prima duo ſunt, per tempora ſatûs diviſa: Hyberna, quæ circa Vergiliarum occaſum ſata, terrâ per hyemem nutriuntur, vt Triticum, Hordeum: Aeſtiva, quæ ante æſtatem, Vergiliarum exortu ſeruntur, vt Milium, Panicum. Verùm in Græcia & Aſia, omnia Vergiliarum occaſu ſeri, Plinius teſtis eſt: quædam autem vtroq; tempore in Italia: ex his quædam & tertio, Veris ſcilicet: aliqui enim Verna appellant, Milium, Panicum, Alicam ſeu Siliginem.

DE TRITICO.

TRITICVM, quamvis generaliter omne frumentum, quod ex ſpicis tritum, ac trituratione repurgatum eſt, ſignificet, vt ex Varrone colligere eſt; poſteriores tamen, peculiari frumenti ſpeciei Tritici nomen tribuunt, de quo priori loco, Dioſcoridem imitati, qui l. 2. c. 107. περὶ πυρῶν primò egit. Πυρὸς dicitur Græcis, quaſi σπυρὸς, pro σπορὸς, ἀπὸ τῦ σπείρειν, ſecundùm Etymologicum.

Ge-

Genera duo fecit Dioſcorides: at Theoph. 8. hiſt. 4. plura ratione regionum, quæ ex locis cognomina ſortita ſunt: quæ etiam colore & ſpecie, & proprietate inter ſe differunt: quem Plinius l. 18. c. 7 ſequitur. Sic in Lyma Ind. Occident. vna Tritici ſpica, duplo plus Hiſpanicis ſpicis fundit: in hiſt. Ind. Occident. part. 9. additamento.

I. Triticum hybernum ariſtis carens.
Triticum, Brunf. 4. Geſ. hor. Cord. hiſt. Dod. Tab. ſive Robus, Colum. Dod. gal.
Tritici primum genus, Trag. Fuch. Lon.
Siligo ſpica mutica, Lob.
Triticum ſpica mutica, Lugd. Ger.
Triticum ariſtis carens, Cæſ.
Siligo veterum videtur, quam Plinius Tritici delicias vocavit.

II. Triticum rufum grano maximo.
Far ſive Adoreum veterum, Lugd.

III. Triticum rufum hexaſtychon.
Tritici rufi genus aliud, Lugd.

IV. Triticum ſpicâ multiplici.
Triticum ramoſum Plinij, ſpicâ ramoſâ, Cæſ.
Tritici quinta ſpecies, & Gran del graſpo, id eſt, frumentum racemoſum, Ang.
Triticum multiplici ſpica, Lob. ico. Ger.
Ble qui truche, Lugd.
Triticum typhinum multiplici ſpicâ, Tab.
Triticum racemoſum, Portæ.
Spicis modo paucioribus, modo pluribus, ita ut Matthiolus 24. ſpicas viderit.

V. Triticum ſemine oblongo.
Long gran Matiſconenſium, ad βρίζαν Thraciam Galeni accedere videtur, Lugd.
Huic congener Frumentũ Scourgeon, Ruellij.

VI. Triticũ ariſtis longioribus ſpicâ cæruleâ.
Triticum Loca vocatum alterum, Lob. ico.
Tragus frumenti genus ſpicâ cæruleâ, Lugd.
Triticum nigrum peregrinum 2. Tab.
Triticum lividum, Ger.

VII. Triticum ariſtis longioribus ſpicâ albâ.
an Far Gallicum ſive barbati genus, Ruel.
Robus ſive Triticum, Inſularis Gallo-belgis Loca vocatum, Lob. ico.
Triticum typhinum, Ger. quartum, Tab.

IIX. Triticum typhinũ multiplici folliculo.
Typha inter frumentacea, Theoph. Typha, Galeno: Typhe, Plinio.

IX. Triticum typhinum ſimplici folliculo.
Tritici tertium genus, Trag. Fuch. Lon.
Triticum, Matth. Lac. Caſt. Lugd.
Typha cerealis, Dod. gal.
Typha Dodonæi, & Typha Fuchſij, Lugd.
Triticum ariſtis circumvallatum, Lob. Ger.
Triticum ariſtis munitum, Cæſ.

X. Triticum typhinum ſimplici folliculo Hiſpanicum.
Triticum typhinum, Dodon. Lugd.
Triticum ariſtis circumvallatum, Lobel.

XI. Triticum ſylveſtre Creticum.
Agrioſtari, id eſt, Triticum ſylveſtre grano minore tritico ſativo, in Creta frequentiſs: Honor. Belli epiſt. 5. ad Cluſium.
Agrioſtari, ſive Frumentum ſyl. Creticum, Pon. in Bald: Ital.

ZEA EIVSQVE SPECIES.

ZEA, Ζεία, κ̀ ζέα, quibusdam idem cum ὄλυρα: alijs frumenti peculiaris ſpecies, quæ Latinorum Semen eſt: nam & Plinio Zea, Semen dicitur l. 18. c. 8.

Duûm generum eſt Dioſcoridi l. 2. c. 111. ἁπλῆ κ̀ δίκοκκος.

I. Zea Briza dicta, vel Monococos Germãica.
Ζεία ἁπλῆ, quòd ſimplicis grani ſit, Dioſc.
Spelta prima, Trag. ico: ſecunda, Eid. deſcript.
Zea, Ang.
Zeæ ſimplex, Matth. Lac. Cord. in Dioſc.
Zeæ alterum genus, Fuch.
Frumentum loculare, Ruell.
Siligo, & Zeæ alterum genus, Tur.
Briza, Dod. gal. Ad. Lugd. monococcos, Lob. Ger.
Monococcon, frumentũ barbatum, Far venniculum rubrum, Col. Zea, Mneſithei fortè, Dod.
Spelta vulgò, Cæſ.
Zeæ ſpecies prima, Caſt.
Zea monococcos, Tab. minor & monococcos, Lugd.

II. Zea

II. Zea dicoccos vel major.
ζεὰ δίκοκκος, (quòd grana bina juncta habeat,)
Zea Dioſc.
Zea, Theoph. & Galeno.
Zea, Brunſ. Cord. in Dioſco. Lon. Ger.
Spelta prima, Trag. deſcri. ſecunda, Eid. ico.
Zea dicoccos, Matth.
Zea altera, Matth. Lac. Caſt.
Zeæ primum genus, Fuch. Tur.
Zea, Romanis veteribus Semen, nunc Spelta, Dod. gal.
Zea, vulgò Spelta, Far antiquiſs: Ador poſterioribus, & Semen Adoreum, Dod.
Typha, Ang.
Far primum, Cæſ.
Zea major ſeu dicoccos, Lugd.
Zea ador, Tab.

III. Zea Amylea, vel Zeopyrum Amyleum.
an Far. halicaſtrũ trimeſtre cognominatũ, Col.
Triticum ſecundum, Trag. Fuch. Lon.
Olyra, Dod. gal. Lugd.
Triticum trimeſtre, Cord.
Amylæum frumentum & Far halicaſtrũ, Dod.
Frumentum vel Triticum Amylæum, Tab.
Triticum amlyæum, Ger.

IV. Zeopyrum ſeu Triticoſpeltum, quòd naturam habeat ζέας καὶ πυροῦ.
Ζεόπυρον καὶ γυμνόκριθον, Galeno.
Speltæ ſpecies tertia, Trag.
Hordeum alterum, Ang.
Zeopyron, Dod. Ad. Lob. Lugd. Tab.
Hordeum glabrum, Cord. hiſt. hexaſtichon, hodie hordeum ſine tunica, Cord. in Dioſc.
Hordeum nudum, Geſ. hor. Ger. mundum, Cæſ.
Hordeum γυμνόκριθον, Cam.

V. Zeocryton ſeu Oryza Germanica.
Oryza Germanica, Trag. (cuj & Tragum cereale, & candidum far,) Dod. cuj & Far Gallicũ, & frumenti barbati genus Ruellij videtur.
Olyra, Ad.
Far, Teutſcher Reiß/ Caſt.
Typha Theophraſti, Tab.
an Far Cluſianum, Lugd.
Spelta in Regno Congiano, omnium frumentorum, quæ habent, viliſsimum, quo porcos alunt: in hiſt. Ind. Orient. part. 1. lib. 2. c. 1.
Siligine abundat ex ſe Cambaiæ Regnum: hiſt. Ind. Orient. par. 1. lib. 2. c. 1. & Chinæ tellus feraciſsima eſt Siliginis, ibid. c. 25. & Iaponenſis terra ſiliginem fert, ibid. c. 28.
Siliginis Turcicæ, quæ Milie Abrain dicitur, promontoriũ Viride perfelix: Ind. Or. part. 3. c. 40.

HORDEVM EIVSQVE SPECIES.

HORDEVM, Κριθὴ ἀπὸ τοῦ διακριθῆναι, quòd eo reperto & in vſum recepto, glandibus ſpretis, à brutis homines diſtincti ſunt: antiquiſsimum enim in cibis hordeum, ſicuti Athenienſium ritu, Menandro autore, apparet, & gladiatorum cognomine. (vt Plin. l. 18. c. 7. loquitur,) qui Hordearij vocabantur: nunc ſtudioſos, idiotæ ſic appellare ſolent.

Vnius Dioſcorid. l. 2. c. 108. meminit: at Theoph. 8. hiſt. 4. Hordeum aliud rotundius minusq́;, aliud oblongius majusq́;: item aliud candidum, aliud ad purpuram accedens. Hoc, vt & Triticum, in India Occid. ſemine ex Hiſpania delato, fœcundius & vberius enaſcitur, vt habetur in hiſt. Ind. Occid. par. 9. c. 31.

I. Hordeum polyſtichum hybernum.
Hordeũ, Brunſ. Matth. Lac. Geſ. hor. Lob. Dod. Lon. Caſt. Cæſ. Ger.
Hordeum majus, Trag.
Hordeum polyſtichum, Fuch. Tur. Dod. gal. (cui & Hordeum Cantherinum,) Lug. Tab.
Hordeum primum, Ang.
Hordeum ſecundum hyemale, Cord. in Dioſc.
Polyſtichũ dicitur quia in multos verſus ſpicatur: eſt enim differẽtia in ſpicarũ forma, magnitudine & granorũ numero: quoddam binos, quoddã ternos, quaternos, quinos, cumq́; plurimũ ſenos verſus habet: ſic aliud rotundius & minus, aliud oblongi⁹ & majus, aliud candidius, aliud nigrius.

II. Hordeum polyſtichum vernum.
Hordeum ſenis verſibus, Matth. Cam.
Hordeum Septentrioni notiſsimum πολύστιχον, Lob. obſ.

Hor-

Hordeum polyſtichon vernum, Lob. ico.
Hordeum polyſtichum æſtivum, & Hordeum trimeſtre polyſtichum, Tab.
III. Hordeum diſtichon: quod ſpicâ binos ordines habeat, Plinio.
Hordeum δίστιχον Galaticum, Columellæ.
Hordeum Cantherinum, Ruellio.
Hordeum minus, Trag.
Hordeum diſtichum, Fuch. Tur. Dod. Cord. in Dioſc. Lob. Lugd. Tab. cui & æſtivum & trimeſtre minus.
Hordeum binis verſibus, Matth. Cam.
Hordei alterum genus, Cæſ.
IV. Hordeum Cauſticum.
Orzada ex Hiſpania nova, Monardi, Caſt.
Hordeolum Monardis, Lugd.
Cevadilla, id eſt, Hordeolum, Monardi & Frag.
Cauſticũ eſt, ſolũ ꝑpter ſimilitudinẽ huc relatũ.

SECALE SIVE ROGGA eiusq; ſpecies.

SECALE, monente Plinio l. 18. c. 16. etiam Farrago appellatur: nonnullis Rogga: & duplex eſt, ſationis tempore & magnitudine diſtinctum.

I. Secale latifolium, in Prod. deſcriptum.
II. Secale hybernum vel majus.
Siligo, Brunf. Lon. veterum & ſecale, Trag.
Secale, Matth. Dod. gal. (quibusdam Farrago, non tamen eſt vera Farrago, quæ nil aliud eſt quam Hordeum,) Fuch. Lob. Tab. Ger.
Secale & Farrago Plinij, Lugd. Caſt.
Olyra, Cord. in Dioſc.
Rogga ſive ſecale Plinij, Dod.
Tipha cerealis & Tipha Theophraſti, Portæ.
III. Secale vernum vel minus.
Siligo æſtiva, Trag.
Secale alterum, Lugd.
Rogga ſive ſecale æſtivum, Dod.
Illud lætius, hoc gracilius, culmis paucioribus, ſpicâ breviore & tenuiore.
IV. Secale luxurians.
Clavi ſiliginis, Lon.
Secalis mater, Thal. tit. de Gramine.
An Plin. l. 18. c. 17. de hoc intelligendus, dum ſcribit: Inter vitia ſegetum & luxuria eſt, cùm onerata fertilitate procumbunt: alij volunt Plinium intelligere id, quod Theophraſt. 8. hiſt. φυλλομανίαν, inſanam foliorum luxuriam, vocavit.
V. Secale affinis peregrina.
Nuchani, Garziæ.
Secales peregrinum genus, Lugd.

AVENA. EIVSQVE SPECIES.

AVENA, βρῶμος Dioſcoridi l. 2. c. 116 forſan à βρῶμα, quod cibum ſignificat: nam vt autor eſt Plin l. 18. c. 17. Germãiæ populi huius pulte vivunt. Theoph. 4. hiſt. 6. ex Zea Avenam fieri ſcribit: at Plin. l. c. Avenam primũ frumẽti vitiũ eſſe, & Hordeũ in eam degenerare, refert.

I. Avena vulgaris ſeu alba.
Avena, Brunf. Matth. Fuch. Dod. Tur. Ama. Lac. Lon. Ad. Caſt. Tab. Lugd.
Avena ſativa & prima, Trag.
Avena veſca, Ad. Lob. Ger.
Avena frumentum, Cord. in Dioſc.
Avenæ prima ſpecies, Ang.
Avena mitior & ſativa, Cæſ.
II. Avena nigra.
Avena altera, Ang.
Bromos, Ama.
Avena ſylveſtrior nigra, Cæſ.
III. Avena nuda.
Avena nuda, Ad. Lob. Dod. Tab. Ger.

VSTILAGO.

VSTILAGO, frugũ, præſertim ſpicatarum, maximè Avenæ & Secales, morbus eſt. Theoph. 8. hiſt. 10. de frugum vitijs agens, ſcribit, quadã cõmunia eſſe omnibus ſeminibus, vt ἐρυσίβη, id eſt, Rubigo, ſicut Gaza vertit: quadam verò propria quibusdam, vt Tabitudo radicis, Ciceri & Erucarum infeſtatio. Sic & 3. cauſar. 27. Rubiginis, & Plin. l. 18. c. 17. meminere.

I. Vſtila-

I. Vſtilago ſecales.
Vſtilago, Trag. Dod. (cui Avenæ ac Tritici propriè morbus) Lon. Lob. Lugd. (cui præſertim Avenæ peſtis eſt.)
Vſtilago ſecalina, Tab.
II. Vſtilago hordei.
Vſtilago polyſtichi, & Vſtilago hordei dyſtichi, Lob. ico.
Vſtilago hordeacea, Tab.
III. Vſtilago Avenæ: & Lob. ico.
Vſtilago Avenacea, Tab.

ORYZA.

ORYZA Dioſcoridi l. 2. c. 117. Ὄρυζον Theoph. 4. hiſt. 5. Oryza Plin. l. 18. c. 7. ex qua Ptiſanam fieri ſcribit. Per Ptiſanam aliqui intelligunt Oryzam, quæ vulgò cortice nudata venalis habetur.

I. Oryza Italica, ad differentiam Germanicæ, de qua inter Zeas.
Oryza, Brunſ. Matth. Ang. Tur. Cord. in Dioſc. Lac. Dod. Lob. Lon. Cæſ. Caſt. Cam. Tab.
Oryza peregrina, Trago.
Oryzam, frumentacearum generi, Dioſc. inter legumina, Galenus recenſet, Lugd.
Hordeum Galaticum Columellæ, Hermolaus, Ruel. Amat. & Tab. cenſuêre.
II. Oryza Indiæ Orientali peculiaris.
Oryzæ peculiare genus, Regina Patenſis, Hollandis obtulit, vt habetur in Ind. Or. par. 8. ſed quid? Oryzam ex India originem traxiſſe, & per vniverſum ferè orbem diſseminatam eſſe, in 6. part. Ind. Orient. ſcribitur. Hæc præcipua omnium Indiæ Orientalis locorum annona eſt, part. 3. Ind. Orient. c. 39. Hinc Indis loco panis eſt, ex ea placentas parantibus; ex qua in China potum faciunt, quem in Peru Acuam vocant: in Iaponia vinum; quod Iavenſes Aracle nominant: & in Pegu, Aquam extrahunt, quæ cum aqua vitæ certat: part. 7. Ind. Orient. c. 36.
Diſtingvunt in Oryzam optimam, quá Giraſol, & in viliorem, quam Chambaſal Indi vocant. Linſcot. par. 2. Ind. Or. c. 37. & par. 4. c. 6. In ſumma, Oryzæ uſus, univerſis propè nationibus, non minus quàm frumentum familiaris eſt: ut de China, Iaponia, Philippinis, & maxima Indiæ Orientalis parte ſileam, etiam per Africam & Aethiopiam vniverſam, Indiamq; Occidentalem, cibus vſitatiſsimus eſt. Sic & Europæi, qui panes ex frumento habent, Oryza, obſonij vice, cum lacte aut aqua decocta, utuntur.

FRVMENTVM INDICVM.

ETSI in Canaria frumenti varia genera habeãtur: attamen potiſsimũ apud Indos quadruplex eſt: Primum, Milium Indicum: ſecundum Mays, quod Triticum ipſorum eſt: tertium, quod Manigette indigetant: quartum eſt Oryza, quæ in Regno Congiano Mazza di Manputo, id eſt, ſemen Luſitanicum, at Malaicenſes Bras appellant: & tres poſteriores ſpecies delineatæ in 6. parte hiſtoriæ Indiæ Orientalis figũra 14. proponuntur.

I. Frumentũ Indicum, ſeu Milium Indicum.
Milium hoc ſpicas habet oblongas, ex granulis colore ſemen Cannabis æmulantibus, compoſitas, formâ nonnihil oblongis, utriculis ſive folliculis ariſtis c-rcn-ibus incluſis inſtar Dipſaci herbæ, quod trium menſium ſpacio ſuccreſcit: dein abſcinditur, in terram menſis ſpacio deponitur, vt Solis calore probè exiccetur & percoquatur: tandem ſpicæ à culmis reſecantur, in faſciculos collectæ domum deportantur, ſtramine operiendis, vel muniendis ædificijs, deſtinato. Hoc frumenti genus optimum eſt, quod fractum & comminutũ, candidiſsimum apparet, ex quo facili labore panis pinſitur, cùm admodum molle ſit, & attritu ſtatim, maſſam conficiendis panibus aptam, præbeat. Et hoc fru-

hoc frumenti genus, ſemper habuerunt, etiam ante Luſitanorum adventum: hiſt. Ind. Orient. part. 6. cap. 30.

An ſemen, quod Congiani Lucum vocant, cannabis grana, niſi quòd paulo ſit majus, referens, quod molâ manuariâ, ſubactum & piſtum, panem præbet candidum, tritico non inferiorem, hiſt. Ind. Orient. part. 1. l. 2. cap. 1.

an Arundinis genus granum ferens, noſtro Secali aut frumento ſimile, quod decoctum eſui eſt aptum: Inſulæ Virgineæ hiſtoria.

II. Frumentum Indicum grano avellanæ magnitudine.

Folia habet anguſta & tenuia, ſed in tantam altitudinem, quemadmodum tertium, non exurgit: ex ramis frumentum illud inſtar nucum avellanarum dependet, quod ariſtas habet cum Tritico ſive Mays convenientes, colore rubicundo: grana cute tenella involuta, putaminibus includuntur, & peculiaribus quaſi loculis, ad modum granorum in malo Punico, ab invicem diſtincta: ſeminatur in agris, quemadmodum frumentum verum, potiſsimum in Africa, & quidem in peculiari quodam loco, qui nomen etiam ſuum inde obtinuit: & Aethiopibus

Manigette; Batavis, Grain dicitur: part. 6. Ind. Or. cap. 38.

III. Frumentum Indicum Mays dictum.

an Triticum Bactrianum Plin. l. 18. c. 7.

Frumentum Arabicum, quod Mays nominant, in hiſt. Ind. Orient. part. 8.

Frumentum ex Guinea, ibid.

Triticum Indicum ſive Mays, quod Luſitani apud Nigritas primò ſeminarunt: in hiſt. Ind. Orient. part. 6. c. 31.

Pagatowr, Virgineæ indigenis.

Avati fructus, ex quo Braſiliani potum Kaawy coquunt: Stad. par. 3. Amer. c. 17.

Milium amplum, Triticum Sarracenicum, barbaris Avati, quod idem cum Indorum Mays, & Triticum Peruanum, Lerio part. 3. Amer. c. 8.

Milium Abrayn, id eſt, Siligo Turcica in Baly. par. 3. Ind. Or. c. 40.

Frumentum Aſiaticum: par. 7. Ind. Occid.

Milium Braſilianum: par. 3. Amer.

Milium in florida: par. 6. Ind. Occid.

Differentia notanda, cùm duo genera, ad ſex vel ſeptem pedes, tertium ad decem in Virginea excreſcat. Sic alterum craſsius & rotundius, ut quod è Lucanis tollitur: alterum ſubtilius & aridius; quod Morochen appellant.

Granum hoc magni prouentus eſt (bis enim Martio & Iunio ſerunt: part 2. Ind. Occid.) cùm in Peru ex vno grano 600. gignantur: at in Virginea mille & quinquaginta, & interdum bina millia reddat. Siquidem ſpica vel vna, vel binæ, ternæ, vel quaternæ, & ſingulæ ſpicæ quinquies, ſexies, & ſepties centena grana in Virginea contineant: apud Americanos, ſinguli culmi trib⸗ quatuorve ſpicis onuſti adoleſcūt, quarum ſingulæ, grana centum & amplius pendunt. Sic grana alba, rubra, flava, cærulea, in Virginea ſunt.

Frugum omnium communiſsimum Indiæ Occidentalis locis, in Peru, nova Hiſpania, Guatimala, Chile, & univerſa terra firma, in Inſulis verò non item: ſic & in Indiæ Orientalis aliquibus. Hoc Indi communiter cum primo commiſcent: & ex hoc ſolo panem Arepas nominatum, & potum Chicha (potus ſubacidulus Cici dictus: par. 9 Ind. Occid. addit.) Indis vocatum; ut fortiſsimum, quod in Peru Sora dicitur.

an hæc herba quâ in Braſilia aliquando ſenes virilia contegunt, cujus folia duorum digitorum latitudine, paulùm incurva, in longitudinem excreſcentia, veluti calamus qui ſpicam Milij ſive Tritici Sarracenici contegit: Lerio in Braſil. cap. 7.

Hactenus ex hiſt. Indica: ſubijciamus recentiorum nomina.

Turcicum frumentum, Trag. (cui & Typha magna) Fuch.

Frumentum Indicum, Matth. Lon.

Milium Indicum Plinianum, Ruell. Geſ. Ad. Lob. cui & Mays Occidentalium.

Milium Indicum, Dod. (cui & frumentum Aſiaticum,) Tur. Lac. Geſ. cat.

Frumenti octava ſpecies Turcicū dictum, Ang.

Triticum Bactrianum ſive Indicum, Cord. hiſt. Geſ. hor.

Frumentum Turcicum, Dod. Geſ. hor. (cui & Panicum peregrinum rectius,) Tab. Ger.

Triticum Indicum Fuchſij & Matth. Lugd.

Maizum, Monardj.

Maiz, triticum Indicum potius, quàm frumentum Turcicum dicendum, cùm non ex Aſia

ſed India primum ſit allatum, Cam.
Maiz Indorum, Panicum Indicum, Cæſ.
Mays, quod nulla ſpecie cum Milio, quod Plinius ex India in Italiam importari ſcribit, convenit, Ioſeph. Acoſta hiſt. Ind. l. 4. c. 16.

Variat apud nos floris colore, purpureo, rubeo, luteo, aliquando pro ratione fructus futuri: granorum in colore quatuor præcipuè genera: habetur enim granis rufeſcentibus, nigricantibus, crocantibus, & ſubalbicantibus.

IV. Frumentum Ind. Mays dictũ alterum.
Milium Indicum magnum aliud, Lob. ico.
Milium Indicum, Caſt.
Frumentum Indicum, Tab.
Frumentum Aſiaticum, Ger.

Hoc cùm ſpicarum colore variet, idcircò Tabernæmontanus ſpicas ſedecim, Gerardus verò 12. pingit: quæ colore ſunt vel ſimplici, vel mixto: ſimplici, albo, luteo, aureo, violaceo ſpadiceo, nigro: mixtis colorib', albo, ſpadiceo: & cæruleo: cæruleo, albo, nigro, partimq; punctis ſpadiceis mixto: albo, violaceo, luteo cum punctis ſpadiceis: rubro, nigro & ſpadiceo: luteo albo, aliquando cæruleo & violaceo, aliquando luteo & albo, violaceis & cæruleis punctis aſperſis: rubro & ſpadiceo: aureo & albo: cæruleo, luteo, albo, & punctis cæruleis aſperſis: deniq; cæruleo, luteo, violaceo & albo.

V. Frumentum Indicũ Mays dictum minus. Hujus Tabern. meminit, quòd prioris altitudinem tantùm mediam attingat, cujus ſpicæ non ad culmorũ latera, ſed floribus ſuccedant, colore albo, rubeo, ſpadiceo, luteo, atrorubente, & aliquando mixto.

MILIVM EIVSQVE SPECIES.

MILIVM, à miliari ſumma Feſto, quaſi milleſimum granum ferat, Κέγχρος Dioſcorid. lib. 2 cap. 119. & Theoph. 8. hiſt. 3. à numeroſiſsimis & minutis granis ficuum, quæ Κεγχραμίδες vocantur. Hippocrati ſecundùm Galenum πάσπαλος: Milium, Plin. lib. 18. c. 7.

I. Milium ſemine luteo vel albo.
Milium, Brunſ. Trag. Matth. Fuch. Tur. Dod. Cord in Dioſc. Lac. Lon. Lob. Caſt. Tab. Lugd.
Milium Dioſcoridis, Theophraſti & Plin. Cæſ.
Milium vulgare, Geſ. hor. Ad. commune, Ang.
Milium aureum & album, Cam.

II. Milium ſemine nigro.
Milij nigri ſpecies apud Oribaſium, Ang.
Milium ſemine nigro & latiore juba, Lob. obſ.
Milij alterum genus è colore nigro deterius, Cæſ.
Milium jubâ ſubinde coloris nigricantis, Dod.
Milium nigrum, Tab. Cam. Ger.

Hoc quod in Argovia Bernatũ frequenter ſeritur, à vulgato differt folijs latioribus, caule non adeò alto, jubâ ſparsâ & minore, ſemine aliquantũ majore & rotundiore, & ad pultes conficiendas altero longè vtiliore.

III. Milium Sabæum.
Millo, frumentum in Guinea parvum, Milij forma, ſed dulcius, ex quo panem & vinum conficiunt in Regno Sabo: ad Cluſ. curas poſt.

IV. Milium arundinaceum ſubrotundo ſemine, Sorgo nominatum.
Milium quod ex India in Italiam invectum nigro colore, Plinio.
Panicum Dioſcoridis & Plinij, Trag.
Milium Indicum, Matth. Fuch. ico. (cui & Sarracenicum,) Geſ. hor. Cord. hiſt. Guiland. Lugd. Caſt. deſ.
Milium Indicum Plinij, Ang. Cam.
Milium aliud, Ama.
Panicum Indicum, Geſ. hor.
Sorghi, Fuch. Dod. gal. (cui Panici ſpecies videtur,) Lon.
Sorgum, Geſ. hor. Tab. (cui & Panicum loculare,) Ger.
Sorgo, Melica Italorum, Lob. Sorgo Inſubrum, Bellonio.
Melica ſive Sorgum, Dod.
Melica, fortè à Meline: Sagina alijs à ſaginando, Calamagroſtis Dioſcoridis ex hoc genere videtur, Cæſ.

Variat ſeminis colore, quod aliàs rufum, aliàs plenius nigricat: habetur & album & luteum, quod
Sorgum fructu rubro & fr. albo, Eyſt.

V. Miliũ arundinaceũ plano alboq; ſemine.
Sorgo ſimile granum, Hareomen Arabum, Bellonio.
Dora, Rauvvolfio.
Milium Aethiopicum, Portæ. an Mi-

an Milium album in Regno Congi, quod Mazza di Congo, id eſt, ſemen Congianum vocant, hiſt. Ind. Orient. part. prim. libro ſecundo cap. primo.

PANICVM EIVSQVE ſpecies.

Ἔλυμος καὶ μελίνη *Dioſcoridi lib. 2. cap. 120. Theoph. 8. hiſt. cap. 1. 3. 7. & 10.* μέλινος. Ἔλυμος, *forſan ab* ἐλύω *involuo. Plin. lib. 18. cap. 7. Panicum, à paniculis quibus ſemen ineſt. Mel frugum Dioclis, eidem lib. 22. cap. 25.* μελίνη, *quaſi melleum quidpiam.*

I. Panicũ Germanicũ, ſive paniculâ minore.
Milium agreſte ſive exiguum, Trag.
Panicum, Fuch. Tur. Dod. Cord. Geſ. hor. Lon. Lob. Cæſ. Cam. Tab. Ger.

Variat paniculis albis, flavis & purpureis: ſemen album, luteum, ruſeſcens: Dioſcorides frumentaceis, Gal. leguminibus jungit.

II. Panicũ Italicum, ſive paniculâ majore.
Panicum Marullo, Hermolao, Ruellio, Matthiolo, cuj & domeſticum: Anguil. Cæſ. Portæ.
Panicum ſatiuum, Lugdunenſi.
Panicum vulgare, Cluſ. hiſt.
Panicum aliud Indicum, panicula villoſâ, Lob.
Panici Indici ſpica, Dodon.
Panicum Indicum, Tab. Ger.

III. Panicum Indicũ ſpica obtuſa cærulea.
Panicũ cæruleum Indic. Ad. Lob. ico. Cam. Tab.
Panicum Indicũ Dod. Ger. ſive peregrinũ, Lug.
Panicum Americanum, Cluſ. hiſt.

Panicula eſt ſubcærulea, in calidioribus regionibus magis ſatura.

IV. Panicum Indicum ſpicâ longiſsimâ.
Panici Americani ſpica grandis vel ſeſquipedalis, Cluſ. hiſt.
Panicum Aethiopicum ex Guinea, Cluſ. hiſt. ap. ad l. 6.

DE SESAMO ET ERYSIMO Cereali.

CVM Dioſcorides & Theophraſtus Seſamum inter fruges retulerint: & Plin. l. 18. c. 10. frumenta æſtiua dixerit, Seſama, milium, panicum: ſic & Eryſimum in Aſia & Græcia, Seſamo ſimile aſſerat: & Theophraſtus 2. cauſ. plant 17. ſemina hæc, milium, ſeſamum, eryſimum inter fruges repoſuerit: & 6. cauſ. plant. 19. Seſama & Eryſimum ſicca cibo idonea, non verò viridia ſcripſerit, de vtroq; nunc.

Seſamum & Seſama ſimiliter Dioſcoridi l. 2. c. 121. Theoph. pluribus locis σήσαμον, *aliis* σησάμη *dicitur. Duplex Theophraſtus agnoviſſe videtur, dum 8. hiſt. 5. inquit, Et Seſami genus quoddam candidum datur.*

SESAMVM VETERVM.

Seſamum, Matth. Ang. Tur. Lob. Dod. Caſt. Tab. Portæ.
Seſamum verum, Cord. in Dioſc. Geſ. hor. Lugd. Cam.
Seſama, Cæſalp.
Sempſem, Alpino.

Semen ex Alexandria, Creta, Sicilia affertur.

ERYSIMVM

Theophraſti folio hederaceo, τραγόπυρον ἢ φηγόπυρον, hirco-triticum & fagi-triticum, quòd fagineam glandé forma triquetra & colore ſordido quodãmodo referat, licet multo minus ſit.
Ocymum veterum, Trago.
Frumentum Sarracenicum, Matth. Lug. Caſt.
Tragotrophon & Fagotriticum, Dod. gal.
Eryſimi alterum genus Theophraſti, Cord. in Dioſc.
Frumenti genus folio hederaceo, Eid.
Formẽtone, Ang. (cui Ocymũ eſt Varronis) Cæſ.
Frumentum vaccinum, Lonic.
Eryſimum Theophraſti, Lobel.
Fegopyron, Dodonæo.
Ocymum cæreale, Cluſ. pan. Tab.

Tragopyron, Gerard.
Polygonum hederaceum, Col.
Sarracenicum dicitur, quia ex Africa primum delatum credatur: nam veteribus vel non cognitum, vel non uſitatum, vel neglectum, Dodonæus aſserit.

PHALARIS.

PHALARIS *Plinio l. 27. cap. 12. φάλαρις Dioſcoridi l. 3. cap. 159. an Melia altera Theophraſti.*

I. Phalaris major ſemine albo.
Phalaris Dioſcoridis, Trag. ico.
Phalaris, Matth. Ang. Tur. Dod. Cord. Geſ. hor. (cui & Canarienſe ſemen,) Lon. Lob. Cæſalp. Caſt. Cam. Lugd. Tab. Ger.
Phalaris herba, Geſ. cat.
Milium alterum Theoph. Dalech. in Plin.

II. Phalaris major ſemine nigro.
Cuneno, Melitenſium incolis.
Granum hoc in Melita frequens, Canarijs inſulis familiare, Maſsiliæ notum, nigrum, oblongum, milio ſimile, quo Canarios paſseres præcipuè nutriunt: ex grano aliquando à Dalechampio ſato, Phalaris prodijt.

SECTIO QUINTA.

ASPHODELVS, PHALANGIUM.

ASPHODELVS *ſiue Haſtula Regia, quòd regij ſceptri effigiem, dum floret, referat. Ἀσφόδελος vnius Diſcor: lib. 2. c. 199. meminit, cuius florem ἀνθέρικον appellent: & Theophraſt. 1. hiſt. 10. & 7. eiusd. 11. & 12. qui 1. hiſt. 7. ἀνθέρικον, pro tota planta vſurpat. Aſphodelum aliquos Heroin appellaſſe, Dionyſium marem ac fœminam feciſſe, & aliquos Halymon Heſiodi exiſtimaſſe, Plin. l. 22. c. 12. ſcribit. Sic l. 21. c. 17. teſtatur, Theoph. & ferè Græcos & Pythagoram, caulem Anthericon, radicem verò, quæ ex octuaginta ſimul aceruatis bulbis conſtat, Aſphodelum nominaſſe: cuius genera duo faciunt: quod etiam lib. & cap. 22. oſtendit.*

I. Aſphodelus albus ramoſus mas.
Aſphodelus primus, Ang. Cluſ. hiſt.
Aſphodelus major, Cluſ. hiſp. albus, Eyſt.
Aſphodelus ramoſus, Lob. ico. Ger.
Aſphodelus caule rāoſō maritim⁹ & mas, Cæſ.
Hic ſæpè radicibus ducentis, aut pluribus ab vno capite dependentibus reperitur.

II. Aſphodelus albus non ramoſus.
Aſphodelus, Marcell. Ruell. Matth. Ama. Geſ. cat. Lon. Caſt. verus, Cord. in Dioſcorid.
Aſphodelus mas, Dod. gal.
Aſphodelus alter, Ang. Cluſ. hiſt.
Haſtula regia, Trag. lat. Lon. Lac. Geſ. hor. Lugd.
Aſphodelus albus, Geſ. hor. ap. Cluſ. hiſp. Dod. Tab. Cam. major, albus, Lob.
Aſphodelus caule ſimplici, Cæſ.
Aſphodelus non ramoſus, Ger.

III. Aſphodelus autumnalis.
Aſphodelus àutumnalis ſive major, Cam.

IV. Aſphodelus purpuraſcens folijs maculatis.
Aſphodelus flore incarnato pallido, Dod. gal.
Aſphodelus flore ſuave rubente, Lob. ico.
Aſphodelus flore rubente, Tab. Ger.

V. Aſphodelus luteus & flore & radice.
Aſphodelus flore melino, Matth. ico.
Aſphodelus luteus, Geſ. hor. Dod. Cæſ. Lugd.
Aſphodel. luteus minor, Lob. (& Erizambac Arabum,) Tab. Lugd.
Iphyon Theoph. videtur, Ang.
Aſphodelus fæmina ſive luteus, Cam. epit.

Haſtu-

Haſtula regia minor, & Aſphodel. minor, Caſt.
Aſphodelus luteo flore & radice, Cam. Ger.
Meminerê Tabern. & Gerar. Aſphodeli lutei, qui albo, radicibus & floribus ſit ſimilis, ſed folijs brevioribus, cauleq; latis folijs cincto, quem Aſphodelum luteum nominant.

VI. Aſphodelus albus minimus.
Aſphodelus minimus, Cluſ. hiſt.

VII. Aſphodelus folijs fiſtuloſis.
Aſphodelus tertius aliquibus maritimus, Geſ. hort. ap.
Aſphodelus minor, Cluſ. Dod. Lugd. Cam.
Phalangium Cretæ Salonenſis, Lob. Lug. Ger.
Phalangij alterum genus, Cæſ.
Phalangium Narbonenſe, Tab.

IIX. Pſeudoaſphodelus paluſtris Anglicus.
Aſphodelus luteus paluſtris, Dod. Tab.
Aſphodelus paluſtris, Lugd.
Aſphod. minim. luteus acori fol. paluſt. Lob.
Pſeudoaſphodelus primus vel major, Cluſ. hiſt.

IX. Pſeudoaſphodelus paluſtris Scoticus.
Asphodelus minimus Noruegicus luteus paluſtris Scoticus & Lancaſtrienſis, Lob. aduerſ. parte ſecunda.
Asphodelus Lancaſtriæ, Gerar.

X. Pſeudoaſphodelus alpinus.
Pſeudoaſphodelus pumilio folijs Iridis, Cluſ. pan. vel ſecundus, Eid. hiſt.

PHALANGIVM EIVSQVE Species.

Φαλαγγὶς Dioſc. l. 3. c. 122. meminit: ſic dictum Galeno, 8. ſimpl. facult. quòd demorſis à Phalangijs auxilietur, cui φαλαγγίτης, & Plin. l. 27. c. 12. Phalangites, à quibuſdam Phalangium, ab alijs Leucanthemum vocatum.

I. Phalangium magno flore.
Phalangium, Matth. Caſt. majus, Geſ. hor.
Phalangium Matthioli, Lugd. Tab.
Phalangium Allobrogicum majus, Cluſ. hiſt. ap. 2: Eyſt.
Phalangium Dalechampij, Lugd.
Lilium polyrrhizon Myconi, Lugd.

II. Phalangium parvo flore non ramoſum.
Phalangites quorundam, Cord. in Dioſc.
Liliago, Cord. hiſt. eius Scholiaſti, Aſphodelus Germanicus.
Liliago Cordi, Aſphodeli ſyl. ſpecies, Thal.
Phalangium non ramoſum, Lob. Dod. Tab.
Phalangio Allobrogico congener, vel Phalangium montanum, Cluſ. cur. poſt.

Eſt majus folio lõgiore, & latiore, ſemine majore: eſt alterum in quo omnia minora, & folia anguſtiora, in monte VVaſſerfall: cujus radices ſæpè pro Ruſci veri radicibus, magno errore divenduntur.

III. Phalangium parvo flore ramoſum.
Moly alterum Plinij, Dod. gal.
Moly Plinij, Dod.
Phalangites noſtrum Geſ. hor.
Phalangites ſive Phalangium herba, Geſ. hor.
Phalang. ramoſum, Lob. Dod. Lugd. Tab. Ger. Eyſt.
Phalangium, Aſphodelus parvus dici poſſet, Cæſ.
Phalangium majus, Cam.

SECTIO SEXTA.

XYRIS, IRIS, ACORVS, GALANGA, ZINZIBER, ZEDOARIA, COSTVS, CVRCVMA ET CROCVS INDICVS.

XYRIS.

ΞΥΡΙΣ *ob folij ſimilitudinem, quaſi raſorium cultrum dicitur, de qua Dioſc. l. 4. cap. 22.* ἶρις ἀγρία, *Iris ſylveſtris Theophraſto: Plin. l. 21 c. 20. Iris ſylveſtris, à quibusdam Xyrin vocata. Spatula fœtida, tum ob folij figuram gladiolum referentis, tum quòd gravem odorem exhalet, vulgò dicitur.*

I. Gladiolus fœtidus.
Xyris ſive Iris ſylveſt. Dioſcoridi.
Sparganium ſive Xiphidion, Offic. ſpatula fœtida, Ruell. Ama.
Spatula fœtida, Trag. (cui & Gladiolus Italicus,) Fuch. Lon. Geſ. hor. Ang. Cæſ. Tab. Dod.
Xyris, Matth. Lac. Tur. Cord. Cornaro, Lob. Caſt. Cam. & Ger.
Xyris vel Iris agria Theo. Dod. gal. Ad. Lob. ico.
Xyris Matthioli & Lobeli, Lugd.

Cùm Matthioli & Lobeli figura, radicis forma differant, idcirco in hiſtoria Lugdunenſi duæ figuræ poſitæ: dum enim adhuc juvenca eſt, radicem habet fibroſam ſeu capillarem: vbi verò adolevit, craſsa eſt. Flos communiter obſoletè purpureus: aliquando ſaturata purpura arridet, rariùs rubet.

II. Gladiolus fœtidus maritimus.
Xyris maritima, quam fluctus in littora, cum alijs purgamentis reijciunt, Lugd.

IRIS ET EIVS DIFFERENTIAE.

IRIS, Ιρις *Dioſc. l. 1. c. 1. à cæleſtis arcus ſimilitudine nomen accepit. Species complures eſſe, colore floris differentes, idem oſtendit, nempe candido, pallente, luteo, (alij nigros legunt,) purpureo, cæruleo, ſeu cyaneo. Quam colorum diverſitatem non in vno flore reperiri, videtur Dioſcorides, (vt aliqui credunt,) voluiſſe: ſiquidem de Illyrica maximè loquatur, quam Braſsavolas in Illyrico plerumq; candidis, aliâs pallidis, nonnunquam luteis & etiam purpureis conſpexit. Theoph. 6. cauſ. 13. Iris odorata eſt, & à gratia palati nomen accepit, quæ in Illyride (6. cauſ. 28.) melior quàm in Macedonia: in Thracia verò, locisq; frigidioribus odore penitus caret. Gaza Iridis vocem Conſecratricem vertit. Plin. l. 21. c. 7. Iris diverſi color (ſpecie floret, ſicut & arcus cæleſtis, vnde & nomẽ: laudatiſsima in Illyrico; proxima in Macedonia, quæ longiſsima, candicans, & exilis: tertium locũ habet Africana, quæ ampliſsima & guſtu amariſsima. Illyrica quoq; duûm generũ: Raphanitis, à ſimilitudine, (fortè Aſtragalites Gal. & Aetij,) quæ & melior: Rhizotomos ſubrufa: nõ improbatur & Piſidica.*

Recentiores multas differentias agnoſcunt: quare dividemus in eam, quæ radice eſt geniculata, & eam quæ radice eſt bulboſa: hæ enim & foliorum latitudine anguſtiaue, floriſq; colore, & ratione loci natalis variant.

IRIS LATIFOLIA.

I. Iris vulgaris Germanica ſive ſylveſtris.
Iris, Brunſ. Geſ. cat. ſylveſtris, Matth. Lac. Cord. hiſt. Caſt. Lugd. Tab. ſylveſ. prima, Adverſ.
Iris ſyl. major, Matth. ep. Geſ. hor.
Iris Germanica, Fuch. cærulea, Dod.
Gladiolus cæruleus major, Trag.
Iris latifolia major vulgaris, Cluſ. hiſt.
Iris biflora, Ger. ico.

Hæc eſt quam in tectorum culminibus, vinea-

nearum macerijs & muris plantare conſueuerunt, quæ in hortos translata, cultura ſpecioſior redditur.

II. Iris hortenſis latifolia.
Iris Germanica, Trag. domeſtica, Matth. Lac. Caſt. Lugd.
Iris, Tur. Ang. Dod. Cord. in Dioſc. Lon. Tab.
Iris communis, Geſ. hor. vulgaris, Lob. Ger.
Iris noſtra ſativa, Cord. hiſt.
Iris, Hyacinthus Virgilij Columellæ & Palladij, Ang. Cam.
Iris major cærulea, vel purpurea, Cam.
Iris latifolia vulgaris cærulea, Eyſt.

III. Iris hortenſis pallidè cærulea.
Iris cuius flores aquæ cyaneum colorem referunt, Dod.
Iris dilutè cærulea involucro albo, Tab.
Iris Chalcedonica, Ger. ico.
Iris latifolia maior obſoleta, Cluſ. hiſt.

IV. Iris hortenſis alba Germanica.
Iris albo flore, Geſ. hor. alba, Tab. Ger.
Iris vulgaris candidis floribus, Lob. ico, Lugd.
Iris candida, Dod. ſub Iride altera.

V. Iris alba Florentina.
an Iris Africana Dioſcoridis?
Iris ſativa floribus nivei coloris, Matth.
Iris Florentina ſeu fœmina, Geſ. hor.
Iris Florentina, Ireos officin. Dod. gal. Lon. Ad. Tab. Ger.
Iris Illyrica, Cord. in Dioſc.
Iris flore ex toto candido, Cæſalp.
Iris major alba, Illyrica vulgo vel potiùs Florentina, Cam.
Iris latifolia major alba, Cluſ. hiſt.

Hæc Florentina à Germanica differt, quòd hujus radix ſiccata, non ſecus ac vulgaris cæruleæ, corrugatur: illius verò non, quæ etiam radice minore eſt: in officinis noſtris Illyrica habetur, quæ Venetijs adfertur, quæ ruffeſcit, minùs nitida eſt, at odore eſt ſuaviore.

VI. Iris Illyrica.
Iris Illiyrica, Eyſt. quæ à Florentina aliquantum differt, quòd hujus flos candidiſsimus ſit, cùm Illyricæ ſit coloris dilutè cærulei palleſcentis & odore remiſsiore.

IRIS LATIFOLIA PEREgrina major.

I. Iris Suſiana flore maximo ex albo nigricante.
Iris Suſiana, Cluſ. pan.
Iris Chalcedonica variegata, Lob. Tab.
Iridi luteæ variegatæ in Lug. hiſt. jungitur.
Iris Camerarij, Ger. ico.
Iris latifolia major prima, Cluſ hiſt.
Iris Chalcedonica latifolia, Eyſt.
Iris Pharaonis, vel nigra Cretica quibusdam.

II. Iris Aſiatica cærulea polyanthos.
Iris Aſiatica cærulea, Cluſ. pan. ſive latifolia major 2. Eid. hiſt.
Iris Dalmatica major, Lob. ico. Lugd. Tab. Ger. ico.

III. Iris Aſiatica purpurea.
Iris Aſiatica purpurea vel 3. Cluſ. pan.
Iris latifolia major 5. Eid. hiſt.
Huc referantur
Iris latifolia violaceo colore major, &
Iris latifolia major variegata, Eyſt.

IV. Iris peregrina ſubrubens inodora.
Iris major latifolia ſexta, Cluſ. hiſt.

V. Iris peregrina odore oxyacãthæ.
Iris major latifolia 24. Cluſ. hiſt.

VI. Iris Dalmatica major.
Iris Dalmatica major, Cluſ. hiſp. vt Lob. Tab. Ger. quoad deſcript. & Chalcedonica 2. Tab. icon.
Iris major latifolia 3. Cluſ. hiſt.
an Iris Luſitanica verna, Lob.

IV. Bulbus marinus crinitus, τριχώδης, in hiſt. Lugd. proponitur, quid ſit, ignoramus.

V. Tigridis flos, Dod. Lob. Lugd. Tab.
Ocelo Xochiel, id eſt, flos Tigridis, novæ Hiſpan. ſive Mexiocanæ Provinciæ, in hiſt. Mexiocana.

Radicem habet porraceam, folia gladioli, flos rubet egregiè, circa medium tamen albus, & inſtar pellis Tigridis maculatus: huius veram figuram in Florilegio I. du Bry videre eſt.

SECTIO SECUNDA.

NARCISSVS: LEVCOIVM: LILIONARCISSVS SIVE TVLIPA.

NARCISSVS ET EIVS Species.

ΝΑΡΚΙΣΣΟΣ ϗ λείριον Dioſcoridi l. 4. c. 161. & Theoph. 6. hiſt. 6. & 7. eiusdem 12. dicitur, non à Narciſſo adoleſcente nimium ſeipſum adamante, vt Poëtæ fabulantur, ſed à vi ſtupefaciendi, quam νάρκωσιν Græci vocant: ſeu vt Plinius, à narce, quam vim Narciſſo ineſſe l. 21. c. 19. teſtatur: hinc Plutarcho in Sympoſio, quaſi nervos hebetans & torpidas gravitates efficiens, dicitur.

Vnius Theophraſtus meminit: at Dioſcorides in flore differentiam notat, qui albus ſit, intus croceus, in quibusdam purpureus, ita vt alius ſit πορφυρώδες, alius κροκώδες, Et Plinio l. 21. c. 5. Narciſſus alter flore candido, calyce purpureo: alter calyce herbaceo; per calycem intelligens quod in floris medio eſt, nullius Græci autoris exemplo: & ſeq. c. 19. Narciſſum vnum purpureo flore, & alterum, herbaceum dixit.

NARCISSVS PORRACEO FOLIO, anguſto calyce, latifolius ſimplex, vno flore.

I. Narciſſus maximus pallidus folijs incanis.
Narciſſ. omn. maximus pallid. ad Cluſ. cur. poſt.

II. Narciſſus maximus fl. cæruleo albicante fimbriâ croco aureâ.
Narciſſus maximus mediopurpureus, aut cæruleus latifolius Hiſpanicus, Eyſt.

III. Narciſſ. albus magno odoro flore circulo pallido.
Narciſſus 13. medioluteus Poëticus, Tab.
Narciſſus mediopurpureus, Ger. ico.
Narciſſus latifolius 7. Cluſ. hiſt.

IV. Narciſſus niveus odoratus circulo rubello.
Narciſſus ſerotinus montanus, Cluſ. pan.
Narciſſ. latifolius 6. Cluſ. hiſt.

V. Narciſſus albus circulo purpureo.
Narciſſ. purpureus, Geſ. hor.
Narciſſ. mediopurpureus, Dod. Lugd. Cluſ. pan. Eyſt.

Nar-

Narciſſus Poeticus mediopurpureus, Lob.
Narciſſus, Caſt. primus circulo rubeo, Cæſ.
Narciſſus 14. & Poëticus 5. Tab.
Narciſſ. mediopurpureus præcox, Ger.
Narciſſ. latifolius alter, Cluſ. hiſt.

Vnum fert floré, rarò binos: & huic ſimilem, circulo tamen rubro, in Pannonicis Cluſius proponit,
Narciſſum ſerotinum montanum vocans.
Narciſſ. medio rubeus communis, Svve.

VI. Narciſſ. alb. circulo croceo vel luteo.
Narciſſ. Veterum, Trag. candidus, Lon.
Narciſſ. primus, Dod. gal. Cæſ.
Narciſſ. Italicus flore candido, & Narciſſ. alb. Geſ. hor.
Anemone limonia Theoph. Narciſſ. cognata, Eid.
Narciſſ. Poet. mediocroceus, Lob.
Narciſſ. Poet. medioluteus Dodonæi, Lugd.
Narciſſus 10. roſeoluteus major. Tab.
Narciſſ. medio purpureus præcox, Ger. ico.
Narciſſus ſerotinus, Svver.

Hic à priore potiſsimum circuli colore differt, & Narciſſus Dioſcoridis videtur.

Hujus generis tres reperiuntur, forma, colore, aut odore nequaquam, & magnitudine parum ſed florendi tempore, differentes: maiores, medij, præcoces: & ſerius prodeuntes, minores ſunt.

VII. Narciſſus albus circulo croceo minor.
Narciſſ. minor ſerotinus mediocroceus, Lob. ico.
Narciſſ. 16. ſerotinus albus, Tab. minor, ſerotinus, Ger.

VIII. Narciſſus flore cæruleo, Cluſ. pan.
Narciſſ. cæruleus, ſolo floris colore à Narciſſo medio croceo differens, Lob. ad. par. 2.

NARCISSVS EXOTICVS.

I. Narciſſus Indicus totus ruber.
Narciſſ. latifolius octavus, qui & Indicus rubro flore, vel Iacobæus, Cluſ. hiſt.
Narciſſ. Indicus rubro flore, Lob. ad. par. 2.
Narciſſ. Ind. flore ſangvineo, Svver.

Ex India Orientali adfertur.

II. Narciſſus ex albo rubeſcens.
Narciſſ. Gareti, flore albo exteriore parte rubicundo, Svver.

III. Narciſſ. Ind. obtuſo latiſsfolio bulbo. vaſtiſsimo.
Narciſſ. Indicus Orient. bulbo magno & compreſsiore rotundo, folijs Narciſsi, Svver.

IV. Narciſſ. Ind. obtuſo latiſsimo folio alter.
Narciſſ. Ind. Occid. folijs Narciſsi latifolij, Svve.

V. Narciſſ. Ind. lato & multiplici folio.
Narciſſ. promontorij Bonæ ſpei bulbo oblongo, Svver.

VI. Narciſſ. African. folijs bifolij.
Narciſſ. African. ſive Narciſſ. exoticus, Lob. ad. par. 2.

Variat folio acutiore, rotundiore, & complicato; flore eſt phœniceo.

NARCISSVS LATIFOLIVS ſimplex pluribus floribus.

Narciſſus totus albus.

I. Narciſſus albus major odoratus.
Narciſſ. latifolius major, in latifoliorum claſse altera, Cluſ. hiſt.

Cõmuniter binos, interdum ternos & quaternos flores, ex ſex folijs, imò ex duodecim conſtantes, Cluſius notavit.

II. Narciſſus Orientalis major albus.
Narciſſus Orient. major polyanthos totus albus, Eyſt.

Eſt latifolius, floribus copioſis albis peramplis, odoratis, tribus ſtaminibus luteis brevibus donatis.

III. Narciſſus Orientalis medius albus.
Narciſſ. orient. medius totus albus polyanthos, Eyſt.

A priore ſola magnitudine differt.

IV. Narciſſ. orient. albus calice ſtellato.
Narciſſ. Orient. albus odoratus calice ſtellato, Eyſt.

Floribus eſt albis odoratis, in medio ſtamina aurolutea inſtar ſtellæ radiatim diſpoſita.

V. Narciſſus totus albus major.
Narciſſus totus albus, Dod. Lob.
Nalciſſus totus albus prior, Cluſ. hiſp.
Narciſſ. latif. ſimplici fl. prorſus albo, Eid. hiſt.
Narciſſ. albus major, Cam. quintus albus, Tab.
Narciſſ. orient. polyanth. min. totus alb⁹, Eyſt.
Narciſſ. medioluteus polyanthos, Ger. ico.

VI. Narciſſus totus albus major.
Narciſſ. totus alb. alter, Cluſ. hiſp.
Narciſſ. latifol. niveus alter, Eid. hiſt. deſcr.

Narciſſus tetus albus paucioribus floribus, Lob. ob.
Narciſſus albus minor, Cam.
VII. Narciſſus niveus.
Narciſſus latifol. niveus tertius. Cluſ. hiſt.
IIX. Narciſſus albus flore minore Iaſmini odore.
Narciſſ. latifol. niveus tertius. alter, Cluſ. hiſp.

Narciſſus medioluteus.

I. Narciſſus orientalis albus calice luteo Campanulæ ſimili maximus.
Narciſſ polyanthos orient. calice medioluteo odoratus maximus, Eyſt.
Hujus, vt & duorum ſequentium calix, campanulæ inſtar amplus luteus: flores jucundum odorem ſpirant.
II. Narciſſus orient. albus calice luteo medius.
Narciſſ. polyanthos orient. medioluteus odoratus medius, Eyſt.
III. Narciſſ. oriẽt. albus calice luteo minor.
Narciſſ. polyanthos orient. medioluteus minor odoratus, Eyſt.
IV. Narciſſ. orient. calice aureo pluribus foliolis pleno.
Narciſſus oriental. mediocroceus calice pleno, Eyſt.
Flos albus, calice aureo pluribus tortilibus ſoliolis pleno.
V. Narciſſus Orient. calice rotundo auroluteo.
Narciſſ. orient. mediocroceus major, Eyſt.
VI. Narciſſus pallidus mediocroceus.
Narciſſ. medioluteus Piſanus, Lob. ico. Svver.
VII. Narciſſ. pallidus medioaureus.
Narciſſ. præcox ſulphurei coloris minor, ad Cluſ. cur. poſt.
IIX. Narciſſus albus circulo croceo polyanthos.
Narciſſus, Matth. comp. octavus, edit. Ital.
Narciſſ. mediocroceus ſerotinus polyanthos, Lob. ico.
Narciſſ. quart. Matthioli, Lugdun.
Narciſſ. 15. niveus ſerotinus, Tab. totus albus, Ger. ico.
Narciſſus, Caſtori; quem quinto ſimplici flore junxit.
Hic etiam circulo purpureo reperitur, qui Narciſſus mediopurpureus, Eyſt.
IX. Narciſſus pallidus circulo luteo.
Narciſſus mediolut. Dod. Lugd. Ger. Svve. Eyſt.
Narciſſ. albidus medioluteus, Lob.
Narciſſ. 6. medioluteus 1. Taber.
X. Narciſſus pallidus circulo aureo alter.
Narciſſ. latifolius 5. uel Narciſſus pallido flore medioaureus, Cluſ. hiſt.
Meminit Cluſius & alterius, cuius flos ex pallido vireſcit, calice anguſto flavo.
XI. Narciſſus medioluteus copioſo flore odore gravi.
Narciſſ. octavus fortè Matth.
Narciſſus medioluteus, Ad. Lob. (cui & Donas Narbonenſium) Cluſ. hiſp. Svver. medioluteus alter, Dod. Lugd.
Narciſſus præcox ſimpl. flore, vel latifolius ſimplex 1. Cluſ. hiſt.
Narciſſus 7. medioluteus 2. Tab.
Narciſſus alter comoſo flore, Cæſ.
Narciſſus Conſtantinopolitanus minor calice fimbriato, mediocroceus, Eyſt.
Variat folijs obtuſioribus & acutioribus: ſic floris colore, qui aliquando ſulfureus, ſive ὠχρόλευκος: aliquando 10. 12. etiam 18. flores obſervavimus.
XII. Narciſſ. medioluteus majoribus florib.
Narciſſus præcox, Cluſ. hiſp.
Narciſſus medioluteus alter, Lob. obſ.
Narciſſ. latifol. Byzantin. mediolut. 2. Cluſ. hiſt.
Præcocior priore, latioribus folijs, & floribus majoribus.
XIII. Narciſſ. niveus calice flavo odoris fragrantiſsimi.
Narciſſ. latifol. ſimpl. mediolut. 3. Cluſ. hiſt.

Narciſſus totus luteus.

I. Narciſſus luteus polyanthos Africanus.
Narciſſ. Africanus flavus polyanthos: in addit. ad Cluſ. cur. poſt.
Narciſſus Africanus multiflorus coronatus, Svvert.
Narciſſ. luteus Africanus major, &
Narciſſus Africanus aureus major, Rob.
II. Narciſſ. luteus polyanthos Luſitanicus.
11. N. Jazetta, L. 416

Nar-

Narciſſus d'Argiers, aut Aegyptius, Lob. ad. part. alt.
Narciſſ. de Argiers polyanthos totus lut. Eyſt.
Narciſſus Africanus flore aureo, Svver.

III. Narciſſ. luteus Conſtantinopolitanus.
Narciſſ. totus luteus ex Thracia, Cluſ. hiſp.
Narciſſ. latifol. flavo fl. ſive 4. Zerincada-catamer nomine allatus, Eid. hiſt.

Flos aut omnino luteus, aut pallidus: qui pallidus, caliculum planè aureum habet.

IV. Narciſſ. anguſtifolius totus luteus.
Narciſſus totus luteus ſemper florens Caccini, ad Cluſ. cur. poſt.

Singulis caulibus ad quindenos flores, idque ſæpius in anno, Florentiæ profert.

V. Narciſſ. anguſtifol. flavus magno calice.
Narciſſus 9. qui anguſtifolius 1. vel Narciſſ. juncifolius 1. amplo calice, Cluſ. hiſt.
Narciſſ. maximo calice, flore luteo, Svver. qui alium adjungit
Narciſſum oblongo calice, flore luteo.
Narciſſ. juncifolius præcox major, &
Narciſſ. juncifolius latiore calice, Eyſt.

NARCISSVS PORRACEO anguſto folio.

I. Narciſſus anguſtifolius albus major.
Narciſſo juncifolio albo flore, junxit Cluſ. in cur. poſt.

II. Narciſſ. anguſtifolius albus minor: qui 1. in Prod.

III. Narciſſ. anguſtifol. pallidus calice flavo.
Narciſſus ſulfurei coloris majuſculus, ad Cluſ. cur. poſt.

IV. Narciſſus parvus albus fimbria ſuaue rubente.
Narciſſ. paruus ſtellatus albus medio ſuave rubente vertice, Lob. ad. par. 2.

V. Narciſſus mediocroceus gramineo folio.
Narciſſus mediocroceus tenuifolius, Lob. ad. par. 2.

NARCISSVS IVNCIFOLIVS ſimplex, luteus & albus.

I. Narciſſ. juncifol. oblongo calice luteus major.
Narciſſ. juncifolius prior, Cluſ. hiſp. Lugd.
Narciſſ. juncifol. major, Dod. odoratiſs. Cam.
Narciſſ. luteus juncifolius vel Africanus præcox, Lob.
Narciſſ. 10. anguſtifol. 2. & juncifol. 1. Cluſ. hiſt.
Narciſſ. 8. juncifolius 1. Tab. juncifol. præcox, Ger.
Narciſſ. major juncifol. Eyſt.

Flores terni, quaterni, quini, interdum gemelli odorati.

II. Narciſſ. juncifol. luteus minor.
Narciſſ. juncifol. Dod. flo. Lugd. alter, Cluſ. hiſp.
Narciſſ. juncifol. min. Dod. Cam. Cluſ. hiſt. Eyſt.
Narciſſ. juncifolius ſerotinus, Lob.
Narciſſ. 9. juncifolius 2. Tab.
Narciſſ. flore luteo, brevi calice, Svver.

Cluſius frequentioribus: Lobelius pauciorib. folijs dicit: vterq; eadem figura vtitur: vnico aut altero flore flavo & odoro.

III. Narciſſ. juncifol. flore luteo variegato.
Narciſſ. luteus albicantib. lineis diſtinctus, brevi calice, Svver.

IV. Narciſſus juncifol. flore pallidiore, calice flavo.
Narciſſ. juncifol. minor, Cluſ. hiſt. ap. & Lob. ad. par. 2. minimus Eyſt.

V. Narciſſ. juncifol. flore rotundo roſeo.
Narciſſ. juncifol. flore rotundæ circinitatis roſeo, Lob. Lugd. Svver. cui flos albus eſt.
Narciſſus 10. roſeoluteus major & minor, Tab.

VI. Narciſſus juncifolius totus albus.
Narciſſ. juncifol. flore albo, alter, Cluſ. ap. alt. auct. & cur. poſt.
Narciſſ. juncifol. polyanthos albus, Eyſt.

VII. Narciſſ. autumnalis albus.
Narciſſ. junceis folijs albus autumnalis medio obſoletus, Swer.

VIII. Narciſſ. albus autumnalis minimus.
Narciſſ. autumnalis minor, Cluſ. hiſp. Lugd. Tab. parvus, Dod. Lob.
Narciſſ. ſerot. ſive autumnal. minim. Cluſ. hiſt.

IX. Pſeudonarciſſus gramineo folio, ſive Leuconarciſſus æſtivus: qui 2. in Prod.

NARCISSVS MAGNO ET brevi calice

I. Narciſſ. latifol. max. alb. calice brevi luteo.
Narciſſus albus max. calice luteo brevi, Eyſt.

II. Narciſſ. latifolius pallidus calice amplo & aureo, caule ſtriato.
Narciſſus latifol. flavo flore amplo calice, Cluſ. cur. poſt.
Pſeudonarciſſ. pallidus calice amplo, Eyſt.

Variat vnico flore, aliquando binos conjunctos habet: hic intenſè luteus, ille pallidus, ad Cluſ. cur. poſt.

III. Narciſſus latifolius pallidus calice amplo alter.

Narciſſ. omnium maximus pallidus amplo calice: in addit. ad. Cluſ. cur. poſt.

IV. Narciſſ. latifol. ſulfureus vel albus brevi calice.

Narciſſus ſulfurei coloris brevi calice, Svver.

Narciſſ. totus albus brevi calice, Idem.

Pluribus eſt Floribus. Addit & alium totum album triplici flore & anguſtiore folio.

Narciſſus albus medius calice luteo brevi: & Eyſtet.

NARCISSVS MAGNO ET OBLONGO tubo vel calice, latifolius.

I. Narciſſus maximus pallidè luteus.

Narciſſ. maximus griſeus vel pallidus, amplo calice flavo, non deſcriptus, Svver.

II. Narciſſus alter craſſo bulbo.

Narciſſ. minor pallidus amplo calice flavo non deſcriptus, Swer.

III. Narciſſus ſubflavus tubo ſexangulo.

Narciſſ. falſus tuba ſexangulari dilutior flavus non deſcriptus, Swer.

IV. Narciſſus flavus tubo rotundo.

Narciſſ. oblonga tuba rotunda, quaſi abſciſſa, flavo flore, Svver.

V. Narciſſus albus tubo luteo.

Narciſſ. alb. oblongo calice luteo, Svver.

VI. Narciſſus albus calice flavo, moſcari odore.

Narciſſ. oblongo calice, Cluſ. hiſt. ap. alt.

Narciſſ. alb. luteo longiore calice, ad. Cluſ. cur. poſt.

Pſeudonarciſſus albus calice luteo, Eyſtet.

Triplicis Cluſius meminit, 1. fl. albo, calice flavo. 2. flore albo, ſed calicis ore magis croceo. 3. flore ex albo palleſcente, aut ὠχρολεύκῳ, calice latiore & oris croceis.

Et in curis poſt. in alijs ſtylus tubi oras ſuperat, in alijs non excedit. Aliquando (vt ad cur. poſt. additum) flore majore ex folijs niveis, aut candidis, ſed anguſtioribus & oblongis, odore grato.

VII. Narciſſ. alb. calice flavo alter.

Narciſſus albus oblongo calice præcox, ad Cluſ. cur. poſt.

Triplex ſpecies: 1. latis & viridibus folijs, caule breviore, flore albo, tubo flavo: 2. folijs anguſtioribus: 3. folia tubum cingentia pallida, anguſtiora, & acuminata: & eſt tubo fimbriato & non fimbriato, vt eſt

Narciſſus tuba non fimbriata flaveſcente, Svve.

VIII. Narciſſ. ſyl. pallidus calice luteo.

βουλβώδιον Theoph. Codiaminum Gaza vertit, Plin. l. 22. c. 11. ſecutus.

Narciſſ. Brunſ. Lac. quo ad ico. primam.

Narciſſ. luteus, Trag. Geſ. hor.

Narciſſ. 8. Matth. fol. quo ad ico. 1.

Narciſſ. 3. Eid. comp.

Narciſſ. Matthioli, Lugd. quoad 2. ico.

an Narciſſus, Ang.

Codianum vel Codiaminum flore Codij, id eſt, Campanulæ, Geſ. hor.

Bulbus ſyl. & Codiaminum, Eid. col.

Pſeudonarciſſus, Dod. gal. vulgaris, Cluſ. hiſt.

Pſeudonarciſſ. luteus, Tab. Eyſt.

Narciſſ. luteus ſyl. Dod. Lon. Lugd.

Narciſſ. totus luteus montanus, Theoph. Lob.

Narciſſ. calice prælongo anguloſo, Cæſ.

Pſeudonarciſſ. Anglicus & Hiſpan. Ger.

Pſeudo-Narciſſ. minor Germanicus, Svver.

Cauli cuilibet communiter flos vnus inſidet: aliquando duodecim.

Pſeudonarciſſ. vulgaris binos flores in eodem caule gerens, Cluſ. hiſt. ap. alt. verùm & triplici flore adſervo.

Sic Cluſ. hiſt. ap. alt. auctar. multas notat differentias, flores majores, minores, forma & colore diſsimiles: aliquibus ſex folia tubam amplexantia præpallida, alijs pallida, alijs ſaturatiora: tubus aut valdè amplus, aut anguſtus, qui vel pallidus, vel flavus & quaſi aureus, aut oris crenatis, vel crenatis & fimbriatis ſimul, quales ſunt

Pſeudonarciſſ. ſimpl. Belgarum &

Pſeudonarciſſ. luteus, Eyſt.

aut quodammodo æqualibus, & minimè criſpis. Huc referri poſſunt.

Bulbus flore luteo ſuperiore parte aperto, &

Bulbus alius flore luteo humili, cuius ſemen ſimile Hemerocallidi Valentinæ: plura non habet, Cluſ. pan.

IX. Narciſſ. maj. tot. lut. calice prælongo.

Pſeu-

Pſeudonarciſſ. major, Cluſ. hiſp. & Hiſpanicus Cluſ. hiſt. Swert.
Narciſſ. ſyl. alter, Dod.
Narciſſ. totus luteus montanus, Theophraſti. Hiſpanicus, Lob.
Narciſſ. totus luteus mont. major, Eyſt.
Huic ſimilis inodorus, inefficacior locis ad meridiem, Ad. Huc pertinet,
Pſeudonarciſſ. aureus præcox, Eyſt.

X. Narciſſ. totus luteus flor. folijs reflexis.
Narciſſ. tot. lut. oblongo calice & reflex. folijs, Eyſt.

XI. Narciſſ. parvus totus luteus.
Pſeudonarciſsi genus admodum exile, Cluſ. pan.
Pſeudonarciſſ. minor Hiſpanicus latifol. Cluſ. hiſt.
Narciſſ. totus luteus mont. minimus, Eyſt.
Narciſſ. Hiſpanicus flore luteo pumilus, Svver.

XII. Narciſſ. alb. oblongo calice.
Pſeudonarciſſ. albo flore, Cluſ. hiſt. ap. alt. auct. totus alb. Eyſt.
Narciſſ. oblonga tuba totus albus, Svver.
Duplex eſt: vnus altior flore longiore & tubo anguſtiore, flore albo, vel etiam ὠχρόλευκον colorem accedente: alter humilior flore breviore & tuba laxiore. Aliquando flos non pendulus ſed protuberans, Cluſ. cur. poſt.

XIII. Narciſſ. albus fimbria lutea.
Pſeudonarciſſ. flore albo tuba oblonga, fimbriis luteis, Svver.

XIV. Narciſſ. luteus repens.
Pſeudonarciſſ. minor lut. repens, Eyſt.

NARCISSVS OBLONGO calice,

Vel Calathi figurâ, anguſto etiam junci folio.

I. Narciſſus anguſtifolius alb. calice oblongo floreq; reflexo.
Narciſſ. juncifol. alb. fl. reflexo, Cluſ. app. alt. auctar. & cur. poſt.
Narciſſ. juncifol. alb. calice magno, Lob. ad. par. alt.
Narciſſ. totus alb. reflex. Svvert.

II. Narciſſ. montan. juncifol. calice flavo.
Pſeudonarciſſ. primus, Cluſ. hiſp. juncifol. primus, Cluſ. hiſt. & junceis folijs, Eid. cur. poſt.
Narciſſ. montan. juncifol. minimus, Lob. Lug.
Narciſſ. juncifol. fl. luteo reflexo, Svver.

III. Narciſſ. montan. alter flore fimbriato.
Pſeudonarciſſ. juncifol. 2. flavo flore, Cluſ. hiſt.
Narciſſ. montan. juncifol. minim. alter, flore luteo fimbriato, Lob. Lugd.
Pſeudonarciſſ. juncifol. Eyſt.
Huc referendus
Narciſſ. tubâ fimbriatâ flore flaveſcente, &
Narciſſ. pſeudojunceis folijs luteus fimbriat. Svvert.

IV. Narciſſ. montan. albus minimus.
Narciſſ. omn. minimus mont. alb. Lob. Lugd.
Pſeudonarciſſ. juncifol. 3. albo flore, Cluſ. hiſt.
Variant hi tres: alijs flos amplior, vel flaveſcentis coloris, vel flavi, vel aurei: in nonnullis ſtilus oras excedit, in alijs vix ad oras pertingit: aliquando oris æqualibus, aliquando fimbriatis.

V. Narciſſ. montanus juncifol. calice aureo.
Pſeudonarciſſ. minim. juncifol. aureus, Eyſt.

VI. Narciſſ. montanus coronatus.
Narciſſ. montan. minimus coronatus, Lob. ico.

NARCISSVS PLENO Flore.

I. Narciſſus Orient. fl. multiplici & pleno alboluteo.
Narciſſ. nobilis Orient. polyanthos mixtus, Eyſt.

II. Narciſſ. latifol. alb. medioluteus.
Narciſſ. 9. Matth. comp. & primus, Eid. fol.
Narciſſ. 8. Matthioli, Lugd.
Narciſſ. flore multiplici, Cluſ. hiſp. (pleno flore 1. in hiſt.) Lugd. multiplex, Dod.
Narciſſ. albus polyanthos (ſive Chalcedonicus & multiplex) Lob. Ger.
Narciſſ. 4. Lon. 1. polyanthos; Matth. Tab.
Narciſſ. exoticus ſive Conſtantinopolit. Cam.
Narciſſ. major fl. multiplici, Eyſt.
Narciſſ. Chalcedonicus pleno flore albo, Svver.
Narciſſi mediocrocei plenifloris degenerationes, in ſua hiſtoria ſe propoſiturum, Lob. ad. par. 2. pollicetur.

III. Narciſſ. latifol. alb. medioaureus.
Narciſſ. pleno flore ſecundus, Cluſ. hiſt.
Terni, quaterni; flores, ſuavis odoris.

IV. Narciſſ. albus corona multiplici lutea.
Narciſſ. pleno flore 2. Cluſ. pan. 3. Eid. in hiſt.
Narciſſ. albus alter media fimbriata lutea multipli-

tiplici corollâ, Lob. ico.
Narciſſus medioluteus corona duplici, Svver.
Odore eſt, inter Narciſſum & Muſcari medio: etiam cum decem floribus vidimus.

V. Narciſſus bulbo anguloſo.
Narciſſ. Conſtantinopolitanus, quem Zeiden Sari vocant, Camer.

VI. Narciſſ. multiplex totus flavus.
Narciſſ. plenus quartus flavo flore, Cluſ. hiſt.
Narciſſ. flavus pleno flore, Svver.

VII. Narciſſus mediopurpureus multiplex.
Narciſſus pleno flore quintus, Cluſ. hiſt.
Flos vnus, interdum duo, odore ad Muſcari accedens: aliquando viginti & pluribus: aliquando ſexaginta quatuor folijs conſtat.

VIII. Narciſſ. totus niveus multiplex.
Narciſſ. pleno flore ſextus, Cluſ. hiſt.
Narciſſus albus pleno flore, Svver.

IX. Narciſſ. albus multiplex ex Virginea.
Narciſſus totus albus de Virginea pleno flore, oblongo apice, Svver.

X. Narciſſus ſyl. multiplex calice carens.
Pſeudonarciſſus pleno flore, Cluſ. hiſt.
Pſeudonarciſſ. luteus polyanthos, Tab.
Narciſſus ſyl. multiplex, Dod.
Narciſſ. luteus multiplici flore, Lob.
Narciſſ. luteus multiplex Dodonæi, Lugd.
Narciſſ. cuius flos multiplici plexu roſæ inſtar conſtat, Cæſ.
Narciſſus ex luteo pallidus flore pleno, Cam.
Narciſſ. ſyl. ſtellatus, Eyſt.
Duplex eſt: vnus elegantior eſt, florem explicatum ſemper gerens: hic
Pſeudonarciſſus luteus flavo pleno flore, Svve.
Alter verò florem explicat, ſed involucro incluſus permanet: vterq; pallidus.

XI. Narciſſus flore pleno variegato.
Narciſſ. Septentrionalis flore pleno luteo, Eyſt.

XII. Narciſſus luteus ſyl. duplici & triplici tubo aureo.
Narciſſ. duplici tuba flore luteo, Svver.
Pſeudonarciſſus pleno flore, ſeu triplici tuba, Cluſ. hiſt. ap. alt. & cur. poſt.
Narciſſus Septentrional. calice luteo pleno, duplicatis folijs, Eyſt.

XIII. Narciſſus luteus ſyl. triplici tubo alter.
Pſeudonarciſſi pleno flore varietas, Cluſ. cur. poſt. qui duplicem proponit.
Narciſſi toti lutei præcocis Septentrionalium, ſive montani Theoph. omnium vulgatiſſimi, triplicem ex eadem radice differentiam, additâ figurâ, Lob. ad. par. 2. recenſet.
Narciſſ. Septentr. pleno luteo oris inciſis, Eyſt.

XIV. Narciſſ. luteus tubo diviſo.
Pſeudonarciſſus duplex diviſo calice odoratus, Svver.

XV. Narciſſ. latifolius luteus multiplex.
Narciſſus Cyprius luteus polyanthos fl. pleno, Lob. ad. part. altera: & addit.
Narciſſum polyanthea Byzantinum huius familiæ eſſe, quem tamen non deſcribit.

XVI. Narciſſ. juncifol. aureus multiplex Anemones formâ.
Narciſſus juncifol. pleno flore, Cluſ. cur. poſt.
Narciſſ. juncifolius luteus flore pleno, Eyſt.
Eſt & huic ſimilis alter, qui licet multiplex ſit, tamen adeo multiplex foliorum textura non eſt, quem
Narciſſum aureum pleno flore vocat Svver. hunc à Patre Gregorio de Regio Capucino, vnà cum alijs ex Italia accepimus.

NARCISSVS MARITIMVS.

I. Narciſſus maritimus.
Ημεροκαλλις, Theoph. 6. hiſt. 1. vbi Elium Gaza vertit.
Hemerocallis quibusdam putatur, Bulbus ſcilicet littoralis, Theoph. Pancratium Monſpel. & Squilla minor Pharmacop. Geſ. hor.
Hemerocallis Valentina, Cluſ. hiſp. & hiſt. Dod. fl. Lob. (cui & Narciſſus Conſtantinopolitanus Matth.) Cam. (cui & Con Zambach Turcis) Tab.
Pancratium floribus rubris, Lob. ico.
Pancratium Dalech. Lugd.
Narciſſus marinus, Dod. Cluſ. hiſt. ap. alt. & cur. poſt. Cæſ.
Narciſſus Pancratium marinum flore albo, Sw.
Variat flos colore: apud Monſpelienſes eſt albo, eſt ſubluteo, & eſt palleſcente: apud Italos, rubeo & purpureo, quandoq; punicante: hinc apud Lobelium in iconibus duplex figura,
Pancratium marinum, &
Pancratium floribus rubris: & apud Taber.
Lilium marinum album.
Lilium marinum luteum: & Svver.
Narciſſus major ſive Pancratium floribus rubris,

bris, & Narciſſus Pancratium marinum ſive Hemerocallis Valentina.

II. Narciſſus Illyricus liliaceus.
Narciſſ. 3. vel Conſtantinopolitanus, Matth. & Lugd. qui priorem putat.
Aſouzenas de las Indias, Lob. ob.
Lilionarciſſ. Hemerocallidis Valentinæ facie, & Lilionarciſſ. Orient. Plateau, Cluſ. hiſt.
Lilionarciſſ. Hemerocallidis facie, Eyſt.
Narciſſus montanus ſive marinus alter, qui Matthioli tertius, Cluſ. hiſt. app. 2. & in auct. hujus meminit.
Narciſſus Conſtantinopolitanus, Tab.
Narciſſ. 3. Matthioli multiflorus albus, Svver.
Pancratium Indicum alterum vernum, ſive Narciſſus Indicus alter facie Pancratij Monſpeliani, Lob. ad. par. 2.

Flores ſeni, ſepteni: ſic, caule duplici: ab vno 14. Liliacei candidi, ab altero 12. aliquando vnus caulis triginta quinque flores ſuſtinuit: aliquando flos fuſcus caryophyllo aromatico concolor.

III. Narciſſus Indicus autumnalis.
Pancratium Indicum, aut Narciſſus Indicus maximus autumnalis quorundam, Lob. ad. par. 2.

IV. Narciſſ. Indic. folio latiſsimo triquetro.
Narciſſus ſive Pancratium Orientale Svver.

V. Narciſſus Indicus latifolius alter.
Narciſſ. Indic. ſive Pancratium Occid. Svver.

LEVCOIVM BVLBOSVM eiusq; Species.

A Λευκόιον *apud Theoph. 6. hiſt. 7. & 7. eiusd. 13. Gaza violā albam vertit. Leucoion, inquit, florum prima ſe oſtendit, emicat vbi cœlum clementius ſtatim, etiam nondum hyeme exacta: vbi verò immitius, poſtea. Plin. l. 21. c. 11. Viola alba florum prima Ver nunciantium, cuius vita longiſsima eſt trimatus.*

I. Leucoium bulboſum vulgare.
Leucoium Theophraſti, & Viola alba, Plinij.
Narciſſ. Martius, Brunf. ſeptimus, Matth. Lug.
Viola alba Theoph. Trag. (cui & Hemerocallida Dioſc.) Fuch. Geſ. cat.
Narciſſus & Viola alba, Tur.
Narciſsi candidi genus, Cord. in Dioſc.
Narciſſus aquaticus, Cæſ.
Viola alba bulboſa Fuchſij, Lugd.
Leucoium Theoph. Dod. gal. Lon.
Leucoium bulboſum Theoph. Geſ. hor. Thal.
Leucoium bulboſum primum, Tab.
Leucoium bulb. hexaphyllon, Dod. Cam. minus, Eyſt.
Leucoium bulb. præcox majus, Cluſ. pan. & hiſt. Ger. ico.
Leucoium alterū bulbaceum Theoph. Portæ.
Leuconarciſſolirion prat. vernum paucioribus floribus, Ad.
Leuconarciſſolirion paucioribus floribus, Lob.
Leuconarciſſolirion vulgare, & Opitilion Theoph. Cam. in Matthiolum.
Narciſſ. Germanicus vulgaris, Svver.

Flores in ſingulis pediculis ſinguli, rariſs gemini: tribus & quinque foliis pingit Svvert nomine Narciſsi Hiſpanici Leucoij minoris.

II. Leucoium bulboſum flore patulo.
Narciſſoleucoion Bohemicum, Svver.
Leucoium bulboſum hexaphyllum majus, Eyſtett.

Folijs eſt latioribus, flore majore & patulo.

III. Leucoium bulboſum majus ſive multiflorum, quod aliqui Acrocorion Plinij ſtatuunt.
Leuconarciſſolirion prat. vernum, Ad. Lob.
Leucoium bulboſum polyanthemum, Dodon. Cam. Lugd. multiflorum, Tab.
Leucoium bulboſum majus, Ger.
Leucoium ſerotinum majus, Cluſ. pan.
Leucoium ſerotinum, Eyſtett. qui & minus exhibet.
Narciſſus 2. Matthiol. Lugdunenſ. 3. & Matth. 10. Tab.
Narciſſoleucoium majus Hiſpanicum, Svve.

Variat folijs pallidioribus, minus mucronatis, ſed

ſed velut bifidis: floribus, maculis ex viridi pallidioribus infectis.

IV. Leucoium bulboſum trifolium minus.
Narciſſ. tertius alter, Matth. comp.
Narciſſ. 8. alter, Eid. fol. 2. Lac. ico.
Leucoium bulboſum triphyllon, Dod. Cam. minus, Eyſt.
Leucoium bulboſum præcox minus, Cluſ. pan. & hiſt.
Leuconarciſſol. prat. vernum omn. minimum, Ad.
Leuconarciſſolirion minimum, Lob.
Leuconarciſſolirion bifolium, Cam. in Matth.
Narciſſus, Matth. quoad. 1. fig. Lugd.
Narciſſ. montan. alter, Cæſ.

V. Leucoium bulboſum trifolium majus.
Leucoium bulboſum Byzant. Cluſ. pan. præcox, Eid. hiſt. & Lob. ad. par. 2.
Leucoium bulboſum triphyllon majus Byzantinum, Eyſtett.
an Narciſſ. ſextus Matth. Lugd.
Leucoium bulb. 2. Tab. ſub bulboſo præcoce, Ger.

VI. Leucoium bulboſum trifolium cæruleum.
Leucoium triphyll. flore cæruleo Someri, Lob. ad. par. 2.

VII. Leucoium bulboſum autumnale latifolium.
Narciſſo leucoium autumnale, Svver.

IIX. Leucoium bulb. autumnale.
Leucoiũ bulb. autumnale minimum, Dod. minus, Cluſ. hiſp.
Leucoium bulb. autumnale tenuifolium, Cluſ. hiſt.
Leuconarciſſolirion minimũ autumnale, Lob. & Ad. par. 2. tenuifolium autumnale.

IX. Leucoium bulboſum tenuifolium vernum.
Leucoium bulb. vernum minimum, ſive folio capillari præcox, Cluſ. cur. poſt.

X. Leucoium vnico & junceo folio.
Bulbus μονόφυλλος ſeu vnifolius
an βολβίνη Theophraſti, Cluſ. hiſt. app. 2. auct.
an Ornithogalum vnifolium flore albicante, Svver.

XI. Leucoio bulboſo affinis duplex.
Bulbus quatuor aut quinq; flores geſtans in modum Campanulæ albæ, Cluſ. pan. & hiſt.
Alterum addit bulbum flore magno, Campanulæ forma, terram ſpectante, intus luteo, foris purpureo, ibid.

TVLIPA ET EIVS SPECIES.

TVLIPA, cuius deſcriptionem & figuram primus Geſnerus Anno 1560. in append. ad Cordi hiſt. dedit, à pileo Dalmatico, vel amiculo capitis, ab ipſis geſtari ſolito, nomen habet, idq; propter floris cum pileo ſimilitudinem. Sunt qui Anemonem, λειμωνίαν Theoph. velint, cùm ibi Pulſatillam intelligere videatur: alij Cynorrhodon Plin. l. 21. c. 5. cenſent: alij ad Satyrium trifolium referunt. Turcæ Alé & Zampúl vocant. πυθιώνα fortè Theophraſti.

Genera prima tria ſunt: præcocius vnum: ſerotinum alterum: dubium tertium, medio tempore florens.

Præcox caule eſt pedali, firma medulla pleno, quem folia plerumq; terna, nōnunquam quaterna & quina amplectuntur, propendentia & nutantia, interdum ſurrecta: cauli flos vnicus (rariſſimè gemini vel ſummo caule coniunctim naſcentes, vel bifido inhærentes) ſex folijs (rariſſimè ſeptenis & octonis) conſtans, ex quo tot ſtamina, quot folijs conſtat, colore variantia prodeunt.

Serotina caule eſt cubitali & tripedali, fungoſa materia pleno, quem quaterna plerumq; folia, nonnunquam quina & ſena firmiora, vt plurimum erecta non nutantia ambiunt: ſemine quam in præcoci maiore, & bulbo longiore maioreq; plerumq; conſtat: ſic & caulem ramoſum interdum habet.

Dubia, quæ præcocium flore marceſcente ſuos explicant, & ſerotinis florere incipientibus,

iam

iam ſeneſcunt, & cum his interdum florent. Sunt inter has nonnullæ, quæ ſerotinarum magnitudinem æquant: aliæ quæ præcoces non ſuperant, nec illis forma abſimiles ſunt: & illæ quidem vel ampliſſimis floribus præditæ, vel præcoce non maioribus: quædam etenim præcocibus humiliores ſunt.

Omnium folia apice mucronato aut, orbiculato: vel tria interiora orbiculata, exteriora mucronata, & contrà exiſtunt.

TVLIPA PRAECOX SIMPLICIS & vnius coloris.

I. Tulipa præcox lutea.
an Satyrion triphyllon Dioſcoridis.
Tulipa alia, Geſ. ap. ad Cordum, lutea, Caſt.
Lilionarciſſus luteus, Lob.
Tulipa præcox flava, Cluſ. hiſt.
an Ouludia, Lugd.

Variat: vel pallet, vnguibus plerumq; aureis, vel ad auri fulgorem accedentibus, vnguibus veluti fuligine aſperſis: interdum flos inodorus, vel odor imbecillus, vel quaſi croci ſive etiam ceræ recentis. Aliquando flavus, ſequenti anno flavum & rubrum commixtum habuit.

II. Tulipa præcox rubra.
Tulipa Turcarum, Geſ. ap. ad. Cordum.
Narciſſus quintus, Matth. Lugd.
Anemone limonia Theoph. Tulipa quorundam, Geſ. hor.
Lilij rubentis genus videtur: Idem.
Satyrium erythronium fortè: Idem.
Lilionarciſſus ſangvineus puniceusúe, Ad. Lob.
Tulipa, Dod. Lon. major, Lugd. rubra, Caſt.

Colore eſt nunc ſaturatiore, modo dilutiore & gratiſſimi aſpectus: interdum ineleganti & obſoleto: foliorum vngues, vel lutei omnino, aut levi fuligine in luteo aſperſi: in quibusdam in medio vngve macula nigra, in alijs ita lata, vt ſola linea lutea ambiens conſpiciatur: interdum vngues folij partem dimidiam occupant. Odor inſtar mali aurei, vt plurimum obſcurus, vel papaveris virus referens. Aliquando qui ruber fuit, ſequenti anno variè commiſtus, ex rubro & flauo inter ſe confuſis coloribus, modo flavo, medium folium occupante, modo rubro, vel vtroq; radiatim per oras diſcurrente fuit. Verùm eæ quæ nativum colorem mutant, ſubinde corrumpi ſolent. Huc pertinet ex Eyſtett.

Tulipa præcox floribus rubris in album luteum langveſcentibus.

III. Tulipa præcox purpurea.
an Coſmo ſandalos Veterum inter coronarias?
Lilionarciſſus purpureus, Lob.
Tulipa præcox purpurea, Cluſ. hiſt.

Aliâs dilutior & Damaſcenam roſam colore referens: interdum adeò diluto, vt albeſcere videatur: aliâs purpura ſaturatior, & violaceum ſive amethyſtinum colorem habet: hic eſt

Lilionarciſſus purpuroviolaceus, Lob.

Aliâs Pœoniæ floris æmulus: aliquando ex purpura nigricat, & obſoletior eſt: hic eſt,

Lilionarciſſ. purpureus ſangvineus, punriceusvè quintus, Lob: & huc referas duos ſequentes:

Lilionarciſſ. ſanguineum paniceumúe 8. &

Lilionarciſſ. ſang. puniceumve obſoletum, tribus exterioribus mucronatis folijs, internis verò retuſis, Lob.

Vngues cum apicibus aut pallent, aut lutei ſunt: nonnulli apices nigros habent, pediculis veluti fuligine infectis: odora eſt & inodora. Aliquando purpurea, ſequenti anno album & purpureum colores, variè inter ſe commixtos, & radiatim folia ſecantes, habuit. Item ex Eyſt.

Tulipa purpurea calice palleſcente &

Tulipa ſumme miniata calice luteo.

IV. Tulipa præcox alba.
Lilionarciſſus uiveus, Lob. ico.
Tulipa præcox alba, Cluſ. hiſt.

Flos omnino candidus, niſi tria folia exteriora dorſo cineracei vel cærulei quippiam admiſtum haberent, vngues lutei, nonnunquam veluti fuligine aſperſi, apicibus & ſtaminibus pallidis, aliquando vngues prorſus albi, apicibus nigricantibus:

Admonet Cluſius, ſe Tulipas cærulei omnino coloris nondum vidiſſe: totum florem pallidè violaceum in horto meo habui.

TVLIPA PRAECOX Varia.

I. Tulipa præcox rubra varia, Cluſ. hiſt.
Rubræ variæ floris folia exteriora mucronata, interiora orbiculata magna ex parte ſunt:

 he-

hujus differentiæ octo:

1. Eſt magnis oris auri fulgore ſplendentibus, magnis vnguibus luteis: apicibus, vel nigris, vel obſoleta purpura tinctis, pediculis veluti fuligine infectis.

2. Foliorum exteriorum ora foris lutea, interius dilutius rubentia, rubedine quaſi radiatim in luteas oras deſinente: at interiora rubēt, vngues lutei, ſtamina cinerea.

3. Folia dilutiore minij colore rubent, oris mediocribus, foris minij colore, interiora folia ferè tota occupante, & virgatim in oras luteas deſinente: vnguibvs magnis, flavis, apicibus cineraceis, pediculis luteis.

4. Folia exteriora medio dorſo luteo, ſangvineis virgulis diſtincta ſunt, parte reliqua rubra, orisq; luteis: interiora omnia ferè rubra, ſed rubro colore in aureas oras radiatim deſinente: interiore parte lutea, rubris radijs circa medium folium diſtinctis: vngues & pediculi lutei, apices nigri.

5. Folia omnia mucronata, externa, dorſo lutei, reliqua parte ſangvinei coloris, oris tamē extremis luteis, quæ internè ſangvineis radijs tota reſpersa: interiora foris ſangvinis modo omninò rubent, oris luteis ſive flavis coloribus ſe commiſcentibus, interna parte flavis, circa medium ſangvineis radijs, inſtar orbis inſignitis: vngues & pediculi lutei, apices nigri.

6. Folia mucronata, oris aureis, reliqua parte rubris, excepto dorſo foliorum exteriorum quod aureis virgulis aſperſum: omnium vngues lutei, radiatim in rubro cōmixti, pediculi lutei, apices nigri.

7. Folia externa mucronata, interna orbiculata tota rubra, oris tamen aurei coloris radiatim in rubro deſinentibus: exteriores ſaturatiora, interiore tamen parte magis aurea: vngues, ſtamina, pediculi cum præcedenti conveniunt: omnium iſtorum flores ſatis odorati ſunt.

8. Folia ſunt parvis oris aureis, per reliqua elegantiſsimi rubri coloris: vngues flavi, ſtamina veluti fuligine tincta, apices obſoletè purpurei.

II. Tulipa roſea variegata polyanthos.
Tulipa polyanthos præcox roſea, colore mixta, Eyſt.

III. Tulipa præcox lutea varia, Cluſ. hiſt.

Lilionarciſſus luteolis averſa parte folijs, ſecundum ora ſtrijs rubris decoratus: intus verò luteus amœnus, Lob. ico.

Huius etiam differentiæ novem ſunt.

1. Flos primis diebus totus luteus, at quarto, vel quinto, folia extrinſecus per oras rubris virgulis leviter diſtingūtur, interna parte (præſertim tria externa) luteis remanentibus, & vnguibus nonnunquam veluti fuligine tinctis, apicibus interdum luteis, pediculis fuſcis.

2. Floris folia externa, circa medium rubris radijs raris inſignita ſunt, interiora autem frequentioribus, & ad extremum vſq; folium ferè excurrentibus: vngues aurei, ſtamina pallida.

3. Foliorum exteriorum oræ, foris planè rubent, interius à medio ad oras extremas rubris virgulis diſtinguūtur: interiora folia externè omnino rubent: internè, à medio ad ſummum, rubrum nervum protenſum, & latera rubentibus radijs exornata, habent.

4. Folia exteriora dorſo luteo ſunt, per oras verò dilutioris cinabaris colore virgatim diſtincta: interiore parte, ad vnguem vſq; cinnabaris color tota occupat: interiora folia cinnabaris colore infecta, nervo tamen duplici luteo ſecundum longitudinem, & luteis virgulis in oras externas excurrentibus: apices nigricant, pediculi lutei nonnullis fuligine infectis: vngues aurei, magni, ſtamina quodammodo ſuperantes: huc refer

Lilionarciſſum luteum coccineum rubentibus oris, Lob.

5. Flos odorus eſt, cuius folia tria exteriora mucronata & lutea ſunt, oris purpura rubeſcente radiatim intercuſsante inſignitis: dein orarum extrema lutea ſunt, & interna parte, ad folij medium, radij frequentes rubri coloris conſpiciuntur: ſic interiora folia orbiculato mucrone prædita, lineis rubris ab infimo ad extremas oras luteas diſtinguuntur: interior pars minus radiata, quàm exterior: vngves magni & cum ſtaminibus & apicibus lutei.

6. Flos aliquantulum odoratus, cuius folia orbiculata, foris aurea, oris luteis, intus lutea, linea aurei ſive rubri coloris flavo permixti, radiatim & transverſim folium medium ſecante: pediculi lutei, apices cineracei.

7. Folia orbiculata, exterioribus, dorſo ad extremum mucronem luteo, oris latis ex aureo ru-

rubris: vnguibus, ſtaminibus & apicibus luteis: nonnihil odorus.

8. Flos priori par, ſed dilutioris coloris, ſtaminibus & apicibus duntaxat variantibus: nec odore caret.

9. Flos luteus, oris ſtrijs rubris diſtinctis, & vngvibus ſubviridibus: hic eſt.

Lilionarciſſus luteus hilaris, oris rubris ſtriatis, carinâ ſubviridi, Lob. ico.

Huc referatur ex Eyſtett.

1. Tulipa lutea maculis minutis aſperſis.
2. Tulipa lutea lituris aureis.
3. Tulipa lutea margine roſeo.
4. Tulipa lutea maculis rubens.
5. Tulipa lutea prope calicem radio rubro.
6. Tulipa lutea lituris miniatis.
7. Tulipa ex pallido tota vireſcens.
8. Tulipa ex luteo citrini coloris lineis, dorſalibus viridibus.
9. Tulipa flava ex ſulphureo colore palleſcētibus lituris prope apices roſeis flāmi formib.
10. Tulipa floride pallens oris coccineis.

IV. Tulipa præcox purpurea varia, Cluſ. hiſt. Huius differentiæ decem ſunt.

1. Folia omnia mucronata, quæ Pœoniæ pleno flore purpureum colorem imitatur, oris ex albo purpuraſcentibus, vngvibus ex luteo viridiq; coloribus permixtis, ſubobſcuris, circulo exalbido eos ambiente: pediculis flavis veluti fuligine infectis: apicibus nigris: floribus magnis & admodum patulis.

2. Folia mucronata ſunt, foris purpurea, internis media parte carnei coloris, oris ex albo palleſcentibus, vngvibus, ſtaminibus, & apicibus flavis ſive luteis.

3. Folia mucronata, foris & intus purpurea, oris extremis albis: vngves lutei, albo orbe circūdati: apices obſoletè purpuraſcētes initio, dein vbi obverſi ſunt, flavo polline aſperſi: pediculi flavi.

4. Folia mucronata, ſaturatiore purpureo colore prædita, ora exalbida, vngves albi, in imo flavi, apices & ſtamina pallida.

5. Folia mucronata, coloris purpurei dilutioris magisq; floridi: ora exalbida, vngves ex viridi pallentes, pediculi nigricantes, apices pallidi: hic ſolus odorus.

6. Folia mucronata, obſcurioris purpuræ, & quaſi amethyſtino colore prædita: magnis oris albis: vngvibus, ſtaminibus & apicibus flavis.

7. Folia orbiculatis oris, magnis & albis, reliqua parte ſaturatiore, nitenteq; purpureo colore prædita: vngves flavos, orbis albus ambit: apices cineracei, pediculi flavi.

8. Folia interiora aliquando orbiculata, dilutiore purpureo colore ſplendent: interiore parte tota ferè alba, omnium extremitates magnæ albæ: vngves, ſtamina & apices flavi coloris ſunt: & hic eſt

Lilionarciſſ. rubellus nitid. candidis oris, Lob.

9. Folia externa mucronata & reflexa, exterius obſcure purpuraſcentia: interna orbiculata & dilutius purpuraſcentia: vtraq; in magnas oras albas deſinentia, interiore parte veluti purpureum orbem, totum florem per medium ambientem, habentia, & vngves luteos vel flavos, albo orbe incluſos: apices obſoletè purpuraſcentes, obtinent.

10. Folia omnia mucronata, & externa tria foris purpurea, magnis oris albis prædita, interiore parte alba, & eorum mediam partem orbe purpureo ſecante: vngves flavos, circulus albus ambit: ſtamina cum apicibus pallent.

Huc pertinent ex Eyſtett.

1. Tulipa roſea venis luteis.
2. Tulipa miniata, linea viridi.
3. Tulipa florib⁹ reflexis, interius miniatis, exterius herbaceis, margine ex cinabari rubente.

V. Tulipa præcox alba varia, Cluſ. hiſt. Et huius differentiæ octo notantur.

1. Folia externa albeſcūt, exceptis oris, quæ elegantis & dilutè admodum purpuraſcentis ſive carnei coloris ſunt: interna magis purpuraſcūt, vngves lutei, dein exalbidi: ſtamina cum apicibus flava. Huc refer,

Lilionarciſſum candore & rubore confuſum, Lob.

2. Folia exteriora dorſo ſunt exalbido, virgulis purpureis adſperſis, reliqua parte purpuraſcente, aut incarnato: interiora purpurea sūt: vngves ſtellatim flavi, dein albi: apices lutei: pediculi veluti fuligine adſperſi.

3. Folia externa dorſo albo ſunt, punctis purpureis diſtincto, interiore parte dilutiore purpura nitente: interna, ſaturatioris ſunt purpuræ: vngves flavi, radiati, ſtellæ inſtar: apices nigri: pediculi fuſci.

4. Folia externa oras magnas carneo colore præditas habent, reliqua parte alba: interiora verò quaſi carnei coloris ſunt.

5. Folia externa, dorſo ſunt palleſcente, aliàs alba præter oras, quæ foris brevibus & raris purpuraſcentibus radijs exornantur: interiora albeſcunt, oris, lineis purpureis longioribus & frequentioribus foris inſignitis.

6. Folia exteriora, dorſo & mucrone extremo pallent, aliâs candida, ora interius paucis purpuraſcentibus radiis diſtinguntur: interiora, à medio ad oras radijs purpuraſcentibus, foris aſperſa ſunt: intus alba, oris rarioribus virgulis diſtinctis.

7. Folia exteriora alba: interiora oras habent, nunc paucis, nunc multis virgulis purpuraſcentibus, ſive carnei coloris diſtincta: vngues flavi: apices ac pediculi omnium pallent.

8. Folia omnia, coloribus albo & carneo permiſtis prædita ſunt: ſed qui cineraceum carneo colori temerè perfuſum referant: vngues exalbidi: apices obſoletè purpuraſcentes, pediculi albi ſunt.

Verùm ſi Tulipæ præcocis ſemina germinât, rarò nativum matris colorem retinent, ſed in varios colores flores transformant, præſertim Albæ, ex quibus aut omnino albi, aut albo varij: vel lutei & luteo varij: aut rubri atq; rubro varij: vel purpurei, ac purpureo varij, quorum videlicet purpurea folia albis oris ornata fuêre. Quoad flavas, aut rubras, pleraq; proles matris colorem retinet, ſæpè etiam in alium commutatur. Huc referantur ex Eyſtett.

1. Tulipa candida lineis viridibus.
2. Tulipa alba maculis roſeis.
3. Tulipa albicās maculis latis rubentibus.
4. Tulipa alba marginibus rubeſcens.
5. Tulipa argentei & albicantis coloris.
6. Tulipa præcox ex albo in luteū lineis oblongis rubris.
7. Tulipa ex albo ruffâ margine rubente.
8. Tulipa explicata flore candido lineis rubris.

VI. Tulipa præcox anguſtifolia.
Tulipa Perſica præcox, Cluſ. cur. poſt. qui duplicem facit.

VII. Tulipa anguſtifolia altera ſive folijs Hyacinthi.
Tulipa bicolor, tribus luteis & tribus rubris folijs Caccini, ad Cluſ. cur. poſt.

TVLIPA SEROTINA.

I. Tulipa ſerotina lutea.
Tulipa ſive Lilionarciſſ. luteus latifol. obtuſus phœniceis rubentibus oris, Lob.
Tulipa lutea, Cluſ. pan. ſerotina flava, Eid. hiſt.
Tulipa ſive Lilionarciſſ. luteus latifolius, Lugd.

Flos coloris dilutioris, & quidem modo flavi, vel palleſcentis, vel intenſioris & quaſi auri modo rutilantis: eſt cuius foliorum oræ ſanguineis guttis aſperſæ ſunt: ungues ceræ recentis coloris, interdum nigricantibus venis diſtincti, vel macula nigra notati: apices cùm pediculis, vel flaui, aut cineracei, vel fuligine infecti, aut omnino nigri. Huc referatur ex Eyſt.

I. Tulipa aurei coloris.
Tulipa lutea, ex rubro viridi coccineo variegata.
Tulipa globoſa ſerotina aureo colore punctata.

II. Tulipa ſerotina alba: cuius varietas ex Eyſtett.

1 Tulipa albicans margine coccineo.
2. Tulipa albicans ex flavo purpureo, folijs prope calicem luteis vnguibus.
3. Tulipa nivea oris rubeo purpuraſcentibus.
4. Tulipa nivea oris ex rubro purpureis.
5. Tulipa ſerotina ſtellata.
6. Tulipa diverſi coloris alba linea rubente.

III. Tulipa ſerotina coccinea: cuius varietas ex Eyſtett.

1. Tulipa coccinea albeſcentibus oris.
2. Tulipa globoſa ſerotina cinnabari colore.

IV. Tulipa ſerotina rubra, Cluſ. hiſt.

Floris color plerumque ſaturatior & quaſi nigricans: interdum dilutior & perelegās: vngues aut omnino flavi, aut nigri, qui, Sole illuſtrati cæruleum quidpiam permixtum habere videntur: vel macula nigra maiore, vel minore, (tenui orbe aureo incluſâ) flavum inficiente: apices cùm pediculis, vel flavi, vel nigri: ſic apices cinerei & pediculi flavi.

Ex his varietas obſervata, quod interdum ex rubræ ſemine, flava: contra ex flauæ ſemine, rubræ natæ ſunt, vnguibus ſæpè variantibus. Huc referatur.

Tuli-

Tulipa verſicolor, parte mediâ viridibus ſignaturis, alterâ verò rubrâ, Eyſt.

V. Tulipa ſerotina ramoſa major.

Tulipa ſerotina πολυκλαδὴς major, Cluſ. hiſt.

Tulipa ſerotina polyanthos, Eyſt.

VI. Tulipa ſerotina ramoſa minor.

Tulipa ſerotin. πολύκλωνος min. Cluſ. hiſt.

Vtraq; & rubro & flavo flore reperitur.

VII. Tulipa ſerotina braſsicæ floridæ ſimilis, vel Tulipa viridis prima.

Tulipa viridis, Eyſtett.

Variat ſimplici & duplici foliorū ſerie: & hæc Tulipa ſerotina viridis, duplici foliorum in flore ſerie, Cluſ. hiſt.

IIX. Tulipa viridis altera.

Tulipa ſerotina viridis, oris pallidis & albis, Cluſ. hiſt.

IX. Tulipa ſerotina flore pleno.

1. Tulipa ſerotina flore pleno miniato, Eyſt.

2. Tulipa ſerotina tota lutea fl. pleno. Eyſt.

TVLIPA DVBIA.

Tulipa dubia major.

Lilionarciſ. luteus phœniceo confusè mixtus, Lob.

Tulipa media major prima, Cluſ. pan.

Tulipa dubia prima maior, Cluſ. hiſt.

Differentiæ, huius ſunt novem.

1. Folijs eſt mucronatis, calice admodum pallido, vel flavo: vnguibus ceræ recentis inſtar flavis.

2. Folia habet flava orbiculata ad aurei mali præmaturi colorem accedentia: ſtamina cúm apicibus flava, & flos odorus eſt

3. Flos omninò aureus, cuius externa folia, dorſo flavo prædita, oris dilutioris cinnabaris colore radiatim diſtincta: interna, cinnabaris coloris, binis nervis luteis, & radiolis flavis in latera excurrentibus: vngues magni, flavi: apices nigri: pediculi flavi, fuligine infecti.

4. Folia orbiculata flava, venis rubris ſecundum longitudinem excurrentibus, interdum totum dimidium folium inficientibus.

5. Flos dilutius rubet, cinnabaris colore, folijs mucronatis: vel ſaturatioris & quodammodo nigricantis coloris, exterioribus mucronatis, interioribus orbiculatis: vnguibus flavis veluti fuligine aſperſis, vel in omnibus folijs, vel in exteriorib. apicibus modo flavis & leviter nigricantibus, modo omnino nigris: pediculis flavis media ex parte nigricantibus.

6. Flos coloris albi exoleti, folijs ex albo palleſcentibus, dorſo flaueſcente: folijs interioribus orbiculatis, vnguibus apicibusq; pallentibus.

7. Folia orbiculata dilutiſsimi purpurei coloris & quodammodo carnei, vngues maximi albi, quorum principia cùm ſtaminibus & apicibus flavent.

8. Flores ſaturatius purpuraſcunt, prædulcium rufeſcentium vuarum inſtar, folia interiora orbiculata: vngues cum apicibus flaveſcūt.

9. Flores ſaturæ admodum purpuræ, & ceraſorum acidorum nigrorum ſuccum referunt (Weyelfarb & nos vocamus) vnguibus ſub cæruleis, vel ex cæruleo nigricantibus, ſtaminibus fuſcis.

II. Tulipo dubia major altera.

Lilionarciſſ. phœniceus peramœnus oris luteis, Lob.

Tulipa media major ſecunda, Cluſ. pan.

Tulipa dubia prima, major altera, Cluſ. hiſt.

Huc refer

Lilionarciſſ. luteis oris flore patulo, Lob. qui in Lugdunenſi hiſtoria, Tulipæ ſive Lilionarciſſo luteo latifolio iungitur.

III. Tulipa dubia media ſulphurei coloris.

Lilionarciſſus ſtriatus candidis ſvaverubentibus oris, Lob. ico.

Tulipa dubia ſecunda, media prima, Cluſ. hiſt.

Variat quoq;

1. Flos pallidi coloris coctum ſulphur refert, folia mucronata, vngues fuligine infecti.

2. Flos eleganter flavus, folia mucronata, vngues & apices nigri, pediculi fuligine infecti: hujus flos ex ſedecim, mox tredecim, octo & ſex folijs compoſitus.

3. Flos ex flavo & rubro coloribus permixtus, folijs ſex magnis mucronatis & flavis conſtans, quæ ab vngue nigro rubras venas per folia radiatim excurrentes & in latera ſparſas habet. Huc referantur ex Eyſtett.

1. Tulipa lutea lituris miniatis.

2. Tulipa ſulphurei coloris, oris rubris.

IV. Tulipa dubia media altera.

Lilionarciſſ. totus luteus ſangvineo puniceo par

par & ſimilis, odoratus Croci aut Narciſsi æmulatione, & inodorus præcox & ſerotinus, Lob. ico.

Lilionarciſſus Chalcedonicus totus luteus ſangvineo puniceo par & ſimilis, Lob. obſ.

Tulipa dubia tertia, media ſecunda, Cluſ. hiſt.

Et hujus differentiæ novem.

1. Flos coloris flavi dilutioris, vel palleſcentis, cuius folia externa foris vireſcunt: alterius folia orbiculata, vngves ſubvireſcentes: item folia flava, interiora orbiculata & guttis ſangvineis aſpersa: vel folia flava, vngves cerei coloris: vel in vngvibus macula nigra ſplendens: vel ex fuſco & viridi coloribus commixtis.

2. Flore eſt flavo vario, initio flavo, tertio die tenui limbo rubeo exornato: cuius folia in vna flava, oris cinnabaris colore infectis: in altera pallidiora, oris rubris venis ornatis, vel mali aurei præmaturi colore perfuſis. Invenitur verſicolor flavo & rubro colore commixtis, inſtar ſericei panni flavi, cuius ſubtegmen rubrum & vngves nigri ſunt, & hæc dicitur

Tulipa dubia 3. media 2. verſicolor, Cluſ. hiſt.

3. Flos albus in flavum degenerans, folia vel omnia mucronata: vel interiora orbiculata: vngues, ſtamina & apices pallent.

4. Flos Ochræ colore, cuius foliorum mucro rubro colore tingitur: pallidus, oris rubris vel purpureis, vel carnei coloris venis diſtinctis.

5. Flos albus, initio vireſcente colore perfuſus, ſtaminum apicibus fuſcis.

6. Flos albus, varius, dilutior, folijs interioribus orbiculatis, vnguibus exalbidis, maculâ purpuraſcente notatis, ſtaminibus exalbidis, apicibus nigricantibus: vel vnguibus & ſtaminibus candicantibus: vel vnguibus exalbidis, orbe ſubcæruleo incluſis, ſtaminibus albis, apicibus nigricantibus, vel folijs extrinſecus ſaturatioribus, oris candicantibus, vnguibus exalbidis cum ſubcærulea maculâ, ſtaminibus albis, apicibus nigricantibus, folijs exterioribus mucronatis: vel folia mucronata, dilutioris aut ſaturatioris coloris: vel venæ purpureæ per totum folium diſperſæ.

7. Flos purpureus, vel dilutioris & magis floridi coloris, folia interiora orbiculata, vngues exalbidi, ſtamina purpuraſcētia, apices nigricantes, vel purpuræ dilutioris, oris candicantibus, vnguibus vel flavis, aut veluti fuligine infectis, vel ex albo flaveſcentibus, aut ex cæruleo, flavo, & ſubvireſcente mixtis, modò ſaturatioris, venis albicantibus permixtis, vnguibus ex flavo nigricantibus, aut flavis, aut ex viridi nigricantibus, aut ſubcæruleis, vel ex cæruleo flaveſcentibus, aut cæruleis, orbe flaveſcente ambiente: ſunt & dilutè purpurei & remiſsè miniati, aurei mali coloris, & vel dilutiores internè & per oras, vel ſaturatiores: interdum internè dilutiſsimi, foris ſaturatioris: vngues vel flavi, vel fuliginoſo orbe cincti, vel ex viridi nigricantes, vel fuſci ſunt. Eſt humilior folijs interioribus orbiculatis, vnguibus vel albis, vel candicantibus, ſupernè cæruleis, ſtaminibus albidis, apicibus ſubluſcis, vel vnguibus cæruleis, aut ex cæruleovireſcentibus, vel nigricantibus: huc pertinet,

Lilionarciſſus coccineus rubentibus medijs folijs candicans, & ad baſin notulis rubris cordis effigie aſperſis, Lob. &

Lilionarciſſus coccineus, candidis oris, Lob. ico.

8. Flores purpureovarij, folijs vel dilutè purpuraſcētibus, vel ſaturatioribus, oris mucrōatis, vel orbiculatis exalbidis: vngues ſunt aut albi, aut ſubcærulei, aut albi, orbe lato carnei coloris cincti, ſtamina plerumq; nigricantia.

9. Flos rubet, foris purpuraſcens, intus carnei coloris: vngues, ſtamina, apices, flavi: vel folijs exterioribus, flavo colore aſperſis: & colore obſcuro ad lateritium accedente, vngues flavi, vel nigri: vel rubræ ſerotinæ ſimiles, vnguibus flavo orbe cinctis; Oculus ſolis cognominatur: hic eſt,

Lilionarciſſus coccineus puniceusúe rutilans, Lob.

10. Floris folia mucronata, initio viridia, dein oris palleſcentibus, quæ in rubrum colorem mutantur, radiatim alteri colori ſe miſcente, colore viridi, qui ſeneſcente flore langveſcit, præſertim intrinſecus.

Verùm ex ſemine interdū ſerotinæ naſcuntur: ſic ex purpurea præcoci, purpurea ſerotina dilutior, intrinſecus aurei mali colore, vnguibus flavis, in exterioribus nigricantibus, nata: item ὠχρόλευκον. E purpurea varia præcoce, purpurea ſerotina ad rubrum tendente, vel dilutiorem elegantem: vel ad carneum colorem accedente; vnguibus ex cæruleo nigricantibus.

E pur-

E purpurea præcoci ἀχρόλευκον ſerotina, rubra ſerotina, vnguibus & ſtaminibus flavis; purpurea ſerotina, vnguibus nigricantibus: & purpurea varia ſerotina. Sic ex ſerotinis, aliquando præcoces, vt ex alba varia ſerotina, natæ ſunt præcoces, alba, flava, rubra, vnguibus flavis, rubra Oculus ſolis, & purpuro dilutior.

Nec omnes verſicolores, tàm præcoces, quàm ſerotinæ, ſingulis annis eandem coloris gratiam retinent: ſed alternis ſæpius variant: vt Flava varia & Alba varia, vno interdum anno nitidiſsimæ ſunt, ſequenti vix alius color quàm flavus, vel albus conſpicitur: ſic Rubra varia & Purpurea varia, nonnunquam magnas oras flavas & albas habent, ſequente valdè exiguas. In ſumma, tanta in Tulipis colorum varietas, ita vt ſingulis annis adhuc naſcantur, quibus pares nunquam antè conſpectæ: ita DEVS in ipſis floribus admirabilem ſuam poteſtatem oſtendit, vt ex prædictis, ex Cluſio, Lobelio, Camerario, propriaq; obſeruatione adductis, colligere eſt: ita vt ducentarum ſpecierum numerum ſuperare deprehenſum ſit. Sic in Florilegio Swertij, Tulipæ inprimis variegatæ differentiæ triginta duæ proponũtur: quemadmodum & in Florilegio de Bry, & etiam Paſſini, aliquot ſpecies exhibentur: & in horto Eyſtett. ſupra quinquaginta depinguntur.

V. Tulipa bulbos in foliorum alijs ferens.
Tulipa bulbifera, Cluſ. pan. & hiſt. Tab. Ger.
Tulipa prolifera, Cam.

TVLIPA PVMILIO.

I. Tulipa pumilio latifolia alba.
Tulipa pumilio alba vnguibus luteis, Eyſtett.

II. Tulipa pumilio latifolia ſulphurea.
Tulipa pumilio fulvo ſulphurei coloris, Eyſtett.

III. Tulipa pumilio latifolia rubra.
Tulipa pumilio, Lob. ico.
Tulipa dubia humilior, Cluſ. pan.
Tulipa dubia pumilio, Cluſ. hiſt.
Tulipam nanam ſive pumilionem flore luteo, Camer. habuit.

IV. Tulipa pumilio anguſti folia.
Tulipa pumilio altera, Cluſ. hiſt.
Tulipa pumilio anguſtifolia alba, Lob. ad. par. alt.

V. Tulipa pumilio gramineo folio.
Tulipa pumilio alba altera Luſitanica, Lob. ad. par. alt.

TVLIPA MINOR.

I. Tulipa minor lutea Italica.
an Narciſſus octavus, Matth. comp. quem ſub Narciſſo Conſtãtinopolitano primo Matthioli, ex eius hiſt. latina, Lugd. propoſuit.
Lilionarciſſus Bononienſis luteus, ſive Tulipa, Lob. Lugd.
Lilionarciſſus Bononienſis, Eyſt. & λειριοναρκίσσος πολύανθος, Cam. in Matthiolum.
Lonchitis, Cæſ.
Tulipa Apenninea, Cluſ. hiſt. Italica prima, Tab.
Tulipa Bononienſis quæ plerumque polyclonos, Cam.

Senis, nonnunquam octonis folijs, flos conſtat.

II. Tulipa minor folio latiore.
Tulipæ Byzantinæ genus alterum, Cluſ. hiſt.

III. Tulipa minor rubra.
Tulipa rubra Apenninea ſimilis, Cluſ. hiſt.
Tulipa rubra anguſtifolia facie Bononienſis, Lob. ad. par. 2.

IV. Tulipa bombycina Cretica.
Tulipa bombycina flore rubro, Rob. Swert. & Bry.

Tulipam Bononienſem facie & formâ refert, ſed bulbus lanugine obſitus, & veluti tomentoſus eſt.

V. Tulipa minor lutea Gallica.
Tulipa minor Narbonenſis, Dodon. minor, Lugd.
Narciſſolilium luteum, Ad.
Lilionarciſſus Narbonenſis luteus montanus, Lob.
Tulipa Narbonenſis, Cluſ. pan. hiſt. Cam.
Tulipa Italica ſecunda, Tab.
Cluſius in cur. poſt. meminit Creticæ Caccini, Mompelianæ, & ejus quæ in montanis Placentiæ (at hæc quænam eſt?) naſcitur.

VI. Tulipa minor ex luteo purpuraſcens.
Tulipa Hiſpanica, Cluſ. pan. & hiſt.
VII. Tulipa variegata Perſica.
Tulipa Perſica, Rob. Swer. Bry. & Eyſtett.
Tulipa Perſica minor altera, Cluſ. cur. poſt.
Folia tria interiora alba, tria exteriora rubra, per oras albicantia, vngue nigrâ maculâ notato, ſtaminibus violaceis.

FRITILLARIA.

FRITILLARIA, ab abaco in quo Scacorum luſus exercetur, quem Fritillum dici exiſtimant, nomen habet: alijs Meleagris à Meleagridis, avis plumis, quas, ſi non coloris ſpecie, tamen varietate, & diſpoſitione, & macularum magnitudine, refert.

I. Fritillaria præcox purpurea variegata.
Meleagris, Dod. Meleagris flos, Lugd.
Fritillaria, ſiue Lilionarciſſ. purpureus variegatus, Lob. & ad. part. 2.
Fritillaria dilutior, Cluſ. pan. & hiſt. cui & Lilium variegatum vulgo.
Fritill. & Narciſſ. Caparõius ab inventore, Cam.
Fritillaria, Eyſt.
Fritillaria vulgaris purpureo colore, Swer.
Flos ſæpiſsime vnicus, interdum bini, rarò terni: ſex folijs vt plurimum conſtans, rarius octonis & duodenis: areolis nunc quadratis, nunc longiuſculis, colore partim candidi, partim purpurei, ſiue ſaturatioris carnei: eſt alia præcocior, alia ſerotina, & harum quadræ, vt plurimum ſaturatius, interdum dilutius purpuraſcunt. huc
Meleagris flore max. Ital. flore gemello, Eyſt.
II. Frillaria ramoſa.
Fritillaria maxima purpurei coloris, Svver.
III. Fritillaria polyanthos flavoviridis.
Fritillaria polyanthos lutea, Eyſt.
Fritillaria triceps colore flavo viridi, du Bry.
IV. Fritillaria vmbellifera.
Fritillaria Hiſpan. vmbellifera, Rob. Svv. & Bry.
V. Fritillaria flore magno pleno.
Fritillaria flore pleno, Cam. Eyſt.
VI. Fritillaria alba variegata.
Fritillaria alba ex phæo purpureo teſſulata, Lob. ad. par. 2.
VII. Fritillaria alba præcox.
Fritillaria alba altera, Lob. ad par. 2.
Fritillaria alba, Cluſ. hiſt. app. alt. & in app. 2. auct. vnius flos totus albus: alterius foris albus, internè venis quibuſdam purpuraſcentibus diſtinctus, & in cur. poſt.
Fritillaria albo flore, Svver. alba, Eyſt.
VIII. Fritillaria ſerotina atropurpurea.
Fritillaria ſaturatior, Cluſ. pan.
Meleagris altera, Dod.
Lilionarciſſus variegatus atropurpureus Xantonicus, Lob.
Fritillaria Xantonica ſerotina, Lob. ad. par. 2.
IX. Fritillaria ſerotina, floribus ex flavo virentibus.
Fritillaria 1. Cluſ. pan.
Fritillaria Aquitanica, Cluſ. hiſt.
Fritillaria Cluſij, & Briſotti ſerotina, Lob. ad par. 2.
Fritillaria minor obſoleto colore inodora, Eyſt.
Fritillaria Aquitanica flore luteo obſcuro, Svve.
X. Fritillaria flava rubris maculis diſtincta:
Fritillariæ tertium genus, Cluſ. hiſt.
Fritillaria lutea Someri, Lob. ad. par. 2. Svver.
XI. Fritill. anguſtif. lutea variegat. magno fl.
Fritillaria, juncifolia. Eyſt.
XII. Fritillaria anguſtifolia lutea variegata parvo flore.
Fritillaria Luſitanica, Cluſ. cur. poſt.
XIII. Fritillaria flore minore.
Fritillaria Pyrenæa, Cluſ. hiſt. ap.
Fritillaria nigra Pyrenæa, Lob. ad. part. 2.
Fritillaria Pyrenæa obſoleto luteo colore, Eyſt.
Flos exterius obſoleti color. venis flaveſcentibus diſtinctus: interiore, ex viridi flaveſcens, maculis ſaturatè purpuraſcentibus, teſſulatim diſpoſitis notatus: odore gravi.
Variat: 1. interrè ex luteo vireſcit, oris reflexis lineis viridibus ſtriatis, à medio ad centrum ſubfuſca purpura teſſulatus. 2. Flos hilarior purpurpuraſcens, teſſulis ſimilibus præditus. 3. ex luteo magis viridi parum ſubfuſcus, intus minus teſſulatus: 4. ex fuſco & luteo ſublividus, intus minus teſsulatus.
XIV. Fritillaria minima pluribus floribus.
Fritillaria minima, Svver.

SE-

SECTIO TERTIA.

CROCVS: COLCHICVM: ORNITHOGALON.

CROCVS ET EIVS SPECIES.

CROCVM puerum, cùm Smilacem virginem adamaret, in hunc ſui nominis florem verſum eſſe, Virgil. & Plin. l. 16. c. 35. teſtantur. Κρόκον *verò, filum villumq́; ſignificat, cuiusmodi ſunt croci ſtamina, ſeu villi, qui* κροκίδες *appellantur, qui plerumq; terni, nonnunquam etiam plures in floris medio conſpiciuntur, & cùm ſoli in vſum veniant, per excellentiam Croci nomine donantur.*

Genera duo fecit Theoph. ſativum, de quo 3. hiſt. 6: 6. eiuſdem 6: 7. eiuſd. 9. & 10. Montanum, de quo 6. hiſt. 7. At Dioſcorides l. 1. c. 25. ſativi meminit, qui pro ratione Regionum, in quibus plantatur, variat. Sic ſylveſtrem dicimus, alium maiorem, alium minorem. Alium vernum, alium autumnalem: qui rurſum colore & floris & foliorum variant.

I. Crocus ſativus. I = Crocus officinalis, L. mill. dict.
Crocus, Brunf. Trag. Fuch. Tur. Dod. Cord. Lac. Geſ. Lon. Lob. Tab. Sativus, Ang. Lugd.
Crocus ſativus autumnalis, Eyſt.
Crocum, Matth. Caſt. Cæſ. hortenſe, Cam.

Hic aliquando bis per annum florere ſolet, aliâs nihil à vulgari differens: & hic dicitur
Crocus biflorus, Eyſt.
Habetur Crocus verus purpureo colore, apud Svvert.

CROCVS SEROTINVS.

I. Crocus alpinus autumnalis.
Crocum montanum, Cluſ. hiſp. (1. in hiſt.) Lugd.
Crocus montanus autumnalis, Lob.
Crocus ſyl. autumnalis, Dod. Cam.
Croci alterum genus ſyl. Cæſ.
Crocus montanus vernus, Eyſtett.

Flores modò candicantes, modò purpuraſcentes, eſt inſtar ſativi, ſed dilutiores & minores.

II. Crocus autumnalis florem ſine folijs promens odorus.
Crocus montanus 2. Cluſ. hiſt.
Crocus ſyl. autumnalis, Lob. ad. par. 2.

III. Crocus autumnalis ſubcæruleus multiflorus.
Crocum montanum 3. Cluſ. hiſt.
Huic affinis
Crocus ſyl. Byzant. ſerotinus, Lob. ad. par. 2.

IV. Crocus autumnalis flore minore.
Crocum Pyrenæum autumnale, Cluſ. hiſt. ap. 2.

V. Crocus autumnalis flo. majore variegato.
Crocus montanus autumnalis, Portæ.

CROCVS VERNVS LATIfolius.

I. Crocus vernus latifolius purpureus variegatus.
Crocus vernus latifol. purp. verſicolore flore vel 5. Cluſ. hiſt.

Variat flore, qui communiter ſex, quandoq; octo folijs donatur.

II. Crocus vernus latifol. flore purpureo magno.
Crocus vern. latifol. purp. fl. maiore, Cluſ. hiſt.

III. Crocus vernus latif. albus variegatus.
Crocus montanus ſive alpinus, Geſ. hor.
Crocus ſyl. mont. fl. albo, Ad. Lob.
Crocus ſyl. vernalis alter, Dod.
Crocus vernus major alter, Cluſ. hiſp.
Crocus vernus latifol. albo flore, Eid. hiſt.

Variat, folijs externis venis purpuraſcentibus aſperſis: aliquando foliorum mucrones

I & II = Crocus vernus, L. mill. dict.

purpuraſcunt: aliquando linea purpurea, vel nigra, per folium fertur, & hic eſt
Crocus fl. albo lineis nigris, Svver.

IV. Crocus vernus albus verſicolor alter.
Crocus vernalis major 1. Cluſ. hiſp. deſ.
Crocus vern. latifol. alb. verſicolore fl. 1. Eid. hiſt. deſ.

V. Crocus vernus latifolius purpuro violaceus.

Variat: 1. flore purpuroviolaceo: 2. fl. albo, purpuroviolaceâ baſi: 3. aliquando flos supernè purpureus inferiùs flaveſcit: 4. eſt & flore violaceo, vel cæruleo diſtincto: 5. vel cæruleo lineis violaceis variegato.

1. Crocus vern. purpuro violaceus, Lob.
Crocus ſyl. vernalis prior, Dod.
Crocus vernalis major, Cluſ. hiſp. & Lugd.
Crocus vern. latif. purp. fl. minore, Cluſ. hiſt.

2. Crocus ſyl. vernus 3. fl. albo purpuroviolaceâ baſi, Lob.
Crocus vern. albus fundo violaceo, Eyſtett.
At Dodon. Cluſ. & Lugdun. vtrumque vnâ tabellâ exprimunt.

3. Crocus ſyl. primus Dalech Lugd.

4. Crocus vern. fl. violaceo, Eyſtett.
Crocus violac. & cærul. diſtinctus, Svver.

5. Crocus cæruleus lineis violac. diſtinctus, Eid.

VI. Crocus vernus flore pleno.
Crocus vern. latifol. duplici flore, Cluſ. hiſt.

VII. Crocus vernus latifolius, multiflorus.
Crocus vernus polyanthos, isq; duplex, Eyſt. alter purpuroviolaceus, lineis candidis: alter floribus candidis, lineis purpureo cæruleis.
Crocus vern. mult. alb. facie lutei majoris, Svve.

VIII. Crocus vernus minor albicans.
Croci montani ſpecies, Geſ. hor.
Crocus ſyl. minor prior, vel ſyl. 4. Dod.
Crocus vern. ſerotinus primus, Lob. ico.
Crocus vernus latif. albus verſic. flore 2. Cluſ. hiſt. ico.

IX. Crocus vernus minor purpuraſcens.
Crocus montanus flore ex candido & puniceo mixtis, Geſ. hor.
Crocus ſyl. 5. vel minor ſyl. alter, Dod.
Crocus vernus albus 2. Lob. ico.
Crocus vernus latifolius alb. verſicolore flore 1. Cluſ. hiſt. ico.

Crocus vernus flore vario, Cam.
Crocus ſerotinus, Lugd. quem præced. junxit.
Crocus purpuro rubeus, Svver.

X. Crocus vernus latifolius albus, vel cinericeus.
Crocus cinericeus, duplex, Svver.

XI. Croc. colũbinus duplex, Svver. (quid?)

CROCVS VERNVS LATIfolius luteus, aureusúe.

I. Crocus vernus latifolius flavus.
Crocus vern. latif. flavo flore, vel Croci ſexti ſpecies prima, Cluſ. hiſt.
Crocus vernus luteus 1. Lob. ad. par. 2.
Crocus flore luteo, Svver.
Crocus vernus polyanthos fl. luteo, Eyſtett.

Variat: 1. flore flavo ſive fulvo nitido latiore, & majore. 2. minore & pallidiore. 3. fl. luteo corona phœnicea, Lob. ad. par. 2.

II. Crocus vernus latifolius aureus.
Crocus vernus Mæſiacus, Cluſ. pan.
Crocus vern. latif. fl. aureo, vel Croci ſexti alia ſpecies, Cluſ. hiſt.
Crocus aureus, Lob. ad. par. 2.

III. Crocus vernus latifolius pallidus.
Crocus vernus Mæſiacus 2. Cluſ. pan.
Crocus vernus latif. pallido fl. Eid. hiſt.
Crocus luteus fl. pallido, Lob. ad. par. 2.

IV. Crocus vernus latifolius flavo varius.
Crocus vernus latifol. flavo vario flore 1. vel Crocus vernus 7. Cluſ. hiſt.
Crocus vernus latif. flavo vario flore Conſtantinopolitanus, ſeu Crocus luteus alter, Lob. ad. par. 2.
Crocus luteus lineis nigris, Svver.

V. Crocus vernus latifolius flavo varius alter.
Croci vern. latif. flavo vario flore, vel Croci verni ſeptimi alia ſpecies, Cluſ. hiſt.
Crocus ſyl. vernus verſicolor aureo rutilo panno concolor, Lob. ad. par. 2.

A priore potiſsimùm differt radijs, foliorum exteriorum dorſum totum inficientibus.

VI. Crocus vernus latifolius flavo vario flore duplici, Cluſ. hiſt.
Crocus vern. latif. ſecundus Conſtantinopolitanus, Lob. ad. par. 2.

CRO-

I–VI. Crocus vernus, L. Mill. dict.

CROCVS VERNVS ANGVſtifolius.

I. Crocus vernus anguſtifol. magno flore.
Crocus ſyl. anguſtifolius, Ang.
Crocus vernus minor primus, Cluſ. hiſp. Lug. (quem cum 3. jungit) Tab.
Crocus vernus anguſtifol. 1. Cluſ. hiſt.
Crocus ſyl. min. Hiſpanicus flore patulo, vulgo Nozilicha minor, Lob.
Crocus vernus, Ger.

Variat: flores infernè flaveſcunt, intus candicant, reliqua ad cæruleum ſive violaceũ vergunt: inveniuntur & toti candidi.

II. Crocus vernus anguſtifolius gemino bulbo.
Crocus ſylveſtris, Lob.
Crocus vernus minor alter, Cluſ. hiſp. Tab.
Crocus vernus anguſtifolius 2. Cluſ. hiſp. deſc.
Crocus ſyl. vernalis minor alter, Dod.
Croci verni minoris alterum genus, Lugd.
Crocus ſyl. 1. Dalech. Lugd.
Crocus vernus fl. violaceo, Eyſtett.

Flos ex folijs ſex, aliquando octo conſtat.

III. Crocus vernus anguſtifolius parvo flore.
Crocus ſyl. vernalis 6. Dod.
Crocus vernus minor 3. Cluſ. hiſp. Lugd. Tab.
Crocus vernus anguſtifol. 3. deſc. at ico. 2. Cluſ. hiſt.
Crocus ſylveſtris Hiſpanicus, vulgò Nozilicha major, Lob.

IV. Crocus vernus juncifolius purpureus.
Crocus vernus anguſtifol. quartus, ſive violaceo flore, Cluſ. hiſt.
Hujus iconem, figuræ primæ Lobelius in iconibus junxit.

V. Crocus vernus capillari folio, Cluſ. hiſt. app. 1. & app. 2. fine & cur. poſt.

Duplex eſt, vnus purpuraſcente flore, ipſius folijs tribus venis ſaturatioribus diſtinctis: alter albo flore, qui etiam duplex, flore majore, & minore.

VI. Crocus vernus anguſtifol. variegatus.
Crocus vernus aureus variegatus, Eyſt.

Flos interius aureus, exterius ſtrijs ex purpura nigricantibus radiatus.

COLCHICVM ET EIVS Species.

Κολχικὸν, quòd plurimum in Colchide naſcatur, Dioſcoridi l. 4. c. 84. cui ἐφήμερον, quòd eâdem die, quâ ſumptum, interficiat. Colchici appellatio apud Plin. l. 22. c. 9. inter venena reperitur.

Colchicum autumnale.

I. Colchicum commune.
Primula Veris, Brunf.
Colchicum, Trag. Tur. Euch. Dod. Matth. Lac. Geſ. hor. Lon. Caſt. deſc. at Ephemerum, ico.
Colchicum nigrum & ſubrubens, Cord. hiſt.
Colchicum ſive ſtrangulatoriũ & Ephemerum crocifolium, Lob.
Hermodactylus vulgo & Crocus ſyl. Cæſ.
Colchicum Ephemerum, Lugd.
Colchicum maſculinum & fœmininum, Tab. & album, Eid.
Colchicum commune pallido colore, Svver.
Hermodactylus niger & ruffus, Meſueo & Serapioni.

Variat: nam in montibus folio eſt latiore, in pratis anguſtiore: flore communiter dilutè vel ſaturatè purpuraſcente, aliquando albo: bulbo nigricante, aut rubente foris & interius. quare Colchicum vulgare purpuraſcente flore & Colchicum vulgare album, Eyſt. & Colchicum autumnale flore albo & flore rubello, Eid.

Addit Svvertzius
Colchicum, cui hoc ſolum peculiare, quòd autumno folia proferat.

II. Colchicum radice ſiccata alba.
Colchicum album, Cord. hiſt.
Hermodactylus legitimus, Dod.
Hermodactyli non venenati officin. Lob. ico.
Hermodactylus officin. Lon. Tab. orientalis, Cæſ.

Hemodactylus albus, Serapioni.

III. Colchicum Anglicum candidum anguſt. folijs.
Colchicum candido flore Anglicum, Lob.
Colchicum Anglicum Lobelij, Lugd. album, Cluſ. hiſt. Tab.

Huc referri poteſt quod flore dilutioris coloris & lactei candoris.
Colchicum Luſitanicum ſerotinum, Lob. obſ.
Colchicum pratenſe Salmanticum, Cluſ. hiſt.

IV. Colchicum montanum anguſtifolium.
Colchicum mont. Cluſ. hiſp. Lugd.
Colchicum Hiſpanicum & λεπτόφυλλον, Cluſ. hiſt.
Colchicum minus, Lob. Tab.
Colchicum Hiſpan. parvum, Cam.
Colchicum mont. minim. anguſtifol. autumn. Eyſt.

V. Colchicum pumilum croci folijs.
Colchicũ minim. tenuif. Gallæciũ, Lob. ad. p. 2.

VI. Colchicum Illyricum, Ang. Lob. Lug. Tab. Cluſ. hiſt. (quod ſibi nunquam conſpectum ſcribit) quid?

VII. Colchicum vere & autumno florens.
Colchicum biflorum, Cluſ. hiſt. Lob. ad. par. 2. & Eyſtett.

Colchicum variegatum.

I. Colchicum florum folijs albis & rubris alternatim diſpoſitis.
Colchicum album & rubrum, Eyſt.

II. Colchicum multiflorum.
Colchicum exoticum folijs ternis purp. ac alijs ternis albicantibus, varians: Eyſt.

III. Colchicum alb. ſtrijs variegatum.
Colchicum mixtum autumnale, Eyſt.

Flos albus, ſtrijs ſaturatè rubris ſeu ſangvineis maculis inæqualibus infectus.

IV. Colchicum polyflorum variegatum.
Colchicum verſicolor polyanthes refloreſcens, Eyſt.

Flos in albo pallidus, ſtrijs & maculis dilutè purpuraſcentibus variegatus, è cujus medio alius flos prolis modo exurgit.

V. Colchicum latifol. variegatum.
Colchicum 4. ſive latifolium, Cluſ. hiſt.
Colchicum Luſitanicum fortè, Eidem.
Colchicum Byzantinum polyanthos Fritillariæ facie autumnale, Eyſt.

VI. Colchicum purpureo lacteum variegatum.
Colchicum verſicolore flore ſive 3. & ποικιλανθές, Cluſ. hiſt.

Huc refer
Colchicum album ſtrijs purpurocæruleis variegatum, Eyſt.
Colchicum album diſtinct. lineis rubris, Svver.

VII. Colchicum ex albo & purpuraſcente varium.
Colchicum ποικιλανθὲς alterum, Cluſ. hiſt. ap. 1.

IIX. Colchicum flor. Fritillariæ inſtar teſſellatis.
Colchicum Neapolitanum, Cluſ. hiſt. & ap. 1.
Colchicum Fritillariæ facie pallidum, Svver.

IX. Colchicum florum folijs anguſtis & variegatis.
Colchicum mont. minus verſicolore flore, Cluſ. hiſt.

Floris folia longa & anguſta, interius alba, exterius media parte viridia, altera carnei coloris.

X. Colchicum pleno flore variegatum.
Colchicum fl. pleno maculatum autumn. Eyſt.

XI. Colchicũ latifol. multiflorum variegat.
Colchicum polyanthos candid. eleganti rubore varium, Lob. ad. par. 2.

Folia latiora, cubitalis longitudinis.

Colchicum polyanthes, ſive multiflor. ſimplex & plenum.

I. Colchicum candidum multiflorum.
Colchicum Pannonicum πολύανθος albo flore, Cluſ. hiſt. Cam.
Colchicũ candid. Pannon. polyanthon, Lob. ico.
Colchicum polyanth. Tab. vulgare poly. Eyſt.
Colchicum Pannon. albo flore, Svver.

Septenis, denis, duodenis, vel pluribus floribus lactei candoris: floribus etiam eleganter rubentibus reperitur: & hoc dicitur
Colchicum polyanthos, Lob. ad. par. 2.

II. Colchicum polyanthes lato Ellebori albi folio.
Colchicum Byzantinum πλατύφυλλον πολυανθές, Cluſ. hiſt.

III. Colchicum polyanthos multiplex.
Colchicum polyanthos fl. multiplici autumnale, Eyſt.

IV. Col-

IV. Colchicum pleno flore.
Colchicum πολυφυλλανθὲς, ſive pleno flore, Cluſ. hiſt. & ap. 1.
Colchicum pleno flore, Lob. ad. par. 2.
Colchicum autumnale, Eyſtett.

Quò bulbus major & vetuſtior, eò plures, majores & majore foliorũ numero, flores conſtant. Sunt etiam flore albo vel purpureo, quod
Colchicum vernum fl. pleno purpureo, Eyſt.
Colchicum album rubr. pleno flore, Svver.

V. Colchicum polyanthes folijs latis convolutis.
Colchicum vernum flore purpureo plenum, Eyſt.

Colchicum vernum.

I. Colchicum vernum Helveticum.
Colchicum ſubobſcuro flore & minore, Geſ. Cam.
an Colchicum brumale, Lob. Belg.

II. Colchicum vernum Hiſpanicum.
Colchicum vernum, Cluſ. hiſt. ap. 2.
Colchicum vernum fl. purpureo, Svver.

Flore eſt antequam ſe expandat albo, poſtea coloris purpurei dilutioris vel ſaturatioris.

III. Colchicum Alexandrinum. quid?
C lchicum Orientale, Matth. alterum orient. Matthioli, Lugd.
Colchicum Syriacum Alexandrinum, Lob. Tab.
Tulipæ genus, quale Appenninæ videtur, Cluſ. hiſt.

Item ſcribit, ſe ſemen Colchico ſemine ſimile nomine Hermodactyli Syriaci accepiſſe.

COLCHICVM LVTEVM.

I. Colchicum luteum majus.
Lirium alterum, Theophraſti.
Helichryſo Cratevæ ſimilis, Ang.
Narciſſ. autumnalis quorũdam, Cluſ. hiſp. Lug.
Narciſſ. autumnalis major, Dod. Cluſ. hiſt. Ger.
Narciſſ. autum. flore luteo, Eyſt.
Narciſſ. autumnalis, Cæſ. & Lob. ad. par. 2.
(cui & Colchico-Narciſſus) autumnalis luteus, Cam.
Colchicum luteum, Lob. Tab. luteo flore, Svve.

Variat in hortis Belgij anguſtioribus folijs & cauliculo dodrantali ſurrecto, Lob. obſ. & Dod. ac Cluſ. hiſt. aliquando largiore foliorum numero à præcedente diſcrepat, & eſt
Narciſſus autumnalis flore luteo multiplex, Eyſt.

II. Colchicum melino flore.
Narciſſ. Perſicus, Cluſ. pan. & hiſt. Cam. Tab. Ger.

III. Colchico luteo ſimilis flore albo.
Sparganium Placæ, Cluſ. hiſp. & hiſt.

IV. Colchicum luteum minus.
Colchicum parvum mont. luteũ, Lob. ico. Ger.
Narciſſus autumnalis minor, Cluſ. hiſt.
Colchicum mont. luteum minus, Tab.

V. Colchicum luteum vernum.
Narciſſus vernus præcocior flavo flore, Cluſ. hiſt. ap. 2.
Narciſſus luteus vernus facie Narciſsi autumnalis lutei, Lob. ad. par. 2.
Narciſſ. vernus flore luteo, Svver.
an Colchicum vernũ flavo flore Plateau, Cluſ. hiſt.

ORNITHOGALVM ET EIVS SPECIES.

Ὀρνιθόγαλον, propter lacteum colorem, qui in flore nitet, ſimilem ei, qui in alis aut ovis gallinarum obſervatur, nomen accepiſſe videtur. Dioſcorides l. 2. c. 174. vnius, vt & Plin. l. 21. c. 17. Ornithogale nominans, meminere. Sunt qui Bulbinam Theoph. 7. hiſt. 13. & Athenæi cenſent.

ORNITHOGALVM VMBELlatum album.

I. Ornithogalum vmbellatum maximum.
an Narciſſus quartus, Matth. Lugd. Tab.
Ornithogalum majus, Dod. Arabicum, Cluſ. pan. & hiſt. Eyſt.
Lilionarciſſ. polyanthos, Lob. ob.
Lilium Alexandr. Neotericorũ, Lob. ico. Cam.
Hyacinthus de Padro noſtro Italorum, Cluſ. hiſt. ap. 2. negans eſſe Narciſſum 4. Matthioli, quod prius aſſeruerat.
Dulipan apud nos barbaro nomine, Cæſ.

Ornithogalum Arabicum multiflorum album, vmbilico interiore nigro, Svver.

II. Ornithogalũ vmbellat. maius anguſtifol.
Ornithogal. medium, Eyſt.

Flores intus candidi, exterius vireſcentes, ſtaminibus ex viridi palleſcentibus.

III. Ornithogalum vmbellat. alb. medinm latifolium.
Ornithogalum aliud vulgare, Cluſ. hiſt.

IV. Ornithogalũ vmbellat. med. anguſtifol.
Ornithogale, Manardo, Hermolao.
Ornithogal. Dod. gal. Tur. Ang. Geſ. hor. Ama. Ger. Caſt. ſecundum, Matth. Lugd.
Ornithogalum 5. ſive vulgare: Cluſ. hiſt. & pan.
Ornithogalum candido flore, Cord. in Dioſcorid.
Ornithogalum candidum vulgare, Ad. Lob.
Bulbus Leucanthemos minor, Dod. Lugd.
Ornithogal. alterum minus, Cam.
Bulbus ſolſequius, Tab.
Ornithogalon ſpicatum, Svver.

Eſt & folijs gramineis, vt in cæteris humiſtratis. Matthiolus duplex habet, & vtrumq; caule folioſo pingit: quare in Lugd. hiſtoria vtrumq; à Dodon. differre ſcribitur: ſic Lacuna & Lugd. Matthioli vtramq; figuram proponunt: at Lonicerus, primam tantùm, quam fictam ſuſpicamur.

V. Ornithogal. album minus.
Ornithogal. minus è Pyrenæis, Cluſ. hiſt. ap. 1.
Ornithogal. minus, Eyſt.

VI. Ornithogal. vmbellatum floſculis ex albo ſuccæruleis.
Ornithogal. Hiſpanicum minus, Cluſ. hiſt.

ORNITHOGALVM SPICATUM.

I. Ornithogalum latifol. & maximum.
Ornithogal. max. Myconi, Lugd.
Ornithogalum maximum, Cluſ. hiſt. ap. 1.
Ornithogal. vel Lilium Alexandrinum floribus albis innumerabilibus, Svver.

Magna florum ſpica, aliquando centenis floribus nivei coloris.

II. Ornithogalum latifolium alterum.
Ornithogal. Aethiopicum, Cluſ. cur. poſt.
Ornithogalũ Indic. promont. Bonæ ſpei, Svve.

III. Ornithogalum anguſtifolium majus, floribus ex albo vireſcentibus.
Aſphodelus fœmina, Dod. gal. Geſ. hor.
Aſphodelus Galeni, Lac. bulboſus Gal. Dod. Lugd. Cam.
Aſphodel. Hyacinthinus fortè Galeni, Lob. obſ.
Hyacintho aſphodelus, Lob. ico.
Ornithogal. majus, Cluſ. in pan. majus primum, Eid. hiſt.
Ornithogal. Pyrenæum, Cluſ. cur. poſt.
Ornithogalum aliud ſpicatum, Cam.

IV. Ornithogalum anguſtifolium, ſpicat. maximum.
Ornithog. lacteum, ſpicatum max. Eyſt.

V. Ornithog. ſpic. ſeu comoſum fl. lacteo.
Ornithogali lactei ſpecies major, Eyſt.

VI. Ornithogal. majus ſpicatũ flore albo.
Ornithogal. Narbonenſe, Dod. Lugd.
Ornithogal. ſpicatũ Monſpel. flore lacteo, Lob.
Ornithogal. alterum, Cam. apud. Matthiol. qui vulgari adjunxit.
Bulbus Ornithogalo ſimilis Cæſ.
Ornithogal. majus Monſpel. Cluſ. pan. ſecundum, Eid. hiſt.
Ornithogal. ſpicatum flore lacteo, Eyſt.

Μῶλυ Dioſc. l. 3. c. 54. Theoph. 7. hiſt. 11. & Epimedium Plinij l. 19. c. 5.

VII. Ornithogalum majus ſpicatũ alterum.
Ornithog. 3. vel majus Byzantin. Cluſ. hiſt.
Ornithog. ſpicatum minus, Lob. obſ.

VIII. Ornithog. majus ſpic. flore luteo.
Bulbus Ornithog. ſimilis, flore luteo, Cæſ.

IX. Ornithog. ſpicatũ fl. viridi lacteſcente.
Ornithog. Pãnon. albo flore, Cluſ. pan. & hiſt.
Ornithogal. Pãnonic. Tab. Ger. Eyſt.
Ornithogal. flore albo viridiq; linea in dorſo prædito, Svver.
an Ornithogalum ſerotinum, Cam.

X. Ornithogal. ſpicatum album.
Ornithogal. Hiſpan. ſpicatum, Eyſt.

XI. Ornithogalũ cæruleo pallente flore.
Ornithogalum cæruleum pallens Hyacintho autumnali pene par, Lob. obſ.

XII. Ornithogalum exoticum magno flore, minore innato.
Hyacinth. arvorum Ornithogaloides, Colum.
Narciſſus 4. Matthioli, Cluſ. hiſt. ap. 2.
Ornithogal. Neapolitanum, Eidem ap. 2. Eyſt.
Ornithogalum Neapolitan. flore interius candido, exterius cineraceo, Svver.
Phalágij nomine, Honorius Belli ex Creta miſit.

OR-

ORNITHOGALVM LVTEVM.

I. Ornithogalum luteum ſive pallidum majus.
Ornithogalum 7. ſive pallido flore, Cluſ. hiſt.
II. Ornithogalum luteum magno flore.
Ornithoga. flavum Alcmarianum, Cluſ. hiſt.
III. Ornithogalum luteum.
Bulbus, Trag. (cæpa agreſtis) Lac. ſyl. Ruel. Fuch. Tur. Geſ. cat. Dod. Lugd. Cam. Eyſt.
Bulbus ſyl. alius bifolius, Geſ. hor.
Siſynrichium, Cord. hiſt.
Bulbus eſculentus, Caſt. Lon.
Ornithogalon luteum, Cord. in Dioſc. Ad. Lob. Tab. Lugd. Col. Svver.
Bulbus Ornithogalo ſimilis florib. luteis, Cæſ.
Vbi adolevit, folia interiora amittit, quare apud Tabernæm. & Gerar. duæ figuræ Ornithogali lutei, & Ornithogali majoris, Tab. Ornithog. lutei & Cepæ agrariæ nomine, Ger.
IV. Ornithogalum luteum minus.
Ornithogalum 10. ſive Pānon. luteo, flore Cluſ. pan. & hiſt.
Ornithogali lutei ſpecies minor, Lob. obſ.
V. Ornithogal. anguſtifol. bulbi ferum.
Ornithogalum anguſt. folium campeſtre luteum minimum bulboſum, Colum.
Variat: nam locis pinguioribus folia latiora & plura, ſicut & flores: folia circa bulbillos hirſuta & candidiora ſunt.

SECTIO QVARTA.

CEPA: PORRVM: SCILLA: ALLIVM, ET MOLY.

CEPA ET EIVS SPECIES.

AEgyptiorum numina, Cepas & Alliū (Plin. l. 19. c. 6.) proſequamur. Cepa à capitis magnitudine, Græcis κρόμμυον, ὅτι κόρας σύμμύειν ποιεῖ, quod oculi pupillam comprimere cogat, vtpote ſecundū Ariſtot. 20. probl. 22. mordaci nimiū vapore lancinando & lacrymas movendo.

Genera Theophraſt. 7. hiſt. 4 à locis cognominata refert, Gardiam, Cnidiam, Samothraciam, Satanicam, Aſcaloniam; & fiſſilem. At Dioſcorides l. 2. c. 181. longæ, rotundæ, flavæ & candidæ meminit. Plin. l. 19. c. 6. Cepæ, inquit, genera apud Græcos Sardia, Samothracia, Alſidena, Setania, Schiſta, Aſcalonia, &c.

Quare alia maior eſt, alia minor: alia candida, alia viridis, alia rufa, alia ſubrubens: alia eſt rotunda, alia oblonga: omnes vt plurimùm duplici aut triplici membranâ, quas Feſtus tallas, alij tunicas vocant, veſtitæ. Sic aliæ acerrimæ, aliæ mediocriter acres, aut nihil ferè acredinis habentes. Sic aliæ ſeruntur, aliæ deponuntur: aliquando ſeminis loco bulbos gerunt. Vt Dalechampius notavit.

I. Cepa vulgaris.
Cepe, Brunſ. Geſ. Lob.
Cepa, Trag. Fuch. Tur. Matth. Lac. Cord. in Dioſc. Ang. Caſt. Cæſ. capitata, Matth.
Cepa rotunda, Dod.
Cepa ſativa Matthioli, Lugd.
Cepa alba & rubra, Geſ. hor. Lon. Tab.
Variat colore floris, vel candido, vel purpuraſcente: tunicarum quoq;, coloris rubri, aut candidi: radicis formâ, major eſt, & minor: oblonga, ſeſsilis, vel orbiculata, turbinata, quibuſdam communioribus, in compreſſam latiorem circumferentiam bulbaceam abit.
Cepas porraceas, vocant ſtolones, qui primo Vere, dū tenelli ſunt, antequam cauleſcunt, in cibos eruuntur.
II. Cepa oblonga, Dod. Geſ. hor.
Cepe Hiſpanica oblonga, Lob. ico. Cam.
III. Cepa radice candida dulci.
Cepa quarta, Geſ. hort.
IV. Cepa plurium caulium.
Cepa ovata à radicis figura, Cord. hiſt.

V.

V. Cepa ſectilis, Matth. Caſt. Lugd.
an Gethyon Græcis, & Cepola Columellæ.
VI. Cepa fiſsilis, Matth. Lugd. cui & Cepæ χιταί.
VII. Cepa ſterilis, Trag. Geſ. hor.
Cepa Aſcalonica, Matth. Lugd. cui fortè Bulbus Setanius, quem Theoph. & Plin. Cepæ genus eſſe teſtantur.
Cepæ ſpecies ſunt Aſcalonia, Caſt.
Cepis affinis, Aſcalonia vulgo, Cæſ.
Scaliones, Tur.
Verúm & Lobelius hiſt. Belgica Aſcalonitidem antiquorum exhibuit, fortè à priore diverſam.

PORRVM EIVSQVE Species.

QVOD πράσον Dioſcorides l. 2. c. 179. vocavit, & in κεφαλλωτὸν, capitatum, & ἀμπελόπρασον diſtinxit; id Latini Porrum, quod porrò eat, & longè lateq; graſſetur, vocarunt. Theophraſt. 2. cauſ. 20. & 3. eiuſdem 23. τὸ κακεῖον πράσον, tonſum porrum addidit: aliàs 7. hiſt. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. de Porro egit. At Plin. l. 20. c. 6. eſt ſectivum & capitatum; & illud l. 19. c. 6. duplex fecit.

I. Porrum commune capitatum.
Porrum, Brunf. Cord. in Dioſc. Dod. (& Porrus Palladij) Geſ. hor. Cæſ. Caſt. Tab.
Porrum commune, Matth. Lug. vulgare, Lob.
Porrum capitatum, Fuch. Tur.
Porrum capitatum vulgare, Cam.
II. Porrum ſectivum latifolium.
Porrum ſectivum, Plinio, Dod. Cæſ.
Porrum ſectivum capitatum, Matth. & (ſectile) Lac. Lugd.
Porrum tonſile & capitatum, Lob.
Porrum tonſile ſive ſectile, Cam.

Hæc duo genere non differunt, cùm ex eodem ſemine generentur, & cultura ſolùm diſcrepent: quia id quod ad culinaria juſcula ſæpius detonderi ſolet, Sectivum aut Sectile Columellæ & Palladio nominatur: quod verò capitatum fieri debet, non tondendũ, & autumnali tempore transferendum: etiam Plinio monente.

III. Porrum ſectivum juncifolium.
Porrum ſectivum, Trag. Fuch. Geſ. hor. Lon. Lugd.
Porrum ſectile, Matth.
Cepa Aſcalonia, Matth. deſc. Ger.
Cepa fiſsilis & Getion. Tur.
Schœnopraſum, Dod. Lob. (cui Aſcalonia Matth.) Tab.
Porro tonſili cognatum, Cam.
Gethyllis, quam Ceparum genus Nicandri Scholiaſtes dicit, Geſ. hort. in Porro ſectivo.

Differt à veterum Sectivo, cùm illi folia lata, huic pro folijs junci inanes ſint: hinc nomine ex Iunco & Porro compoſito, Schœnopraſum vocarunt.

Majus & minus habetur: illud rarius & ad condimenta mitius, quod Gethium Geſnero: minus Gethyllis.

Gethyllidem ſylveſt. Geſ. lib. de hor. proponit.

IV. Porrum folio latiſsimo.
Porrum Syriacum, Tab.
V. Porrum ſyl. inodorum.
Porro ſimile, exilius & inodorum, Lob.
VI. Porrum ſyl. gemino capite.
Ampelopraſon, ſeu Porrum ſyl. Lob. Lugd. cui à Matthioli diverſum.
Porrum ſylveſtre primum, Tab.
VII. Porrum ſyl. vinearum.
Ampelopraſum, Matth. Ruel. Ama. Ang. Geſ. hor. Lugd.

SCILLA EIVSQVE SPECIES.

Σκίλλαν Theoph. 1. hiſt. 7. & 10. propoſuit, & 7. hiſt. 11. Scillæ Epimenidiæ vocatæ, & quæ ab vſu nuncupationem ſortita ſit, meminit. Sic Dioſcorid. l. 2. c. 202. σκίλλαν habet, & cap.

& cap. ſeq. πανκράτιον, *quod Scillam aliqui nominant.* *Genera duo Scillæ medicæ, Plin. l. 19. c. 5. maſcula albis folÿs, fœmina nigris: & tertium genus cibis gratum, Epimenidium vocatam &c. Et l. 20. c. 9. Scillarũ in Medicina alba eſt, quæ maſcula, fœmina nigra: candidiſsima vtiliſsima.*

I. Scilla vulgaris radice rubra.
Pancratium & Scilla Dioſc.
Scilla fœmina, Plinio.
Sqnijlla, Brunſ.
Scilla, Trag. (& Cepa maris) Matth. Fuch. Tur. Cord. in Dioſc. Geſ. hor. Lon. Cam. Cæſ. cuius bulbus rufi coloris, & nigra in montibus non longè à mari, reperitur.
Scilla communis & Pancratium, Dod. gal.
Scilla nigra & fœmina Plinij, & Pancratium Dioſcoridis, Coſtæo.
Scilla major, Caſt.
Pancratiũ, Guil. Cl. hiſp. & hiſt. Dod. Lug. Tab.
Scilla rubentibus radicis tunicis folio aloës carinato, Lob.

II. Scilla radice alba.
Scilla, Guil. Dod. Hiſpanica, Cluſ. hiſp. & hiſt. Caſt. ap. Lugd. alba, Eyſt.
Scilla (ſive cæpa marina) Lob. major, Tab.
Scilla minor, ſive Pancratium, Caſt.

III. Scilla eſculenta.
Scilla epimenidia, Theoph.
Scillæ 3. genus epimenidia, Plin.
Scilla vera & legitima, Ang.
Scilla dulcis & candida in Cephalonia, & Creta, Coſtæo in Meſuem.

ALLIVM EIVSQVE SPECIES.

ALlium fortè ab ἄλλεσθαι *exilire, quod exiliendo creſcat.* Σκόροδον *Dioſcoridi l. 2. c. 182. vel quaſi* σκαῖον ῥόδον, *id eſt, rudis roſa, propter odorem gravem: vel quod comeſtum, vapores excrementitios ad cutim pellat, & veſcentibus pandiculationes moveat. Sunt qui ab halante gravi odore deducant, & Alium ſcribant.*

Genera Dioſcoridi, ſativum & hortenſe, quòd vel multiplici in Aegypto, vel ſingulari, vt Porrum, capite conſiet, cuius nucleos Græci ἀγλίδας *nominant: aliud ſylveſtre, quod* ὀφιοσκόροδον. *At Theophraſto 7. hiſt. 4. aliud præcox, aliud ſerotinum: differunt præterea magnitudine ſingulari: quædam etiam non nucleis, quædam verò multis coagmentantur, quos* γέλεις *Theoph.* ἄλλιδας, *Galenus:* σκελλίδας, *Aegineta l. 4. c. 33.* ὄνυχας, *Aëtius lib. & cap. 11. vocat. Verùm Plinio l. 19. c. 6. Generum Allÿ differentia, in tempore, præcox matureſcit 60. diebus: tum in magnitudine. Vlpicum quoq; in hoc genere Græci apellavere. Allium Cyprium, alÿ Antiſcorodon (fortè rectius Aphroſcorodon) &c: ſunt qui velint Allium Vlpicum Pliny, Allium Aegyptiacum Dioſcoridis eſſe.*

In Virginea multis locis Allium naſcitur, ab Anglicano parum differens: deſcr. Virgin. quod vt & Cepe in Hiſpaniola, vix vnquam bonum evadit: par. 4. Amer. c. vlt. Et Indi ex omnibus Europæis radicibus Allium eligunt, quo ventriculum reficiant: Ioſeph. Acoſta l. 4. cap. 18.

I. Allium ſativum.
Allium, Brunſ. Trag. Matth. Ruel. Cord. in Dioſc. Tur. Lac. Ang. Lon. Lob. Caſt.
Allium hortenſe, Fuch. vulgare, Cam.
Allium ſativum, Dod. Geſ. hor. Cæſ. Lugd.
Allium ſativum multifidum, Cord. hiſt.
Verùm Matthiolus, Lobelius & Dodonæus, vna figura Allium ſine flore, Allium cum flore, & Allium amphicarpon; & Tabernæmont. ſub Porro ſylv. latifolio propoſuit.
Genus quoddam capitibus ingentibus ex Africa adferri, Cæſalpinus auctor eſt.

II. Allium ſativum alterum: ſive Allioprasſum caulis ſummo circumvoluto.
Allium ſativum amphicarpon, quod & radicum nucleis ſeritur, & ſeminibus, quæ nucleos

ſimilitudine referunt, Cord. hiſt.
Allium ſativum ſecundum, Dod.
Scorodopraſum ſecundum, Cluſ. pan. & hiſt.
Allium Creticum, ſive Serpentinum, Cam.

III. Allium ſativum radice ſimplici.
Μώλυζα Hippocrati.
Allium mas, Matth.
Allium ſimplex, Cord. hiſt.
Allium ſativum ſingulari capite, & Allium maſculum, Vercell.
Allium Aegyptiacum, Portæ.

IV. Allium Cyprium Theoph.
Allium Vlpicum, Plin.
Allium Vlpicum vel Punicum, Columell.
Aphroſcorodon, ſive Allium Vlpicum, Ruel. Geſ.
Allium Cyprium, ſive Vlpicum, Portæ.
Allium ſativum tertium, Dod.

V. Allioporrum ſive Scorodopráſum.
Scorodopraſon, Dioſcor. l. 2. c. 183. Gal. Aegin.
Scorodopraſon, Trag. Matth. Cord. in Dioſc. Geſ. hor. Lac. Caſt. Lugd. Portæ.
Allium porrinum, Car. Stephano.
Scorodopraſum & porrum Turcicum, Amat.

VI. Allium ſphæriceo capite, folio latiore, ſive ſcorodopraſum alterum.
Ampelopraſum primum, Dod.
Scorodopraſum ſive alliporrum, Ad.
Scorodopraſum, Lob. Cæſ.
Scorodopra. 1. Cluſ. pan. & hiſt.
Scordopraſum alterum, Lugd. qui cum ſequenti eâdem tabellâ pinxit.
Porrum Indum, Cam.

VII. Allium ſphæriceo capite folio anguſtiore.
Scorodopraſum alterum, Lob. Lugd.

IIX. Allium ſylveſtre latifolium.
Allium ſyl. quod vrſinum vocant, Plin. l. 19. c. 6.
Allium ſyl. Brunſ. Trag. (& colubrinum) Eri. Cordo: ſyl. latioris folij, Dod.
Allium vrſinum, Matth. Fuch. Dod. gal. Ama. Geſ. col. Tur. Cluſ. hiſt. Lugd. Thal. Cæſ. Caſt. Cam. Eyſt.
Allium vrſinum latif. Ad. Lob. Lug.
Allium ſyl. bifoliũ & arctoſcorodum, Geſ. hor.
Allium ſyl. ophioſcorodon appellat, Cord. in Dioſc.
Ophioſcordon, Lon.
an Scorodopraſon, Ang.
Moly, ſive Allium Vrſinum, Swer.

Sunt qui Dioſcoridis Scorodopraſum, aut eius Ampelopraſum, aut Ophioſcorodon, ſed malè, cenſeant.

IX. Allium montanum, latifolium maculatum.
Allium anguinum, Matth. Lugd. Portæ. ſerpentinum, Caſt.
Ophioſcorodon, Lob.
Victorialis longa, Geſ. hor. Cluſ. pan. & hiſt. (cui & major) Eyſt.
Allium alpinum, Geſ. hor. Dod. Tab. cui & Victorialis mas.

Eſt mas & fœmina, illa latioribus, hæc anguſtioribus eſt folijs, quare Victorialis mas, & fœmina, Camerario dicitur.

X. Allium ſyl. campeſtre purpuraſcens.
Allium caninum primum, Trag.
Allium ſyl. primum, Fuch.
Allium campeſtre, Cord. in hiſt.
Allium ſyl. Geſ. hor. Cæſ. Caſt. ſyl. minus, Dod. gal.
Allium tenuifolium, Cam.

XI. Allium campeſtre juncifolium capitatum purpuraſcens majus.
Allium in arvis, Plinio.
Allium ſylveſt. quod Ophioſcoridon, Ruel. Matth.
Allium ſyl. tenuifolium, Ad. Lob. ico. Dod.

XII. Allium ſyl. capitatum purpuraſcens minus: quod à primo potiſsimùm magnitudine differt, cùm palmare ſit, & folijs junceis.

XIII. Allium ſyl. bicorne flore obſoleto.
Allium caninum alterum, Trag.
Allium ſyl. Tur. ſyl. alterum, Fuch.
Allium ſylveſtre majus, Dod. gal.
Allium rubentibus nucleis, Lob. ico.

Eſt majus & minus.

XIV. Allium aquaticum.
Allium fluviatile in ſabulo ad Albim fluvium in Miſnia, Franc. hort. Luſat.

ALLIVM MONTANVM.

I. Allium mont. bicorne latifolium flore dilutè purpuraſcente.
Allium ſive Moly mont. latifol. 1. Cluſ. pan. & hiſt.

II. Allium montan. bicorne anguſtifolium flore purpuraſcente.

Ampe-

Ampelopraſſon proliferum, Lob. ico. Cam.
Ampelopraſum 1. Cam. apud Matth.
Allium ſive Moly montan. 2. Cluſ. pan. (& Moly montan. gramineo folio) & hiſt.
Moly montanum carmeſino colore, Svver.
III. Allium mont. bicorne flore exalbido.
Allium ſive Moly montan. 3. Cluſ. pan. (& Moly mont. junceo folio) & hiſt.
an Gethioides ſyl. Colum.
IV. Allium mont. bicorne flore obſoletiore.
Allij mont. quarti ſpecies 2. Cluſ. pan. & hiſt.
Huc referri poteſt
Moly lurido colore, Svver.
V. Allium m nt. bicorne fl. pallido odoro.
Allij mont. quarti ſpecies 1. Cluſ. pan. & hiſt.
VI. Allium juncifol. bicorne luteum: quod 1. eſt in Prod. Monſpelio D. Saltzman. attulit.
VII. Allium mont. capite rotundo.
Allium ſive Moly mont. 5. Cluſ. pan. (& Moly mont. purpureo flore) & hiſt.
IIX. Allium Pyrenæum.
Moly Pyrenæum purpur. flore, Cluſ. hiſt. ap. alt.
IX. Allium mont. folijs narciſsi majus.
Alliũ ſive Moly narciſsinis fol. 1. Cluſ. pan. & hiſt.
an Moly folijs Narciſsi, Lob. Lugd.
Variat: 1. eſt, folijs ſplendentibus viridibus, floribus purpuraſc. 2. folijs magnis cinereis & mollioribus, florib. dilutiorib. hoc poſterius, eſt Moly narciſsin. folijs primi altera ſpec. Cluſ. hiſt.
X. Allium montan. folijs Narciſsi minus.
Allium ſive Moly Narciſsinis folijs 2. Cluſ. pan. & hiſt.
Allium ſaxatile & Bulbus vomitorius, Cam.
Et hujus altera ſpecies folijs longioribus & anguſtioribus, floribus dilutioribus, & eſt Moly narciſsin. fol. ſecundi alt. ſpec. Cluſ. hiſt.
XI. Allium mont. radice oblonga: quod 2. in Prod.
an Allium mont. ſive Petroſcorodon, Geſ. hor.
Allium mont. radice oblonga, Eid. col. ſtirp.
XII. Allium montanum minus: quod 3. in Prod.

MOLY ET EIVS SPECIES.

ΜΩΛΥ, *ἀπὸ τοῦ μωλύειν τὰς νόσους, ab amoliendis morbis. Vnius Theoph. 9. hiſt. 15. & Dioſcorid. l. 3. c. 54. meminere: at Plin. l. 25. c. 4. duplex propoſuit: alterum radice rotunda: alterum verò longa.*

I. Moly latifolium liliflorum.
Moly Theoph. fortè & Plinij radice rotunda.
Moly Theoph. Ang. Dod. Cluſ. hiſp. & hiſt. Cam.
Moly liliflorum, Ad. Lob. Lugd.
Moly latifolium, Moly Theoph. Dod.
Moly Homericum, Scillæ alterum genus, & Pancratium, Dioſc. Cæſ.
Moly Indicum flore purpureo, Svver.
Flore eſt candido, vel ſubrubente.
II. Moly latifolium Indicum.
Duplex figura proponitur: altera priori ſimilis, paucis folijs, caule oblongo, capite rotundo: altera, folijs plantaginis, caule brevi, capite ex pluribus bulbulis compacto: illud dicitur Caucaſon, Moly Indicum vocatum, Lob.
Moly Ind. Dod. Lugd. Indicum 1. Tab. 2. Cam.
Alterius figuræ nomina:
Caucaſon, Lob. ico.
Moly Indicũ, Cluſ. hiſp. & hiſt. Inidcum 2. Tab.
Narciſſus ſive Pancratium Cluſij, Svver.
III. Moly latifolium Hiſpanicum.
Moly Hiſpanicum purpureum, vel Moly montanum latifol. purpur. Hiſpan. ad Cluſ. cur. poſt.
Flores plus minus 60. dilutè rubentes, aut purpuraſcentes. Huc refer
Moly latifolium, Eyſt.
IV. Moly latifol. luteum odore allij primum.
Moly mont. latifol. flavo flore, Cluſ. hiſt. ap. alt.
Moly luteum Botanicorum perperam Ornithogalum luteum latifolium, Lob. ad. par 2.
Moly flavo flore, Svver.
V. Moly latifol. luteũ odore allij ſecundum.
Moly latifolium flore flavo, Eyſt.
VI. Moly Africã. vmbella purpuraſc. in Prod.
VII. Moly exoticum florib. alboviridibus.
Moly flore albo lineis viridis coloris, Svver.
IIX. Moly anguſtifolium vmbellatum.
Moly, Matth. Caſt. Lugd. Lon. anguſtifolium, Dod.
Moly Dioſcoridis, Lob. Cluſ. hiſp. & hiſt. Cam.
an Allium vrſinum alterum, Cæſ.
IX. Moly humile folio gramineo.
Chamæmoly, an Moly Dioſcor. Colum.
X. Moly parvum caule triangulo.

Moly parvum Peſarenſe, Ponn. Ital.

XI. Moly anguſtifol. florib. majoribus.

Moly minus, Cluſ. hiſt.

Moly minimum albo flore, Svver.

XII. Moly anguſtifolium folijs reflexis.

Moly ſerpentinum vocatum, Lob. Lugd.

Scorodopraſum alterum Cluſij, quibuſdam.

XIII. Moly atropurpureum Svver. mihi incognitum.

XIV. Moly moſchatum capillaceo folio.

Allium ſyl. perpuſillum juncifolium moſchatum, Lob. ad. part. alt.

SECTIO QVINTA.

LILIVM: MARTAGON: CORONA IMPERIALIS.

LILIVM ET EIVS SPECIES.

LILIVM, κρίνον ϗ λείριον Græcis, Theoph. 6. hiſt. 6. Lilij florem variare dixit, & purpureum eſſe, ſingulis caulibus, aliâs vnum, aliâs plura exire. Dioſcorides l. 3. c. 116. duo genera agnoviſſe videtur, dum ſcribit, & rubra lilia eſſe. At Plinio l. 21. c. 5. Lilium triplex, album, rubens, purpureum, quod aliquando gemino ſit caule, quod Narciſſum vocitent. Dividimus in Lilium radice bulboſa & vna, vt ſunt Lilia alba, Martagon: vel pluribus, Aſphodeli bulbis conſtante, vt Lilium luteum & rubrum.

LILIVM ALBVM

I. Lilium album flore erecto & vulgare.

Lilium ſive roſa Iunonis, Apuleio.

Ambroſia ſive Lilium album Nicandri, Ang.

Lilium Brunſ. Dod. gal. Tur. Matth. Lac. Caſt. Cæſ.

Lilium album, Trag. Fuch. Geſ. hor. Ang. Lon. Lugd. Tab. Eyſt.

Lilium candidum, Cord. in Dioſc. Ad. Lob. Dod. Franco.

Lilium album vulgare, Cam.

Variat: aliquando circa caulis medium, foliorum quaſi ceſpes, vt pingit Bry, nomine Lilij multifolij Stutgardiæ nati.

aliquando ex caule plano trium vnciarum lato, numeroſi flores exurgunt, vt idem figuram habet, cui titulus.

Lilium liliorum, ſive 122. lilia ex eodem bulbo enata.

II. Lilium album floribus dependentibus, ſive peregrinum.

Sultan Zambach (ſive Martagon Conſtantinopolitanum) Cluſ. pan. & hiſt. Eyſt. du Bry.

Martagon album, Lilium candidum Byzantinum, Lob. ico.

Lilia candida Martagonis Conſtantinopolitani nomine inſignita, Lob. ad. par. alt.

Lilij albi ſpecies alia, Cam.

Hoc nonnunquam ſexagenos flores in plano & lato caule protulit, quare

Lilium alb. Byzantin. πολυανθὲς, Cluſio.

Sic Lobeli⁹ ad. part. alt. in caule palmaris latitudinis, humanæ proceritatis, ducentos & plures candidiſsimos & ſuaviſsimos flores obſervavit.

Huc referendum

Lilij pulchri albi & ignoti ſpecies Theophraſti, Rauwolff.

Lilium album Syriacum, Lugd. in ap.

an Lilia cādidiſsima in Baya, medicinæ tota vtilia, Linſc. par. 4. Ind. or. c. 14.

LILIVM PVRPVROCROceum.

I. Lilium purpurocroceum majus.

an Bulbus cruentus, Hippocrati.

Lilium purpureum Dioſc. rubens Plinij.

Hemerocallis Dioſc. Matth. Amat. Ang. Lac. Caſt.

Hemerocallis 1. Matthioli, Cam. & Lugd.

Hya-

Hyacinthus & Coſmoſandalos Poetarum, Dod. & Portæ.
Lilium rubrum, ſive aureum, Brunſ.
Lilium ruſum, Trag. Dod. gal.
Lilium rubens, Geſ. cat. Fuch. ico.
Lilium rubens vel croceum alterum, Geſ. hor.
Lilium croceum, Fuch. Lon. ſyl. croceo flore, Cæſ.
Lilium purpureum, Tur. Ad. purpur. majus, Lob. Dod. (& Cynorrhodon Plinij, vt & Ang. & Portæ) Lugd. Eyſt.
Lilium aureum majus. Tab.
Martagon, Caſt. ico.
Martagon radice alba, Ang.
Martagon Chymiſtarum, Lob. ico.
Vidi & candido flore.

II. Lilium purpurocroceum flore pleno.
Hemerocallis 1. Matthiol. flore pleno, Cam.
Lilium cruentum flore pleno, Eyſt.

III. Lilium purpurocroceum minus.
Lilium purpureum minus, Ad. Lob. Dod.
Lilium purpur. alterum minus, Lugd.
Lilium rubrum minus non bulbiferum, Cluſ. pan.
Martagon 3. Hyacinthus Poëtarum, Ang.
Lilium puniceum non bulbiferũ minus, Cluſ. hiſt.

Variat: communiter flore puniceo & quaſi rubente, numero paucioribus: aliquando viginti & plures obſervantur: reperitur & pleno flore, duodecim, viginti, aut plurium ſoliorum textura, conſtans.

IV. Lilium phœniceum.
Martagon phœnicum dilutum, Lob. belg.
Martagon Chymiſtarum alterum, Lob. ico.
Lilium puniceum non nbulbiferum majus flore diluto, Cluſ. hiſt.
Flores nonnunquam ſexaginta vno caule.

V. Lilium Sandycis colore polyanthos.
Lilium cruentum polyanthos, Eyſt.
Flores 84. in hoc obſervati.

VI. Lilium cruentum plantaginis folio.
Lilium cruentum latifolium, Tab. quid?

LILIVM BVLBIFERVM.

I. Lilium bulbiferum latifolium majus.
Lilium cruentum bulbos majuſculos ſquamatim compactos gerens, ſummo alis diviſo caule, Lob. ico.
Lilium cruentum bulbos gerens, Lugd.
Martagon bulbif. majus, Cluſ. pan. vel primum, Eid. hiſt.
Martagon rubrum, Tab.

II. Lilium bulbiferum anguſtifolium.
Martagon cruentum anguſtifolium, Lob. ico.

III. Lilium bulbiferum minus.
Lilium rubens vel croceum alterum, &
Lilium rubens ſeminiferum, Geſ. hor.
Lilium cruentum 4. ſecundũ caulem bulbulis donatum, Lob. cruentum aliud, Lugd.
Lilium purpureum tertium, Dod.
Martagon bulbifer. minus, vel pratenſe, Cluſ. pan.
Martagon bulbifer. 3. vel lilium puniceum bulbiferum 3. Cluſ. hiſt.
Hemerocallis prima Matthioli bulbifera, Cam.
Lilium cruentum bulbif. Eyſt.

IV. Lilium bulbiferum incanum.
Martagon bulbifer. incanum, Cluſ. pan. vel 2. Eid. hiſt.
Hujus iconem, Lobelius primo, adiunxit, & apud Lugdunenſem, ſub Lilio cruento bulbos gerente pingitur.

LILIVM FLORIBVS REflexis latifolium.

I. Lilium floribus reflexis montanum.
Aſſodillus, Brunſ.
Hyacinthus Poëtarum, vel. 5. Trag.
Aſphodelus fœmina, Fuch.
Lilium purpureum, Fuch. ico. Geſ. hor.
Lilium ſyl. Dod. Cam. alterum, Cluſ. pan.
Lilium ſyl. purpureo flore, Cæſ.
Lilium alterum, Martagon Italis, quod Perilium Plinius appellat, Ama.
Lilium montanum, Ad. Lob. ſive ſyl. 2. minus, Cluſ. hiſt.
Martagon, Matth. Lac. Lugd. Caſt. deſc.
Martagon primum, Ang.
Hemerocallis, Dod. gal. Cord. in Dioſc. Geſ. hor. Lon.
Lilium montanum flore purpuraſcente punctatum, Eyſt.

Variat floris colore, qui plerumq; ſubruber, aliquando dilutus albicansúe: ſic & maculæ rubræ inordinatæ florum folijs, & intus & foris, maximè circa foliorum exortum, intrinſecus

 aſper-

aſperguntur: hujus tres differentias Cluſius agnoſcit: huc referre oportet
Martagon Pannon. flore ſuave rubente, ipſius Bry.

Reperitur etiam longiore ſpicâ, & dicitur Martagon mont. longiore ſpica, Bry: & etiam quaſi duplici corolla ab eodem pictum, Francofurti natum.

II. Lilium floribus reflexis alterum, lanugine hirſutum. *II = Lilium Martagon, L. var. β.*
Lilium purpureum mas, Geſ. hor. *mill. dict.*
Lilium ſyl. primum & majus, Cluſ. pan. & hiſt.
Hemerocallis flore rubello, Lob. ico.
Lilium Saracenicum, Tab.

Flores priore plures, ſaturatè purpuraſcentes, maculis nigricantibus diſtincti: aliquando dilutè purpuraſcentes, maculis carentes;
Lilium flore purpuraſcente non punctatum, Eyſtett.

Pingit inſuper Bry
Martagon exoticum flore ſpadiceo, &
Martagon flore carneo.

III. Lilium floribus reflexis, varijs, ſive tertium.
Lilium mont. ſive ſyl. tertium, Cluſ. hiſt.
Lilium montanum max. polyanthos variegatum, Eyſt.

Simile eſt Cluſiano.

Flos antequam explicetur, foris carneus: explicatus, intus albus, notis purpureis inſignitus.

Cluſius & quartum genus addit, floribus ſaturatè purpuraſcentibus ſerius florentibus, & odore non inſuavi præditis.

IV. Lilium flor. reflexis albis non punctatis.
Lilium mont. albo flore, Cluſ. hiſt. ap. alt. & cur. poſt.
Lilium mont. minus alb. non punctatum, Eyſt.
Martagon imperiale niveum ſine maculis, Bry.

V. Lilium flor. reflexis albis punctatis.
Lilium montanum albis floribus maculis purpureis inſignitis, Cluſ. cur. poſt.
Lilium mont. majus alb. punctatum, Eyſt.

VI. Liliũ flor. reflex. polyanth. alb. punctat.
Lilium montanum maximum polyanthos album rubris maculis aſperſis, Eyſt.

VII. Lilium Byzantinum miniatum.
Lilium rubrum Zuphiniare, ſive miniatũ Chalcedonicum, Cluſ. pan.
Lilium rub. ſive miniat. Byzant. Eid. hiſt.

VII = Lilium Chalcedonicum, L. var. α. mill. dict.

Hemerocallis Byzantina altera, Lob. ico.
Lilium Chalcedon. miniatum ſerotin. Lob. ad. par. alt.
Hemerocallis Conſtantinopolitana phœnicea vnico flore, Lugd.

Flos colore elegantiſsimi minij aut ceræ rubræ recentis, rariùs prorſus nivei, aliquando flavi coloris: modò vnus, modò duo, quatuor, quinque, ſex, tredecim.

IIX. Lilium Byzant. miniatum polyanthos.
Lilium Byzant. miniato ſaturatiore flore πολυ-ανθὴς, ſive Zuſiniare, Cluſ. hiſt.
Liliũ Chalced. miniat. præcox, Lob. ad. par. alt.

Flores quinos, ſenos, denos vt plurimum profert, rarius 20. 30. vel 40. in caule duorum triumve digitorum latitudine, aliquando ſaturatioris, aliquando dilutioris coloris, hocq;:
Lilij Byzantini miniati dilutioris floris nomine pingitur à Cluſio in hiſt.
Lilium Byzantinum ſerotinum, Eyſt.
Lilium Byzant. flore multiplici, Eid.

Hoc florum foliorum numero duodenario, & ſtaminum multitudine à priore diſcrepat.

Varietas in folijs: quæ flore eſt dilutiore, caulem & folia viridiora habet: quæ verò ſaturatiore, hujus caulis & folia plerumq; ex purpura nigricant. Aliquãdo flores in modũ corollæ diſpoſiti naſcũtur, vt Bry pingit, nominans Martagon corollam præbens.

IX. Lilium purpuro ſangvineũ fl. reflexo.
Hemerocallis altera, Matth. Lug. quã cum Lilio Zuſiniani eandem vult, Cluſ.
Lilium ſylveſtre alterum, Dod. ico.
Hemerocallis Chalcedonica purpuro ſangvinea polyanthos, Lob. Cam. (cui idem cum Lilio Zuſiniari Cluſij) Bry.

X. Lilium pyramidale moſchatum.
Lilium ſyl. ſive Hemerocallis moſchata polyanthos, &
Martag. imperiale nuperorum, Lob. ad. par. alt.
Martagon imperiale moſchatum, Eyſt.

Eſt florum centum & viginti & plurium, roſæ moſchatæ odore, qui diluti & lividi coloris maculis ex fuſco purpureis notati: florum 210. ferax in horto Eyſt. conſpectum fuit.

LILIVM FLORIBVS REflexis anguſtifolium.

I. Lilium rubrum anguſtifolium.

I = Lilium pomponium, L. var. α.
IIX = " chalcedonicum, var. β.
IX = " " var. γ. *Mill. dict.*

Lilium rubrum præcox, Cluſ. hiſt. Bry.

Vno, duobus, tribus eſt floribus: & quia aliquando anguſtioribus eſt folijs, vel latioribus, idcirco Cluſius in hiſt.
Lilium rubrum præcox 1. & 2. facit.

II. Lilium breui & gramineo folio.
Lilium rubrum præcox 3. anguſtifolium, Cluſ. hiſt.
Lilium miniat. tenuifol. Cluſ. hiſt. ap. alt.
Hemerocallis Macedonica & Martagon Pomponeum, Lob. ad. par. alt.
Lilium montanum rubrum præcox, Eyſtett.

Floribus aliquando 35. 46. & 48. ſed in plano caule, vel miniati, vel cruenti coloris.

III. Lilium miniatum odorum anguſtifolium.
Lilij miniati tenuif. aliud gen⁹, Cluſ. hiſt. ap. alt.
Martagon Pomponij, Eid. & cur. poſt. & Eyſt.

IV. Lilium flavum anguſtifolium.
Lilium montanum flavo flore maculis diſtinctum & non diſtinctum, Cluſ. hiſt. ap. 1. & alt.
Lilium montan. flavo flore, Lob. ad. part. alt.
Lilium montanum flore luteo punctatum & non punctatum, Eyſtett.
Martagon ſive Hemerocallis punctata flavo fl. & Martagon non punctatum, flore flavo, & Martagon ſive Lilium de Canada auri colorem referens, flore intus nigris maculis aſperſo, Bry.
Lilium montanum magis flavo flore & atrioribus maculis, Cluſ. cur. poſt.

Variat flos colore flavo, vel dilutiore quaſi pallente, in alio maculis nigris diſtincto: in altero flores nullis punctis internè diſtingvuntur, ſed omnino flavi ſunt: rarius quadraginta & plures flores penè flavos, ſed in caule plano profert, quod multiflorum Cluſius in hiſt. ap. alt. nominat: variat etiã ſubviridi flo. & dicitur Martagon ſubviridi flore, Bry.

LILIVM SIVE CORONA Imperialis.

I. Lilium ſive Corona Imperialis.
Corona Imperialis, Dod. Lugd. (& Chalcedonicum Lale) Lon. Tab. Cam. Eyſt. Rob. qui & Coronam imperialem majorem addit.
Lilium ſive Corona Imperialis, Lob.
Tuſai ſive Lilium Perſicum 1. (& Hemerocallis Dioſcoridis) Cluſ. pan. & hiſt. & du Bry.

Variat flos colore luteo, vel verius palleſcente, vel purpurei Lilij inſtar rubente, aut Sandaracæ colorem refert, & hæc dicitur
Tuſai 2. Cluſij hiſt.

At Lobelius ad. part. alt. varietatem in caule, flore & folio adfert: cui alia præcocior, alia ſerotina: præcocior altera folio lato dilutè virente, fl. pallidiore; altera media, quæ elatior, folio pallidiore, anguſtiore, flore dilutiore. At ſerotina folijs latioribus, atrovirentibus, flore ſaturo phœniceo.

II. Lilium, ſive Corona imperialis multiflora latoque caule.
Tuſai, ſive Lilium Perſicum 3. & Tuſai πολυανθὴς, Cluſ. hiſt. pan. & rar.
Corona imperialis polyanthes, Eyſtett.
Corona platycaulos, ſive laticaulis, Lob. ad. par. alt.

Flores 20. 30. 40. 50. & etiam 70. in caule lato, qui ſequenti anno caulem rotundum acquirit, cum 3. 5. 7. aut octo floribus.

III. Lilium ſive Corona imperialis duplici corona.
Corona imperialis phœnicea duplici corona, aut ſerie florum, Lob. icon.
Corona imperialis polyanthes, Tab. ico.
Corona imperalis florũ claſse duplici, Eyſtett.
Corona polyphyllos ſive folioſa, Lob. ad. part. alt.
Tuſai, ſive Lilium Perſicum 2. du Bry.
Corona imper. duabus coronis ornata flore flaveſcente, Svver.

Et hujus varietas apud Lobel. caule numeroſis folijs ſtipato, corona duplici nonnullis floribus in caulis faſtigio: altera, flore dilutiore minus propendente, ob florum acervum caulem ambiente: & hæc eſt
Corona polyphyllos & polyanthes altera, Lob. ad. par. alt.

IV. Lilium ſive Corona imperialis non fœtens.
Tuſai quarta differentia, Cluſ. hiſt.

V. Lilium ſive Corona Imperialis ramoſa.
Tuſai δίκλωνος, Cluſ. hiſt.

Ramis ſingulis 11. flores: vel in altero 8. vel plures: in altero, 5. vel ſex.

LILIVM PERSICVM.

Lilium Perſicũ, Dod. (& Hyacinth. ſpurius 6.) Lob.

6.) Lob. (& Pannachio Perſianorum) Lugd. Tab. Cam. Eyſt. Rob. Svver. Bry.
Lilium Suſianum, Cluſ. pan. & hiſt. Bry.

LILIVM ASPHODELI radice.

I. Lilium luteum aſphodeli radice.
Lilium non bulboſum luteum, Dod. Lug. Ger.
Lirioſphodelus luteus liliflorus, Ad. Lob.
Liliaſphodelus luteo flore, Cluſ. pan. hiſt. Cam.
Liliago minor aſphodelo affinis, Hemerocallis Dioſcoridis videtur, Cæſ.
Aſphodelus liliaceus, Eyſt. luteus, Tab.
Flore eſt communiter luteo, rarius albo.

II. Lilium rubrum aſphodeli radice.
Hemerocallis Dioſc. Theoph. & Plinij.
Lilium rubens harundinaceum, Geſ. hor.
Lilium non bulboſum obſoleto colore rubens, Dod.
Lirioſphodelus phœniceus, Lob.
Liliaſphodelus puniceus, Cluſ. hiſt.
Lilium rubrum non bulboſum, Lugd.
Liliago major aſphodelo affinis, Cæſ.
Aſphodelus liliaceus rubens, Tab.
Lilium non bulboſum ſive arundinaceũ, Cam. ſive phœniceum, Ger.
Lilium fatuum, Eyſt.

SECTIO SEXTA.

ORCHIS: SATYRIVM: DENS CANIS: OPHIRYS: OROBANCHE.]

ORCHIS EIVSQVE DIFferentiæ.

ὌΡΧΙΣ *ſive Teſticulus, à Theophraſto 9. hiſt. 19. & Dioſcoride l. 3. c. 141 proponitur: Dioſcorides, inter Orchidem, & Satyrion differentiam hanc fecit:* Ὀρχίδας *vocans, quæ radicem bulboſam habent, eamq́; geminam, oblongam olivæ modo anguſtam, ſuperiorem pleniorem, & inferiorem molliorem, ac rugoſiorem. Satyrion autem, quod radicem habet vnam, eamq́; bulboſam, mali magnitudine.*

Genera Orchidis, Dioſcorides duo fecit: vnum, Κυνὸς ὄρχιν, *teſticulum canis: alterum,* σεραπιάδα *cognominatum. Sic Satyrium duplex, alterum* σατύριον τρίφυλλον; *alterum* σατύριον ἐρυθρόνιον, *vel* ἐρυθραϊκὸν. *Plinius l. 26. c. 10. Orchion Satyriorumq́; deſcriptiones confundit: & l. 22. c. 8. Cynoſorchidis nomine repetijt.*

Lubet diſtinguere in eas, quæ radices habent, vel rotundas teſticulorum forma, vel palmas manusve referentes. Illas, in eas quæ radices habent vel geminas, quas Orchides: vel vnicam, quas Satyria nominabimus: has verò Orchides palmatas appellabimus. Orchidis genera facimus, Cynoſorchin ſive Canis teſticulum, Teſticulum morionis, Orchin fœtidam, ſive Teſticulum hircinum: Orchin Serapiada, vel Teſticulum vulpinum & Teſticulum odoratum: ad quæ genera quinq́; Orchidum ſpecies reduci poſſunt.

CYNOSORCHIS, SEV TEſticulus canis.

I. Cynoſorchis latifolia hiante cucullo major.
Satyrium primum, Brunf. mas, Trag.
Orchis mas latifolia, Fuch. vel major, Lon.
Orchis & Teſticulus canis officin: Ama. latifol. Eyſt.
Orchis ſive Teſticulus & Cynoſorchis, Ang.
Orchis prior Dioſcoridis, Corn.
Orchios primum genus, Dod. gal. Lugd. Thal.
Teſticulus 5. Matth. 3. Lac.

Teſt.latifol. Tab. & Satyrion triphyllon, Eid.

II. Cynoſorchis latifolia hiante cucullo altera.
Cynoſorchis mas noſtra vel,4. teſticulus,Trag.
Cynoſorchis noſtramajor, Lob. Lugd.
Cynoſorchis prior, Dod. media, Cam.
Cynoſorchis major 3. Tab. & altera, Ger.
Serapias Dioſcoridis, ſive Baſilica Siderites, vel Erythræa,Gemmæ.

III. Cynoſorchis latifolia ſpicâ compactâ.
Cynoſorchis tertia, Dod. Lugd.
Cynoſorchis major altera noſtra, Lob.
Cynoſorchis major quarta, Lob.
Cynoſorchis paluſtris, Ger. ico.
Orchis, Cynoſorchis & Teſticulus canis major flore incarnato, Cam.
Serapias Dioſcoridis ſecunda, ſive Orchis baſilica altera ſyderites flore candidiore, Gem.
Satyrion ſive Orchis major rubra, Svver. du Bry.

IV. Cynoſorchis latifolia hiante cucullo minor.
Cynoſorchis altera, Dod. Lugd. Tab.
Cynoſorchis major, Ger.
Cynoſorchis majoris ſecunda ſpecies, Lob.
Hæc communiter latioribus, rariús anguſtioribus folijs reperitur.

V. Cynoſorchis anguſtifolia hiante cucullo: quæ 1. eſt in Prod.

CYNOSORCHIS MILITARIS.

I. Cynoſorchis militaris major.
an Teſticulus 4. cum Cynoſorchide 2. Trag.
Teſticulus alius tertio loco, Cord. hiſt.
Cynoſorchis quarta, Dod.
Orchis ſtrateumatica ſive ſtratiotes major, ſive militaris, Gemmæ, quæ Baſilica 3. Lob.
Orchis ſtrateumatica major, ſive Baſilica tertia Gemmæ, Lugd.
Orchis latifolia altera, Cluſ. pan. & hiſt.
Teſticulus 5. militaris, Tab.
Ornithophora candida, Ger. ico.
Orchis purpurea, du Bry.

II. Cynoſorchis militaris media.
Orchis flore rubro elegantiſsimo, Cluſ. pan. at ſecunda, Eid. in hiſt.

III. Cynoſorchis militaris minor.
Orchis ſtrateumatica minor, Gem. Lob. Lugd.
Orchis ſtrateumatica, Ger.
Teſticulus ſtrateumaticus minor, Tab.

IV. Cynoſorchis militaris montanâ ſpicâ rubente conglomeratâ: quæ 2. in Prod.

V. Cynoſorchis militaris pratenſis elatior, floribus variegatis: quæ 3. in Prod.

VI. Cynoſorchis militaris pratenſis humilior.
Orchis Pannonica 4. Cluſ. pan. & hiſt.
Orchis minor fl. incarnata, Eyſt.
Orchis Pannonica, du Bry.
Hujus ſpecies altera ampliore, craſsiore & longiore ſpicâ.

VII. Cynoſorchis montana purpurea odorata.
Orchis quinta odora ſerapiada Dioſc. Trag.
Orchis quarta Dodonæo, Lugd.
Teſticulus primus, Matth. ſpecies 4. Eid. comp.
Teſticulus candidus, Cord. hiſt. ico.
Orchis fœmina, major, Fuch.
Orchis fœmina Eid. ico. Tur.
Orchios tertium genus, Dod. gal.
Teſticulus 12. Tab.
Major & minor habetur, quare ſpecies duæ Trago.

IIX. Cynoſorchis obſcurè purpurea odorata.
Orchis Pannonica tertia, Cluſ. pan. & hiſt.
Cynoſorchis flore purpuraſcente, Eyſt.

IX. Orchis globoſo flore.
Orchis rotunda Dalechampij, Lugd.
an Orchis ſpecies, floribus quaſi in vmbella, Thal.

X. Chamæorchis alpina folio gramineo: quæ 4. in Prod.

ORCHIS MORIO.

I. Orchis morio mas folijs maculatis.
Satyrion mas, Brunſ. Cynoſorchis, Eid. Ang.
Teſticulus 1. Matth. ico. 4. Eid. fol. Lac. Caſt.
Orchis altera Dioſcoridis, Corn.
Orchis mas anguſtifolia, Fuch. Tur.
Orchis mas minor, Lon.
Orchis Delphinia paluſtris, Gem.
Orchios 2. genus, Dod. gal. Thal.
Teſticulus morionis mas, Dod. Lugd.
Cynoſorchis morio, Lob. Franc.
Cynoſorchis morio. mas, Tab.
Cynoſorchis maculata, Ger.

Satyrion Apulei, Svver. du Bry.

Flore eſt purpureo, vel ex roſeo candido, purpureis maculis notato.

II. Orchis morio folijs ſeſsilibus maculatis.
Cynoſorchis delphinia ſeſsilibus maculoſis obtuſioribus folijs, flore purpureo violaceo, caule ſeſquicubitali, Lob. ico.
Cynoſorchis maculata, Tab.
Cynoſorchis morio mas, Ger. ico.

III. Orchis folijs ſeſsilibus non maculatis.
Orchis colore vario, vel 5. Cluſij, pan. & hiſt. deſcript.

Variat floris colore, modò purpureo ſaturatiore, modò dilutiore, modò carneo, modò omnino lacteo; nunc maculis, interdum nullis, aſperſis.

IV. Orchis morio fœmina.
Teſticuli ſpecies tertia, Matth.
Teſticulo alteri adjungit, Lac.
Orchis, ſive Cynoſorchis fœmina minor, Fuch.
Orchis anguſtifol. fœmina altera, Fuch. ico.
Orchios tertium genus, Dod. gal.
Orchis delphinia montana, Gem.
Teſticulus morionis fœmina, Dod. Lugd.
Cynoſorchis morio fœmina, Lob. Lugd. Ger.
Cynoſorch. morio 3. Tab. Cynoſorchis fœmina, Eyſt.
an Teſticulus alius, Cord. hiſt.

Huc referri poteſt.
Orchis anguſtifol. fœmina altera, Fuch. ico.
Orchis ſive Cynoſorchis fœmina minor, Fuch.
Orchios quartum genus, Dod. gal.

V. Orchis morio minor, folijs maculatis.
Cynoſorchis minimis & ſecundùm caulem pedalem & cubitalem maculoſis folijs, floribus purpureis, Lob. ico.

Satyrion maculoſum, Svver.

VI. Orchis flore nudi hominis effigiem repræſentans, mas.
Orchis Antropophora oreades altera, Colum.

VII. Orchis flore nudi hominis effigiem repræſentans, fœmina.
Orchis antropophora oreades, Colum.

IIX. Orchis flore ſimiam referens.
Orchis Zoophora cercopithecum exprimens Oreades, Colum.

ORCHIS FOETIDA.

I. Orchis barbatus odore hirci, breviore latioreq; folio.
Tragorchis, Dod. gal. maximus, Ger.
Teſticulus hirci, Dod. Lob. ob. primus, Tab.
Teſticulus, ſive Tragorchis, Ad.

II. Orchis odore hirci longiore anguſtioreq; folio.
Teſticulus hircinus vulg. & leporis teſtic. Lob.
Teſticulus hircinus ſecundus, Tab.
Teſticulus linguâ bifurcatâ, Cæſ.
Orchis ſaurodes, vel ſcincophera lacertarum æmulatione, Gemmæ, Lugd.
Teſticulus hircinus vulgaris, Lugd.
Tragorchis mas, Ger.

III. Orchis odore hirci minor.
Tragorchis minor & verior, Gem. ſive Corioſmites, vel coriophora flore inſtar cimicum, Lob. Lugd.
Teſticulus hircinus tertius minor, Tab.
Tragorchis fœmina, Ger.

IV. Orchis odore hirci minor ſpicâ purpuraſcente.
Orchis Batavica ſexta, Cluſ. hiſt.

V. Orchis ſpicâ purpureâ fœtida.
Orchis teterrimo odore fœtida, Cluſ. pan. & hiſt.

ORCHIS SERAPIAS.

Serapiades dicuntur, quòd horum flores inſecta fœcunda & laſciva referant, tanquam à Serapiade Alexandrinorum olim deo nomen habentia: cuius templum excellens Canopi erat, vbi laſcivijs, cantibus & ſaltationibus colebatur, Strabone 17. ſuæ Geographiæ referente.

I. Orchis bifolia latiſsima.
Orchis latifolia maxima, Cluſ. pan.
Orchis prima amplifsimis folijs, Cluſ. hiſt.
Orchis bifolia latifolia, Thal.

II. Orchis bifolia altera.
Orchis latifolia altera, Cluſ. pan. & hiſt.
Orch. hermaphroditica, Lug. Ger. ſecũda, Gem.
Teſticul. vulpinꝰ, Eyſt. hermaphroditicus, Tab.
Orchis pſychodes diphylla, Lob.
Orchis bifolia, Tab.

Teſti-

Teſticuli ſpecies quinta, Cam. epit.

III. Orchis alba bifolia min. calcare oblõgo.
Orchis altera ſerapias, Geſ. cat.
Orchis altera Satyrion vulgò, Ang.
Orchis ſerapias, Braſ. at primus, Dod. Lugd.
Orchis bifolius, Cam. Orchis fl. albo minor, Eyſt.
Teſticulus bifolius, Cord. hiſt.
Teſticuli tertij ſpecies prima, Matth. Lugd.
Teſticulus vulpinus, Franco.
Teſticulus vulpinus primus, Lob. latifol. Tab.
Orchis Ornithophora, Ger. ico.
Orchis flore albo, du Bry.

IV. Orchis trifolia major.
Teſticulus ſacerdotis, Ruel.
Orchidis vndecima ſpecies, Trag.
Teſticulus candid. odorat. major, Cord. hiſt.
Teſticulus vulpis, Dod. gal. Lugd.
Satyrium trifolium, Fuch. Tur. Lon. qui tres bulbos adpingit.
Triorchis trifol. Tab. & triorch. major mas, Eid.
Satyrium trifolium, Ama. Tab.

Flore communiter eſt candido: reperitur & purpureo: ſi quis cum præcedenti eandem volet, facilè aſſentiemur.

V. Orchis trifolia minor.
Culices minores triphyllæ, Lob. ico.

VI. Orchis hermaphroditica.
Orchis batrachites, Gem. Lob. Tab. Lugd.
Orchis Melittias, Ger. ico.

VII. Orchis fucum referens major foliolis ſuperioribus candidis & purpuraſcentibus.
an Orchis Serapias Dioſcoridis.
Satyrium quartum, Brunſ.
Orchis ſexta, & ſatyrium alterum, Trag.
Orchis ſive Teſticulus minor violaceis floribus, Cord. hiſt.
Orchis ſerapias fœmina, Dod. gall.
Orchis ſerapias ſecundus major, Dod. Lugd.
Orchis ſecunda ſpecies Dodonæi, Lugd.
Orchis ſphegodes, Gem. Lob. ob. Lugd.
Teſticulus vulpinus major, Lob. ico.
Teſticulus 7. ſphegodes, Tab.
Orchis ſtrateumatica, Ger. ico.
Teſticuli ſpecies 2. Matth. Lac.
Orchis ſerapias 2. Dodonæi, Lugd. Eyſt.
Triorchis fœmina, Fuch. Lon.
Satyrion floribus apes referens, Tur.
Satyrion, teſticulus vulpinus, Svver. du Bry.

VIII. Orchis fucum referens flore ſubvirente.
Orchidis ſextæ ſpecies altera, Trag.
Teſticulus vulpinus minor, Ad.
Orchis ſerapias ſecunda minor, Dod.
Orchis melittias ſive apis cadaverulum exprimens, Lob. Lugd. Tab.
Triorchis fœmina, Tab.
Orch. myodes & Teſticul. vulpinus major, Ger. ico.

IX. Orchis fucũ referens colore rubiginoſo.
Teſticulo vulpino ſimilis minor, Ad.
Teſticulus vulp. 2. ſphegodes, Lob. ico.
Satyrion minus, Svver.

Hæc non longè Monſpelio in pratis à Lattes, cæruleis, punctatis, albis, pallidis, purpureis, variegatis floribus, reperitur.

X. Orchis muſcam referens major.
Orchis myodes altera, Gem. Lob. Lugd.
Teſticulus muſcarius quartus, Tab.

XI. Orchis muſcæ corpus referens minor, vel galeâ & alis herbidis.
Satyrion exiguum & 7. Trag. Satyrium, Tur.
Teſticulus pumilio, Cord. hiſt.
Orchis quintum genus, Dod. gal.
Orchis anguſtifolia fœmina tertia, Fuch. ico.
Orchis fœmina minor, Lon.
Orchis ſerapias tertius, Dod.
Orchis myodes prima, Gem. Lob. Lugd.
Teſticulus muſcarius primus, Tab.
Serapias batrachites, Ger. ico.
Triorchis ſerapias tertius, Lugd.

XII. Orchis muſcam referens lutea.
Teſticulus vulpinus luteus, Ad.
Orchis myodes lutea Narbonenſis, Lob. Lugd.
Teſticulus muſcarius tertius luteus, Tab.
Orchis myodes minor, Ger. ico.
Orcheos genus humile, Lugd.

XIII. Orchis anguſtifolia.
Teſticulus 16. minor, Tab.
Orchis andrachnites, Ger. ico.

XIV. Orchis papilionem expanſum herbacei coloris referens.
Cynoſorchis quintus, Dod.
Orchis ornithophora, vel ornithes folio lævi, Gem. Lob. Lugd.
Teſticulus vulpinus, Tab.
Orchis Ornithophora folio maculoſo, Ger. ico.

Orchis, du Bry.

XV. Orchis papilionem referens, folijs maculatis.
Orchis ornithophora fol. maculoſo, Gem. Lob. Lugd.
Teſticulus 15. Ornithophorus, Tab.
Teſticulus ſphegodes, Ger. ico.

Variat foliorum forma, eſt prægrandibus, parvis, ovalis figuræ ex acuto in latum, vel in rotundum deſinentibus: florum colore purpureo, ſubpurpuraſcente, albo.

XVI. Orchis papilionem referens anguſtifolia alba.
Ornithophora candida, Lob. ico.

XVII. Orchis araneum referens.
Orchis andrachnitis, Lob. ico.

XVIII. Orchis montana Italica flore ferrugineo lingua oblonga: ſub Orchide 5. in Prod. deſc.
Teſticuli tertij ſpecies prima, Matth. fig. major.
Teſticuli 3. ſpecies Matthioli, Lugd. fig. 2.
Teſticulus 13. Tab.

XIX. Orchis mont. Ital. lingua oblonga altera.
Orchis macrophylla, Colum.

MONORCHIS ET TRIORCHIS.

I. Orchis odorata moſchata, ſive Monorchis.
Orchis puſilla pallida odorata, vel 6. Cluſ. pan. at 7. in hiſt.
an Teſticuli ſpecies minor bulbo ſingulari, Geſ. hor.

Variat folio breviore, latiore, longiore, & anguſtiore.

II. Orchis lutea hirſuto folio.
Orchis Friſia littoralis, Lob. Lugd. qui & quintam junxit.
Orchis Friſia, Ger.
Teſticulus luteus, Tab.

III. Triorchis lutea folio glabro.
Triorchis lutea, Gem. Lob. Lugd. Trior. lutea 2. Tab.
Teſticulus odorat. Ger. quem cum ſeq. junxit.
Modò terni, modò quaterni puſilli, penduli teſticuli ſubſunt.

IV. Triorchis lutea altera.
Orchis minor Leodienſis, Lob.
Triorchis lutea, Gem. Lugd prima, Tab.

V. Triorchis lutea radice oblonga.
Triorchis lutea tertia Gemmæ, Lob. (qui in icon. etiam 2. junxit, vt & Lugd.) Tab.
Orchis Leodienſis, Ger.

VI. Triorchis, vel Tetrorchis alba odorata major.
Tetrorchis, vel Triorchis alb. ſpiralis, vel autumnalis, Gem. Lob. Lugd.
Teſticulus odoratus major, Dod.
Triorchis, Ger. Triorchis odorata, Tab.
Aliquando ternos, aliquando quaternos teſticulos oblongos fibroſos obtinet.

VII. Triorchis alba odorata minor.
Satyrium 3. vel odoriferum, Brunſ.
Teſticulus candid. odorat. minor, Cord. hiſt.
Teſticulus odorat. ſive Orchis ſpiralis minor, Lob.
Teſticulus odoratus, Ad. Lugd.
Teſticulus odorat. minor, Dod. Tab.
Orchis flore albo odorato, Cam.

IIX. Pſeudoorchis.
Orchis minor radice repente, Cam.
Orchis repens, Eyſt.

IX. Chamæorchis lilifolia.
Orchis lilifolius minor ſabuletorum Zelandiæ & Bataviæ: ſive
Chamæorchis aggerum Zelandiæ & Bulbo eriophoro ſimilis bulbus, Lob. ad. par. 2.
an Pſeudoorchis μονόρχις, Cluſ. hiſt.

ORCHIS PALMATA ET SAtyrion.

QVAS Orchides palmatas vocamus, eas recentiores Satyria baſilica nominant. Brunfelſius verò & Tragus, Orchidum fœminas faciunt, eò quòd præter duas radices inſtar duarum palmarum iunctas (hinc vulgo Palma Chriſti) notam impudicam, vulvæ muliebri ſimilem, habeant. Digitos citrinos Avicenna, Matthiolus cenſet.

Dio-

Dioſcorides l. c. 3. 143. 144. σατύριον duplex propoſuit: alterum, quod alij τρίφυλλον vocant, quod vt plurimum terna folia, rumici aut lilio ſimilia, ſed minora atque rubeſcentia habeat, caule nudo cubitali: flore lilij candido: radice bulboſa mali magnitudine, rufa, intus alba, oui inſtar, ſapore dulci, oriq; grato.

Alterum ἐρυθρόνιον ſive ἐρυθραϊκὸν cognominatum, quod ſemine eſt lini majore, firmo, ſplendente ac lævi: radicis cortice aliquantum gracili ac rufa, internè alba, dulci & gratâ: quæ non ſecus ac prior venerem potenter ſtimulat. Plinius, Satyrium cum Orchyde confundit, vt l. 26. c. 10. videre eſt, & Satyrij aliud genus erythraicon appellari ſcribit.

Matthiolus videtur ad deſcriptionem Dioſcoridis, duplex Satyrium propoſuiße: de vtroque autem dubitatur.

Satyrium.

I. Satyrium primum, Matth. Lugd.
Satyrium trifolium, Caſt.

Hoc alij Phallum Hollandicum, alij Fauſel, cui tria folia affiĉta ſint, cenſent.

II. Satyrium erythronium, Matth. Lugd. Caſt.

De vtroque dubij ſumus, & Camerarius in ſuo emaculato Matthiolo omiſit.

III. Satyrium è Guinea, Rob. Svver. nec dum vidimus.

Orchis palmata.

I. Orchis palmata pratenſis latifolia longis calcaribus.
Palma Chriſti major, Matth. deſc. Franco.
Palma Chriſti altera, Cord. hiſt.
Palma Chriſti & Serapias mas lævi folio, Lob.
Palma Chriſti mas, Ad. Ger. prima, Tab.
Satyrium baſilicum, Corn.
Satyrium baſilicū mas, Geſ. col. Dod. Lon. deſc.
Satyrium baſilicum majus recentiorum, Lugd. deſc.
Satyrium recentiorum Græcorum, & baſilicum mas latifolium alterum, Thal.
Palma Chriſti erecta variegata, Eyſt.
Satyrion ſive Palma Chriſti, Svver.

Flores ſaturato roſei, maculis purpuraſcentibus inſigniti.

II. Orchis palmata pratenſis anguſtifolia major: quæ 6. in Prod.
Palma Chriſti 3. Eyſt.

III. Orchis palmata pratenſis maculata.
Orchis fœmina altera, Trag.
Satyrium baſilicum Græcor. & officin. Chriſti-palma, Ruel.
Satyrij genus, Baſilicum Græcum, Geſ. cat.
Satyrium Baſilic. fœmina, Geſ. col. Lon. Dod.
Palma Chriſti, Ama. Cord. hiſt. Cæſ.
Palma Chriſti fœmina, Ad. Ger.
Palma Chriſti maculata, Tab. Franco, Eyſt.
Palma Chriſti, ſerapias fœmina pratenſis, Lob.
Satyrium fœmina folijs maculatis, Thal.
Serapias fœmina pratenſis, Lugd.
Orchis ſerapias, Cam.
Satyrion fœmina, Svver. du Bry.

Variat: flore, qui in purpura vel rubet, vel dilutè ad cæruleum inclinat, vel albus eſt: vel variegatus, albus maculis ac venulis rubeſcentibus diſtinctus: interdum maculis caret: huc Palma Chriſti erecta flore candido & fl. variegato &
Palma Chriſti candidis floribus, Eyſt.

IV. Orchis palmata pratenſis maxima.
Cynoſorchis macrocaulos, ſive conopſæa, ſive galericulata, Gem. Lob.
Cynoſorchis conopſæa, Lugd.

V. Orchis palmata minor calcaribus oblongis.
Serapias minor, Lob. minor rubra Gemmæ, Lugd.
Serapias minor nitente flore, Ger.
Palma Chriſti minor mas, Tab.

VI. Orchis palmata anguſtifolia minor.
Satyrium fœmina, Brunſ.
Satyrium alterum, Trag. deſc.
Orchis fœmina, Trag. ico.
Palma Chriſti major, Matth. ico. tertia, Cord. hiſt.
Satyrium baſilicum majus, Lugd. ico.
Satyrium baſil. mas, Fuch. Dod. gal. Lon. ico.
Satyrium baſilicum mas, tenuifol. Thal.
Satyrium regale, Tur.

Palma Chriſti fœmina, Tab.
Palma Chriſti peregrina flore rubro, Eyſt.

VII. Orchis palmata anguſtifolia minor odoratiſsima: in Phytopinace, & ſub 7. in Prod. deſcripta.

IIX. Orchis palmata caryophyllata.
Orchis ſerapias caryophyllata, Lob. ico.

IX. Orchis palmata ſambuci odore.
Orchis ſerapias 7. Cluſ. pan. Pannonica 8. hiſt. Duplex eſt: 1. florib. exalbidis, foliolis ſub floribus pallidis. 2. floribus purpureis, foliolis purpuraſcentibus.

X. Orchis palmata batrachites.
Serapias batrachites, vel Myodes, Lob. ico.

XI. Orchis caſtrata.
Satyrium caſtratum vel eunuchum, Lob.
Satyrium caſtratum, Gemmæ, Lugd.
Teſticulus ſextus caſtratus, Tab.
Serapias caſtratum, Ger.

XII. Orchis palmata paluſtris latifolia.
Serapias paluſtris latifolia, Lob. Ger.
Satyrium Baſilicum folioſum, vel 3. Dod.
Satyrium Baſil. mas latifolium 1. Thal.
Cynoſorchis paluſtris platyphylla, Gem. Lugd.
Palma Chriſti paluſtris, Franc. 3. Tab.
Satyrion latifolium, Svver. du Bry.
Palma Chriſti flore purpureo, Eyſtett.

XIII. Orchis palmata paluſtris altera.
Serapias paluſtris alt. leptophylla, Lob. Lugd.
Cynoſorchis paluſtris altera, Gem.
Teſticulus galericulatus, Tab.

XIV. Orchis palmata paluſtris tertia.
Cynoſorchis paluſtris lævi folio, Lob.
Cynoſorchis leptophylla, Gem. Lugd.
Palma Chriſti paluſtris 2. Tab.
Serapias paluſtris lævifolia, Ger.

XV. Orchis palmata paluſtris maculata.
Cynoſorchis paluſtris altera lophodes, vel nephelodes, Gem. Lob. Lugd.
Palma Chriſti paluſtris 1. Tab. Ger.

XVI. Orchis palmata paluſtris tota rubra.
Cynoſorchis Dracontias, Gem. Lob. Lugd.
Tragorchis, Tab. ico.
Serapias paluſtris leptophylla, Ger. ico.

XVII. Orchis palmata flore viridi: quæ 8. in Prod.

XIIX. Orchis palm. mont. maxima: quæ 9. in Prod.

XIX. Orchis palmata montana altera.
Serapias montana folio lævi, & Cynoſorchis montana, Lob.
Serapias maxima folio lævi, Gem. Lugd.
Serapias mont. Tab. Serap. garyophyll. Ger. ico.

XX. Orchis palmata montana maculata.
Cynoſorchis mont. folio maculoſo, Gem.
Serapias candido fl. (montana) Lob. Lugd. Ger.
Palma Chriſti major, Caſt.
Palma Chriſti maculata montana, Tab.
Satyrion folijs maculatis, Svver.

XXI. Orchis palmata anguſtifolia alpina nigro flore.
Satyrium baſilicum alpinum, Geſ. hor.
Satyrium baſilicum odoratiſs. Geſ. cat.
Satyrium baſilicum minus, Dod.
Palma Chriſti minor, Matth. Lug. Franco, Caſt. deſcript.
Orchis minor odoratus, Ad.
Palma Chriſti minor fœmina, Tab.
Orchis ſerapias odoratiſs. flore minima alpina, Cam.

ORCHIS ABORTIVA.

I. Orchis abortiva fuſca.
Coagulum terræ Plinij quibuſdam.
Satyrium nonum, Trag.
Orobanche, Geſ. col.
Orchis ſylveſtris, Lon.
Neottia, Dod. Franco.
Nidus avis, Dod. gal. Lob. ico. Lugd. Eyſt.
Satyrium abortivum (ſpec. Hypociſtidis) Lob. ico. part. alt. & Ger.
Orchis abortiva Lobelij, Cluſ. hiſt.
an Orobanche prima, Tab.

II. Orchis abortiva violacea.
Limodoron Auſtriacum, Cluſ. pan.
Pſeudolimodoron, Eidem hiſt.

OPHRIS.

AD Orchides propter florum formam reſerenda videtur Ophris à Plinio l. 6. c. 15. nominata, quam vocem aliqui Supercilium reddunt.

I. O-

I. Ophris bifolia.
Perfoliata ſylveſtris mas, Brunſ.
Satyrium 10. & bifolium, Trag.
Aliſma, Cord. Geſ. hort.
Ophris, Matth. Fuch. Ang. Geſ. cat. Caſt. Tab. Cam. Cæſ. Thal. Franco.
Bifolium, Dod. gal. Ad. Lob. Lon. Cam.
Pſeudoorchis ſeu bifolium, Dod.
Ophris bifolia, Ger.
Eſt major & minor, tam in hac, quam in trifolia.

II. Ophris trifolia.
Perfoliata ſylveſt. fœmina, Brunſ.
Ophris trifolia, Tab. Ger.

III. Ophris bifolia bulboſa.
Pſeudorchis, ſeu Bifol. bulb. Dod. ed. Belg. & poſt.

IV. Ophris minima: in Prod. deſcripta. an Ophris pumilum & tenellum genus, Cluſ. cur. poſt.

DENS CANIS.

I. Dens canis latiore rotundioreq; folio.
Mithridatium Cratevæ Plinij, Ang. Cæſ.
Pſeudohermodactylus, Matth. Lugd. Tab.
Hermodactylus Meſuæi, folio maculoſo, & Dens canis, Geſ. hor.
Satyriũ erythroniũ, Geſ. col. Ad. Lob. ico. Tab.
Dens caninus, Dod. (Ephemero Dioſc. conveniens) Cæſ. Cam. Ger.
Dentali 1. Cluſ. pan.
Dens caninus purpuraſcente flore, Cluſ. hiſt.
Satyrium & Dens caninus, Lob.
Satyrium rubrum Dalech. Lugd.
Dens canis flore rubro, Eyſt.
Flos ex purpura rubet, aut candore micat, aut purpura ex candore confuſis pallet: qui flore rubro eſt, maculis rubris: qui albo, lacteis maculis variegatur: ſic folia aliquando maculata, aliquando ijs carent: & cõmuniter bina habet: tantùm bina, Cæſalp: plurimùm terna, Adverſ: rarò terna, Cluſ: quina etiam, Lugdun.

II. Dens canis anguſtiore longiore folio.
Erythroniũ flore albo anguſtiorib. folijs, Lob. ico.
Dentali 2. Cluſ. pan.
Dens caninus albo flore, Cluſ. hiſt. Cam. Eyſt.
Satyrium trifolium & Satyrium Dalech. Lugd.
Flos lacteus, aut ex purpuraſcente alboq; mixtus.

OROBANCHE.

ΟΡΟΒΑΓΧΗ, *Ervangina Gazæ, quòd* ὄροβον ἄγχει, *ervum ſtrangulet, dicitur. Duplex eſt, aliud Theophraſti 8. hiſt. 8. aliud Dioſcoridis l. 2. c. 172. & Orobanche Plin. l. 18. c. 17. & l. 22. c. vlt. nominatur.*

I. Orobanche major garyophyllum olens.
Limodorum (quaſi famem adferẽs) Theophraſto.
Orobanche, Dioſc. Gale. Oribaſ. Aeginet. Aëtio.
Cynomorion, à canini genitalis ſimilitudine, Plinio.
Leonina herba, Hermolao. & Legumen leoninum, Ruel.
Leo herba, Conſtantino.
Orobanche, Matth. Ama. (herba tauri, vel vaccæ) Ang. Cord. in Dioſc. Lac. Geſ. cat. (Leontobotanos) Lon. Lob. Caſt. Thal. Cæſ. Eyſt.
Orobanche vera, Geſ. hor.
Limodoron, ſive Orobanche, Dod.
Orobanche 1. Cluſ. hiſt altera, Lugd. Tab.
Rapum geniſtæ, Dod. gal. Ger.
Variat: quæ Geniſtæ vulgari adnaſcitur, flore eſt ſubviridi: quæ Hiſpanicæ, floribus majoribus luteis.
Hæc ſemper alicuius vicinæ plantæ fibris adnaſcitur: obſervavi ad Geniſtam, florem tinctorum, Hieracium Sabaudum, Trifolium, Aſtragalum ſylvaticum.

II. Orobanche flore majore, ex cæruleo purpuraſcente: quæ 1. in Prod.

III. Orobanche Monſpeliaca floribus oblongis.
Orobanche major, Lob. ico.
Limodorum Monſpeliacum, Cluſ. pan.

IV. Oro-

IV. Orobanche majore flore.
Orobanche quarta, Lob. ico.
Orobanche, Eyſt.
Orobanche 2. Cluſ. hiſt.

V. Orobanche quæ Hypopytis dici poteſt: quæ 3. in Prod.

VI. Orobanche ramoſa.
Orobanche 5. Lob. ico.
Orobanche altera brevior & ramoſa, Cæſ.
Orobanche, Cam. ad Matth.
Orobanche 3. πολύκλωνος, Cluſ. hiſt.

Variat: floribus aliquãdo cæruleis, aliquando purpuraſcentibus, aliquando ſubalbidis, & libenter inter Cannabem naſcitur.

VII. Orobanche radice dentata major.
Dentaria major, Matth. Lob. Lugd. Cam. Franco, Ger. Eyſt.
Anblatum (id eſt aphyllon, quod folijs careat) Cord. hiſt. Dod. (& radix ſquamata) Thal.
Squamatia, Lon.
Dentaria major, ſive ἄφυλλος 1. Cluſ. pan. & hiſt. Eyſtett.
Dentaria abſq; folijs, Caſt.
Dentaria crocodilia, Tab.
Arachidum è genere Orobanches, Cæſ.
Aegolethros Plinij, malus Henricus vinitoribus, Geſ. in hiſt. bovis & col.

IIX. Orobanche radice dentata minor.
Dentaria ἄφυλλος altera, ſeu min. Cluſ. pan. & hiſt. an Anblati ſpecies minor, Thal.

Cluſius, ſuæ flores ex albo purpuraſcentes tribuit: Thalius, candidam totam ſcribit.

IX. Orobanche radice coralloide.
Dentaria ἄφυλλος 3. Cluſ. pan.
Dentaria coralloide radice, Cluſ. hiſt. Eyſt.
Dentaria minor, Ger. aphyllos minor, Tab.

L I.

LIBER TERTIVS.

OLERA ET OLERACEA.

SECTIO PRIMA.

RAPA: RADICES JNDIS EDVLES: RApunculus: Campanula: Rapiſtrum: Napus: Raphanus: Lepidium: Jberis: Dracunculus eſculentus: Eruca: Sinapi: Rheſeda: Luteola: Eryſimum: Hydropiper, ſive Perſicaria: Capſicum, ſive Piper Jndicum.

RAPA ET EIVS SPECIES.

R*APA, quaſi ruapa, quòd è terra eruatur, Varroni l.4. ling. Lat. at veriſimiliùs à Græco* ῥάπυς, *Athenæo l.9.c. 2.* γογγύλη, *Dioſcoridi l. 2.c.134. à rotunda orbiculari ve radicis figura. Genera: Theoph. l.7.hiſt.4. ait alios diverſitatem generis putare, alios negare, ſed mare tantum fæminaq; differe, & ambas ex eodem ſemine naſci, ſed vt effæminentur raras deponendas: nam ſi denſæ poſita ſint, omnes maſculeſcere: at 7. hiſt. 6. Rapæ ſylveſtris meminit. Sic Dioſcorides, ſativum & ſylveſtre agnoſcit. Plin. l. 18. c. 13. Græcos ſecutus, duo prima fecit genera, maſculum, fæmineumq;, & modum eas ſerendi ex eodem ſemine. Species verò omnium tres (addit) aut enim in latitudinem fundi, aut in rotunditatem globari, tertiam ſpeciem ſylveſtrem appellavêre, in longitudinem radice procurrente: & l.19.c.5. Medici, maſculini ſexus faciunt in his rotunda: latiora verò concava fæminini.*

Dividimus in ſativam & ſylveſtrem: illam in longam & rotundam, ſive fæminam & marem: rotundam, in ſeſsilem & orbiculatam. Raparum ſolum in India tam ferax eſt, vt ea in vijs quoq; publicis ſponte proveniant: ita vt cùm Indi in nonnullis locis agros frugibus conſituri eſſent, propter ingentem Raparum propaginem, ab inſtituto ipſis deſiſtendum fuerit: Ioſeph. Acoſta l. 4. c.18.

I. Rapa ſativa rotunda.
Rapa mas, Theoph. Plinij: Rapum, Dioſcoridis.
Rapa ſativa, Brunf. Cord.
Rapum ſativum, Fuch. Ruel. vulgare, Trag. Dod.
Rapum vel Rapa, Ang. Tur. Lac. Geſ. hor. Caſt.
Rapum rotundum, Matth. Lon. Ama.
Rapum ſeſsili rotunditate, Cæſ.
Rapum majus orbiculat. ſeu turbinat. Ad. Lob.
Rapum ſativum orbiculatum, Lugd.
Rapum orbiculatum, Franco, Taber.
Rapum rotundum, vtrumq; majus & minus, Tab.
Rapum majus & minus rotundum, Ger. at ro-

1 = Brassica Rapa, L. mill. dict.

tundum Rapum vtrumq; ſub Buniade.

Variat colore externo radicis, viridi, candido, puniceo, obſoletè nigricante: habentur aliquando in Alſatia, quæ foris & intus flaveſcũt: magnitudine & parvitate, Plinius & Tragus 40. Amatus verò 50. & 60. libras excedentes viderunt: communiter forma tuberoſa, rarò globi inſtar orbiculata, frequentius in latitudinem effuſa.

II. Rapa ſativa oblonga, ſeu fœmina.
Rapa fœmina, Theoph. & Plinio.
Rapum oblongum, Trag. oblongius Dod.
Rapum longum, Matth. Lon. Caſt. Lugd. Franc. Tab. qui majus & minus facit: vtrũq; ſub Raphano ſativo Gerardus habet.
Rapũ tereti, rotunda, oblongaq; radice, Ad. Lob.
Rapa oblonga, Ama. Cæſ.

Aliquando cubitalis, rariùs ſeſquicubitalis eſt: ſic 30. librarum Matthiolus notavit.

III. Rapa ſylveſtris: & Cæſ.
Rapum ſylveſtre, Matth. Lugd. Tab. Ger.
Rapum ſylveſtre non bulboſum, Ad. Lob.

RADICES VARIÆ QVIBVS

INDI VESCVNTVR ET vtuntur.

Qvem admodum varijs fructibus ob inſignem arborum fructiferarũ varietatem veſcimur: ſic in India Occidentali, varijs radicibus in cibis vtuntur. Quare Ioſephus Acoſta lib. 4. c. 18. vel par. 9. Ind. occid. recenſet, Papas (de qua inter Solana agemus, Solani tuberoſi eſculenti nomine) quæ ipſis præcipua eſt, Manihot, Ocas, Yanocas, Camotes, Batates, Xiquimas, Yuca, Cochucho, Cavi, Totora, Mani: addens & alias infinitas eſſe, & inter cæteras Batates, quæ inſtar cibi delicati & ſuaviſsimi comeduntur. Sic etiam radices ex Hiſpania ad Indos delatas magis propagari, quàm Indicas, ſi in Europam deferantur. Et Vlricus Faber, vt in par. 7. Amer. cap. 9. habetur, apud Carios Indiæ populos, Triticum Turcicum, vel Meÿs & Mandeochade, Padades, Mandeoch parpÿ, Mande poere, Manduris, VVache Ku, &c. inveniſſe refert.

I. Rapum Americanum folijs Bryoniæ.
an Octum Plinij l. 21. cap. 15. mandunt (ſcilicet Ægyptij) & Oetum, cui pauca folia minimaq;, verùm radix magna.
οὔιγγον (alij ὄυιγγον legunt) ſive Vingum vt Gaza reddit, Theoph. l. 1. c. 11. quod Ægyptij Vingum appellant, folia habet ampla & germen puſillum, ſed radix longa & in modum fructus, & cibo idonea.
Hetich Indis & Æthiopibus, Dalech. in Pliniũ.
Hetich Americum Theveti, Lugd. Lerio deſc. Braſ. c. 12.

Radix rapis magnis ſimilis, longitudine ſeſquipedali, craſsitudine amborum pugnorum: cujus tres ſpecies Lerius cenſet: nam inter coquendum alia violaceum, ceu paſtinacæ: alia aureum, vt cotonea mala: alia deniq; album colorem acquirit.

II. Rapum Braſilianum, ſive Americanum alterum.
Igname in inſula S. Thomæ, Scalig. Lugd.
Ignames, Adverſ.
Iniamos in Guinea cibus Negritarũ vulgatiſſimus, quo & panis loco vtuntur: par. 6. Ind. Or. c. 38. & 57. & Linſcot. par. 4. or. c. 11.
Ingnamos, par. 6. Ind. or. c. 12. & 13.
Inhame Luſitanorum, ſive Igname, Cluſ. hiſt. & notis in Garzi.

Tres ſpecies propter medullæ colorem: at lutea, Carotæ colore in pretio eſt: magnitudine etiam variat: ac Cluſius duplex genus agnoſcit.

Alterum à priore differens cortice inæquali & tuberculis obſita, cum viticulis ſpinoſis, quam Ycam Peru nominant.

III. Mandioca: radix in Inſula S. Catharinæ: hiſt. Braſil. ſive par. 3. Amer. c. 4. 9. 11. 15. 17.

IV. Manihot Indorum, ſive Yuca folijs cannabinis.
Arachidna, Theoph. & Aracidna Plin. quibusd.
Manihot, Theueto, Lugd. Lerio deſc. Braſ. c. 8.
Yuca, Gomaræ hiſt. gen. Lugd. Ioſeph. Acoſtæ l. 4. c. 17.

Yuca

Yuca Peruana, Frag.
Iucca, Benzoni l. 1. c. 28. vel par. 4. Ind. occid.
Mandeochade radix apud Carios: par. 7. Am. 7.
Mandioca: par. 3. Amer. l. 1. c. 4. 9. 17.
Cocuſhavv, Hariot in Virginea.

Hujus folium latum in ſeptem lacineas diviſum eſſe ſcribunt: at radix brachij craſsitie, ex qua Indi farinam conficiunt (par. 2. & 3. Amer.) qua cum carne & piſcibus, vt nos pane vtuntur: ex ea & placētas & panem conficiunt, quem Cazabis, Benzo: at Mōardes & Acoſta, Cacavi nominant: ſic in Hiſpaniola ex hac ſecundarium panem, quē Cazabi vocant, conficiūt (par. 5. Ind. occid. 12.) ex hujus ſucco potiōem parant: par. 3. Amer. l. 2. c. 15.

Huc referre oportet.
Maniel foliis pœoniæ; par. 3. Am. ep. 2. de Braſ.

V. Hatle radix in Florida, ex cujus farina in annonæ penuria panis fit: par. 2. Amer.

VI. Aypi Braſilianorum, radix ſeſquipedalis, femoris craſsitudine, ex qua farinam duplicem conficiunt: aliā percoctam & duram, quo diutius conſervetur: aliam minus coctā & molliorē, panis candidi medullæ ſaporem referens: illā Ovy-entan, hanc Ovy-pou appellant folijs pœoniæ ſimilitudine: Lerio deſc. Braſil. ſive par. 3. Amer. c. 8.

VII. Yuca folijs Aloës.
Yuca, Gerardo.
Yuca nova glorioſè elata & opinata, Lob. ad. altera parte.

IIX. Batatas, Camotes Hiſpanorum, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd. Caſt.
Battades, Ad.
Batata Hiſpanorum, Camotes ſive Amotes & Ignames, Lob.
Batatas Indiæ occid. Benzoni, Monard.
Potates & Potate, quas Camotes nominant: par. 8. Ind. occid.
Camotes, Ioſeph. Acoſtæ l. 4. c. 18. Frag.
Batates radix: par. 9. Ind. occid. l. 4. c. 18. cibus Nigritarum vulgaris: par. 6. Ind. or. 38.
Batatas fructus in Angra; Linſcot: par. 3. Ind. or. 6. & par. 4. c. 12. & par. 8. & par. 9. addit. Ind. oc.
Pina ſive Batata radix: par. 8. Ind. occid.
Siſarum Peruvianum, Tab. Ger.

Radix Raphani prægrandis amplitudine: genera tria, corticis colore vel purpuraſcēte, vel pallente; vel candido, quæ allata fructuum, vel leguminum loco Indis eſt.

IX. Hajas Indiæ occident. ſimilis Batate, niſi quod minor & ſuavior ſit: Benzon. ſive par. 4. Amer. c. 28.
Aies, Cluſio.

X. Cochucho, radix parva, dulcis, quam aliqui, quo magis in delitijs ſit, condiunt: Ioſeph. Acoſt. l. 4. c. 18.

XI. Xiquimas, radix qua æſtate vtuntur ad refrigerandum ſitimq; ſedandam: Idem l. c.

XII. Mandeoch parpie, radix Caſtáearum ſapore: par. 7. Ind. occid. 7.

XIII. Mandeoch Mandapore, radix ex qua vinum conficiunt: l. c.

XIV. Bacheku radix: par. 7. Ind. occ. c. 18.

XV. Mandues, Carios populi edunt: par. 7. Ind. occid.

XVI. Mandepore: apud Siberos radix ſupra terram eminens ampliſsimis folijs, quæ aquam cōtinet, non ſecus ac ſi in vaſe aſservaretur, & ex radice ſæpe dimidius cantharus exprimitur, qui colorē lactis habet, par. 7. Ind. occid. c. 26. etiam ex hac radice vinum conficiunt: idem cap. 7.

XVII. Cardes radix, qua Indi ad levandam ſitim vtuntur: par. 7. Ind. occid. c. 3. & 21.

XIIX. Caſſavi radix: par. 8. Ind. occid.

XIX. Tagari, radix in Naupon pro lavando corpore: par. 4. Ind. or. c. 8.

RADICES VARIÆ IN INſula Virginea.

Radices quarum in Inſula Virginea pro cibis vſus eſt, Thomas Hariot recenſet, & ſunt Opinavvk, Okcepenauk, Koishucpenauk, Tſinavv, Coeuſ avv, Habaſcon.

I. Opinawk; idem cum Papas Acoſtæ, quod Solanum tuberoſum eſculentum nominamus.

II. Okcepenauk, radix rotunda, capitis hūani magnitudine, quam cum carnibus & piſcibus in panis penuria comedunt: Hariot.

III. Kaiſchucpenauk; radix alba, ovi gallinacei magnitudine & forma, qua elixa veſcuntur, Hariot.

IV. Tſinaw; radix, Chinæ ſimilis, ex cuius ſucco cum aqua, panis pinſitur, & puls, gelatinæ ſimilis, conficitur, Hariot.

V. Cocuſchaw, Hariot; eſt Manihot Indorum, de quo antè.

VI. Habaſcon; radix magnitudine & figura paſtinacæ, quæ cum alijs coquitur: Hariot.

RAPVNCVLVS ET CAMPAnula glabra.

Rapunculus vulgò dictus, γογγύλη ἀγρία, rapum ſylveſt. Dioſcoridis l. 2. c. 135. malè cenſetur: & à Plinio l. 20. c. 3. Rapi ſylveſtris nomine proponitur. Alijs Iaſione eiuſd. l. 22. c. 22. creditur, cuius tamen verba, rectiùs ad Smilacem lævem referuntur. Erinus Nicandri & Dioſcorid. l. 4. Erineon Plinij l. 23. c. 7. ex Columnæ ſententia. In hanc Claſſem & Campanulæ, à floris forma nominatæ, referendæ ſunt.

I. Rapunculus eſculentus.
Raponeoli, Brunſ.
Rapunculum vulgare, Trag.
Rapunculus, Matth. Lac. Dod. Cam. Tab. Caſt. Cæſ. Portæ.
Rapum ſylveſtre, Geſ. hort. Fuch. Dod. gal.
Rapuntium parvum, Ad. Lob. (& pes locuſtæ vicennæ) Ger.
Rapunculus minor, Matth. & Dodonæi, Lugd.
Erinus Nicandri & Dioſc. Colum.

Flore eſt cæruleo, purpureo, aliàs candicante.

II. Rapunculus minor folijs inciſis.
Erinus, Cæſ.
Erini ſeu Rapunculi minimum genus, Colum.

III. Rapunculus ſpicatus.
Rapunculum ſylveſtre, Trag. Lon.
Rapi ſyl. genus, in ſyl. & mont. Geſ. hor.
Rapum ſylveſtre majus, Dod. gal.
Rapunculum alopecuron & Rapi ſyl. 6. genus, Dod.
Rapuntiū majus alopec. comoſo flore Ad. Lob.
Rapūculus alopecuroides long. ſpica, Cluſ. hiſt.
Rapunculus ſyl. ſpicatus, Thal.
Rapunculus major Dodonæi, Lugd.
Phyteuma folijs Rapunculi, Cæſ.
Rapūculus flore ſpicato purpureo & albo, Cam.
Rapunculus nemoroſus primus, Tab.
Rapuntium majus, Ger.

Spica vel longior, vel brevior alba, vel cinericea; hæcq; variat folijs modo maculis nigris ad vmbilicum notatis, & marem; modo non maculatis, & fœminam dicunt: eſt & coloris violacei elegantis & ſaturi.

Huc pertinet
Rapunculus ſyl. ſpicatus cæruleus, Thal.

IV. Rapunculus folio oblongo ſpicâ orbiculari.
RapunculusAlopecuroides orbiculari penè ſpica, Cluſ. hiſt.
Rapuntium corniculatum montanum, Colum.

Spicâ eſt orbiculari; folijs etiam variat.

V. Rapunculus ſcabioſæ capitulo cæruleo.
Scabioſæ 3. genus ſive ovium, Dod. gal. Geſ. hor.
Scabioſa minor, Dod. ico. 3. deſc. minor 5. Tab.
Scabioſa media ſervato anguſtifolio flore globulariæ, Ad.
Scabioſa media, Lob. Lugd
Scabioſa ovilla, Cam.
Aphyllantes 1. Theoph. Lugd.
Rapuntium alterum leptophyllon capitatum, Colum.
Scabioſa ſyl. minor cærulea, Eyſt.

Caulis habet 5. 7. etiam 30. flores cæruleos, rariùs albos: folia aliquando crenata, aliquando ſolùm hirſuta.

VI. Rapunculus vmbellatus Sonchi folio.
Rapunculus Sonchi folio, Cluſ. hiſt.

VII. Rapunculus vmbellatus latifolius.
Rapunc. ſyl. cæruleus vmbellat. minor, Thal.
Rapunculus ſyl. vmbellatus 2. Cam.

IIX. Rapunculus vmbellatus anguſtifolius.
Rapunculuus ſyl. cæruleus vmbellat. major, Thal.
Rapunculus ſyl. vmbellatus. 1. Cam.

IX. Rapunculus vmbellatus folio gramineo.
Rapunculus 7. vmbellat. 3. Cam. ico. ad. Thal.

Rapuntium alterum anguſtifol. alpinum, Colum.

X. Rapunculus perſicifolius magno flore.
Phyteuma, Matth. Lugd. Cam. Cæſ.
Campanula cærulea ſativa, Dod. gal. ſive hortenſ. Lugd.
Campanula media, Dod.
Campanula Perſicæ folia, Lob. Cluſ. hiſt. Ger.
Rapunculus campanulatus Nerijfolius 1. Thal.
Campanula anguſtifolia, Tab.
Flore eſt cæruleo, aliquando albo, & ſub Campanula alba & cærulea perſicifolia, Eyſt. pingit.

XI. Rapunculus nemoroſus anguſtifolius magno flore major.
Rapunculus nemoroſus 2. Tab. nemoroſus, Ger.
Rapunculus campanulatus nerijfolius 3. Thal.
Rapunculus ſyl. major, Eyſt.

XII. Rapunculus nemoroſus magno flore minor.
Rapuntium ſive Erinus magno flore, Colum.

XIII. Rapunculus nemoroſus anguſtifol. parvo flore.
Rapunculus nemoroſus 3. Tab.
Campanula lutea linifolia, Ger. ico.

XIV. Rapunculus hort. latiore folio ſeu Pyramidalis.
Campanula major, Dod. major lacteſcens, Lob. Lugd.
Campanula lacteſcens fœtidior, Cluſ. hiſt.
Pyramidalis, Caſt. Lugd. Lutetiana, Eyſt.
Campana Pyramidalis, Cam.
Campanula lactaria, Tab.
Campanula lacteſcens pyramidalis, Ger.
Folio eſt oblongo, quandoq; ſubrotundo.

XV. Rapunculus Creticus, ſeu Pyramidalis altera.
Petromarula ſeu lactuca petræa Cretica Belli, Ponæ: & apud Cluſ. in epiſt. 1. Belli.

XVI. Rapunculus alpinus, ſeu pyramidalis minor: qui 1. in Prod.
an Campanula, folijs ſerratis cærulea, Eyſt.

XVII. Rapunculus alpinus corniculatus, quem ſub Rapunculo alpino ſpicato ſimili, in Phytopinace & Matthiolo, & 2. in Prod. deſcripſimus.
Trachelium petræum minus, Ponæ.
Rapuntio corniculato affinis, Colum.

XIIX. Campanula alpina latifolia flore pullo.
Rapunculi alpini latifolij nomine, Doct. Burſerus ex Auſtria miſit; ſub 3. in Prod.

XIX. Campanula alpina linifolia cærulea: in Phytopin. ſub. 3. in Prod. ſub. 4. deſcripſimus, quæ cum ſequenti minimè confundenda.

XX. Campanula minor rotundifolia vulgaris.
Rapi ſyl. genus minus, quod Campan. cærulea, Geſ. hor.
Campanula ſylveſtris minima, Dod.
Campanula minor rotundifolia, Lob. Lugd.
Campanula minor alpina rotundioribus imis folijs, Cluſ. hiſt. ico.
Phyteuma alterum montanum, Cæſ.
Rapuncul. campanulatus linifolius ſeu 7. Thal.
Rapunculus ſylveſtris minor, Tab.
Campanula rotundifolia, Ger.
Campanula minor ſyl. fl. cæruleo, Eyſt.
Floribus communiter cæruleis, ſubinde candidis.

XXI. Campanula minor rotundifolia flore in ſummis cauliculis.
Rapunculus ſyl. flore ex purpureo candicante, Tab.
Rapunculus ſylveſtris flore albo, Eidem.
Rapunculus ſyl. minor, Eyſt.
Campanula minor alba: & purpurea, Ger.

XXII. Campanula minor rotundifolia alpina.
Campanula minor alpina, Cluſ. pan. & hiſt. deſcrip.
Flos nunc cæruleus, nunc purpureus, aut violaceus, modò colore dilutiore, & quaſi cinereo, interdum niveo.

XXIII. Campanula rotundifolia minima.
Cantabrica Plinij, Ang.
Phyteuma vnico fl. in ſummis cauliculis, Cæſ.
In Phytop. & in Prod. ſub. 5. deſcripta.

XXIV. Campanula Cymbalariæ folijs, vel folio hederaceo: in Phytop. & in Prod. pro 6. deſcripta.

XXV. Campanula ſerpillifolia.
In Phytopinace, & in Prod. pro 7. deſcripta.

X = Campanula persicifolia, L.
XI = " "
XIV = " pyramidalis, L.
XVII = Phyteuma cornosa, L.
XIIX = Campanula pulla, L.
XX = " rotundifolia, L.
XXII = " "
XIX = " "
XXI = " patula, L.

TRACHELIVM SIVE CAMpanula hirſuta.

TRachelium dicitur, quod in colli affectibus commendetur, hinc Cervicaria, imò & Vvularia: & à forma, Campanula.

I. Campanula maxima folijs latiſsimis.
Trachelium majus Belgarum, Lob. Cluſ. hiſt.
Hæc inſtar ſuffruticis eſt & perennis, florum colore varians, albo, cæruleo, & etiam cinereo.

II. Campanula hortenſis Rapunculi radice.
Trachelium in maritimis, Ad.
Trachelij genus molliorib. fol. Cluſ. pan. & hiſt.
Cervicaria 4. Dod. major ſyl. Eyſt.

III. Campáula folijs ſubrotūdis: pro campanula hirſuta prima in Prod. deſcribitur.

IV. Campanula hortẽſis folio & fl. oblongo.
Medium, Matth. Geſ. hor. vulgare, Cam.
Rapi ſyl. genus maximum, Geſ. hor.
Viola Mariana, Geſ. hort. Ad. Lob. Dod. Lugd. Cluſ. hiſt. Tab. alba & purpurea: & Ger.
Rapunculi alterum genus grandius, Cæſ.
Flore eſt communiter cæruleo, eſt & purpureo, ſubalbido & lacteo: hinc figuræ quatuor apud Eyſt.
Medium fl. albo: cæruleo: purpureo & argenteo. (flore pleno reperiri afferunt.)

V. Viola mariana lacinitis folijs peregrina
Medium Dioſcoridis, vel Mindium Rhaſis, Rauwolff. in Itin. & Lugd. & Cam. in Matth.

VI. Campanula Drabæ minoris folijs: eſt Campanula hirſuta, 2. in Prod.

VII. Campanula vulgatior folijs vrticæ, vel major & aſperior.
Vvularia major, Trag.
Campanula, Ang. major, Fuch.
Trachelium majus, Dod. gal. Lugd. Ger.
Cervicaria, Lon. & Digitalis purp. altera, Eid.
Cervicaria maior, Dod. Tab.
Trachelium ſive Cervicaria, Ad. Lob.
Trachelium folijs vrticæ, Cluſ. pan. ſive vulgare, Cluſ. hiſt.
Archangelica, Cæſ.
Rapi ſyl. genus mai⁹ folijs ferè vrticæ, Geſ. hort.
Cervicaria maxima, Thal.
Flore eſt communiter ſubcæruleo, eſt dilutè purpureo, eſt & candido; tota planta ſtrigoſior reperitur, hinc tres figuræ apud Tabernæmontanum & Gerardum: & apud Eyſt. duæ,
Cervicaria hortenſis flore cæruleo.
Cervicaria hortenſis flore albo.

IIX. Campanula vrticæ folijs oblongis minus aſperis.
Cervicaria major altera, Dod.

IX. Campanula media folijs inferius candida lanugine veſtitis.
Cervicaria media, Thal.

X. Campanula folijs Echij.
Cervicaria major tenuifolia, Thal.
Trachelium θυρσοειδὲς Cluſij, ipſi Camer.

XI. Campanula folijs Echij floribus villoſis: quæ 3. in Prod.

XII. Campanula folijs Anchuſæ floribus oblongis.
Trachelium montanum, Lugd.

XIII. Campanula alpina pumila lanugino ſa.
Trachelium pumilum alpinū, Cluſ. pan. & hiſt.

XIV. Trachelium ſaxatile folijs pulmonariæ Gallorum.
Pyramidalis villoſa ſaxatilis latifolia, vel Rapunculus mõtanus pulmonariæ Gallorũ folio & Trachelij flore, Cluſ. cur. poſt.

XV. Campanula alpina ſphærocephalos.
Trachelium majus petræum, Ponæ.

XVI. Campanula Alpina Tragopogi folio.
Trachelium montanum, Colum.
Trachelium Tragopogi folijs, Cluſ. hiſt.

XVII. Campanula pratẽſis fl. conglõerato.
Vvularia exigua, Trag.
Rapi ſyl. genus, Vvularia in pratis, Geſ. hort.
Trachelium minus, Dod. gal. Ad. Lob. Cluſ. hiſt. Lugd. Ger.
Cervicaria tertia, ſive minor, Dod.
Cervicaria minor, Thal. Tab.
Duplex eſt: alteri flores in ſummo caule confertim in orbem naſcuntur: iįq́; vel majores, vel minores: alteri ſingulares per caulem ſpar-

VII = Campanula Trachelium, L.

XVI = Campanula graminifolia, L.
XVII = " glomerata, L.
XV = " petraea, L.
XI = " barbata, L.

gun-

guntur. &

Cervicaria ſphærocephalos duplex, Cluſ. hiſt.

XIIX. Trachelium Gignanteum &

XIX. Viola Calathiana, apud Gerard. quid?

XX. Cervicaria Valerianoides cærulea.

Trachelium vmbelliferum cæruleũ, Ponæ Ital.

RAPISTRVM.

Rapiſtrum, à ſimilitudine c m Rapæ folijs dictum videtur: vnde quibuſdam Rapa ſyl. altera nominatur: alij Eryſimum Theoph. cenſent: alij ad Sinapi: alij ad Lampſanam referunt.

I. Rapiſtrum flore luteo.
Rapiſtrum, Brunf. Dod. Geſ. hor.
Rapiſtrum arvorum, Ad. Lob.
Sinapi agreſte quartum, Trag.
Irion, Fuch. Tur. ſive Eryſimum, Cam. Caſt.
Raphanus ſylveſtris, Cord. in Dioſc.
Lampſana, Matth. (quibuſdam etiam Irio eiuſdem) Geſ. hor. Ang. Lugd. Lon. Ger.
Lampſana vera, Lugd. flore melino, Tab.
Radix ſylveſtris, Cæſ.

Folijs eſt aliquando inciſis, vel ſinuatis: aliquando minimè: hinc quidam duas ſpecies faciunt.

II. Rapiſtrum flore albo ſiliquâ articulatâ.
Sinapi agreſte tertium, Trag.
Lampſana, Tur. Cæſ.
Rapiſtrum flore albo Erucæ folijs, Lob. ico.
Armoracia, quibuſdam Rapiſtrum albũ, Tab.
Raphanus ſylveſtris, Ger. ico.
Rapiſtrum purpureum, Tab. arvorum, Ger.

Flore eſt albo, ſubcæruleo, aliquando purpuraſcente.

III. Rapiſtrũ flore alb. lineis nigris depicto.
Lampſana Apula, Plinij & Dioſcoridis, Colum.

IV. Rapiſtrum floribus Leucoij marini: hoc eſt in Prod.

V. Rapiſtrum Italicum ſiliquis longiſsimis.
Rapiſtrum montanũ ſive ſylveſtre Irionis folio, Colum.

VI. Rapiſtrum monoſpermon.
In Phytopinace & Matthiolo: & in Prod. pro ſecundo deſcripſimus.

NAPVS.

ΒΟΥΝΙΑΣ *Dioſcoridi l. 2. c. 136. ſignificatione à tumente figura deducta, quare Rapis, hoc nomen magis competere, ſunt qui velint: γογγύλης ſpecies Galeno.*

Differentias duas & in Medicina Græcos ſervare, Plinius l. 20. c. 4. ſcribit, alterum Bunion, alterum Buniada vocantes: ſunt qui Buniaden, Napum ſylveſtrem eſſe velint. At. l. 19. c. 5. Naporum genera quinq; facit, vbi legendum eſt Raphanorum, cum ex Theophraſto 7. hiſt. 4. deſumpta ſint, vbi τῶν ῥαφανίδων genera quatuor dicit.

I. Napus ſativa,
Napus, Brunf. Ang. Matth. Tur. Geſ. hor. Dod. Lac. Cord. in Dioſc. Caſt. Cam. Lon. cui prima.
Rapum ſativum alterum & Napus veterum, Trag.
Napus Bunias ſativus, Fuch. Lugd.
Bunias ſive Napus, Ad. Lob.

Radix colore albo, vel luteo, ſive buxeo eſt; rariùs nigro.

II. Napus ſylveſtris.
Rapum ſylveſtre, Trag.
Napus agreſtis, Tur. ſyl. Dod. Lugd. cui & βουνιὰς.
Bunium & Napus ſyl. Matth. Ad.
Napus Bunias ſylveſtris, Fuch.
Napus 2. Lon. Bunias ſyl. Lob. ico.
an Rapa ſylveſtris, Cæſ.

Naſcitur etiam ex non transplantatorum ſemine.

III. Napus ſyl. Cretica: in Prod. deſcripta.

RA-

RAPHANVS.

Ῥαφανὶς (*quaſi radix perſpicua*) *Dioſcoridi l. 2. c. 137. Poſterioribus dicitur* ῥάφανος, παρὰ τὸ ῥαδίως φαίνεσθαι, *quia ſatum ſtatim oriatur. Theophraſtus vtraq; voce vſus quidem eſt, ſed quem Raphanum vocamus, ipſe* ῥαφανίδα *appellavit: at* ῥάφανον, *ipſam Braſsicam nominavit; quæ cauſa erroris fuit Plinio, dū l. 19. c. 15. ſcribit, Græcos Raphani genera tria feciſſe, foliorum differentia &c. quæ de Braſsica intelligenda, cùm ex Theoph. 7. hiſt. 4. deſumpta ſint. Latinis radix* (ῥίζα *Theoph.*) *quòd cæteras amplitudine corporis ſuperet, vel quàm paucisſimis magnitudine cedat: ſiquidem in frigidis locis, quibus gaudet, ſicuti in Germania, infantium puerorum magnitudinem æquet, l. 19. c 5. teſte. Sic in regno Congiano, craſsitudine humanæ tibiæ, gratiq; ſaporis ſpontè provenire, Pigafettus in eius regni deſcript. l. & cap. 1. teſtatur: aliàs copioſisſimè in India provenire, aſſerit Linſc. par. 4. Ind. Orient. 10. par. 7. cap. 19. & par. 8.*

Genera duo Dioſcoridi, ſativum & ſylveſtre: at Theoph. ſex, Corinthium, Cleonæum, Liothalaſsium, Bæotium, & genus quod folijs erucæ ſimili conſtat: hæc Theophraſti, Plin. l. 19. c. 5. Naporum nomine recenſet, poſterius genus ſylveſtre ſtatuens: at ibidem, ex Romanorum ſententia, inquit, noſtri Raphani alia fecere genera, Algidenſe à loco, longum atq; translucidum: alterum Rapi figura, quod vocant Syriacum, ſuaviſsimum ferè ac tenerrimum &c. etiamnum ſubiungit, vnum ſylveſtre, Græci agrion vocant, noſtri Armoraciam.

Quare obſervavimus alium præcocem, ſerotinum alium: præcox, corpore eſt oblongo, gracili, ſemine maiore, in quod facilè abit. Serotinus albus, qui vel oblongus, vel orbicularis: niger, qui rotundus, rariùs oblongus, ſiliquis quidem maioribus, ſed ſemine minore: ruber, oblongus, cortice rubro, fibris nonnullis rubentibus, per ſubſtantiam diſperſis. Radice lutea Camerarius notavit: meminit & Byzantini, ſemine Conſtantinopoli accepto, qui poſtea in communem degenerârit, radice penitus langveſcente.

I. Raphanus major orbicularis, vel rotundus. I = Raphanus sativus, L. var. γ. mill. dict.
Raphanus, Brunſ. Trag. Ang. Cord. in Dioſc.
Raphanus vulgaris, Geſ. hor. primus, Matth.
Raphanus magnus, Lob. ſive Radicula ſativa, Dod.
Raphanus ſativus, Fuch. Lac. Caſt. Lugd.
Raphanus rotundus, Lon. Tab. & orbiculatus, Tab. Ger. & pyriformis.
Radix vulgò, quib. Radicula, Cæſ.

Floribus purpureis aut candidis, & radice rotūda, vel orbiculata, variat. In India frequentes ſunt: & licet brachij humani craſsitudine proveniant, tamen ſubſtantiæ teneræ & ſuavis ſaporis ſunt, quibus pro vulgari cibo vtuntur: Ioſeph. Acoſta l. 4. c. 18.

II. Raphanus niger.
Raphanus cortice nigricante, Geſ. hor.
Raphanus niger, Lob. ico. radice nigra, Cam.
Raphanus ſylveſtris, Caſt. ico.
Radix & parva & craſsa, pro ſationis tempore.
II = Raphanus sativus, L. var. δ mill. dict.

III. Raphanus minor oblongus.
Raphanus Cleonæus, Theoph. Algidenſis, Plinij. III = Raphanus sativus, L. var. α. mill. dict.
Raphanus longus, Trag. Matth. Lon.
Raphanus prælongus, Geſ. hor.
Raphanus ſecundus, Matth. Lugd.
Raphanus minor purpureus, Lob. Lugd.
Radicula ſativa minor, Dod.

Cortice eſt albo, rubello, præſertim parte quâ extra terram eminet.

IV. Raphanus Creticus: de quo in Prodromo.

V. Raphanus ruſticanus.
Thlaspi alterum, Dioſc. l. 2. c. 186.
Raphanis ſyl. Dioſcorid. l. 2. c. 138. & Raphanus ſyl. ſeu Armoracia Plinij, quibus Armoracia aut Raphanus major, Brunſ.
V = Cochlearia Armoracia, L. mill. dict.

Ra-

Raphanus major, Trag. Geſ. hort.
Raphanus ſyl. Fuch. Ang. marinus, Tab.
Raphanus vulgaris & ruſticanus, Matth.
Armoracia Plinij, Lac.
Thlaſpi majus, Cord. in Dioſc. Lon. magnum, Cæſ.
Raphanis magna, ſive Radicula magna, Dod.
Raphanus ruſticanus, Lob. Ger. ruſticus, Cam. Lugd.

VI. Raphanus aquaticus folijs in profundas lacinias diviſis.

VI = Sisymbrium palustre, L. mant. dict.

an Raphanus cuius folia Erucæ ſimilia Theoph. & Napi ſyl. genus, Plinij.
Radicula ſylveſtris, Dod.
Raphanus ſyl. officin. aquaticus, Lob. ico.
Raphanus aquaticus, Tab. Ger.
Raphanus ſyl. & Raphanus paluſtris, Lugd.
Siſymbrium ſyl. Cæſ.

VII. Raphanus aquaticus alter.
Rapiſtrum aquaticum, Tab. Ger.

LEPIDIVM.

Λεπίδιον Dioſcoridi l. 2. c. 205. ſic dictum, quòd λεπίδας, ſeu ſquamas & maculas faciei deleat: vel ἀπὸ τοῦ λεπίζειν, id eſt, ἐκδείρειν dictum, quòd ſuâ acrimoniâ vrenti vlceret, excoriet, eaq; facultate, vel ferro notas fronti ſervorum inuſtas deleat; de quo forſan Columella l. 10. Lepidium Plinio l. 20. c. 17.

I. Lepidium latifolium.
Piperitis, Brunf. Lon. Dod. gal.
Lepidium ſive Piperitis, Trag. Matth. Cam.
Lepidium magnum, Fuch. Tur. majus, Cord. hiſt.

I = Lepidium latifolium, L. mant. dict.

Lepidium Dioſcorid. Ang.
Lepidium Pauli & Plinij, Matth. Lugd. Cæſ.
Lepidium Æginetæ, Geſ. hort. Tab.
Lepidium Plinij, Lob. Dod.
Raphanus ſyl. officin. Lob. Ger.

II. Lepidium glaſtifolium.
Lepidium annuum, Lob. Lugd.

III. Lepidium Dentellaria dictum.

II = Cochlearia glastifolia, L. mant. dict.

Dentellaria Monſpel. & Flamula, Geſ. hor.
Herba S. Antonij Romæ, Geſ. ap. ad. Cord. hiſt. in Chamænerio.
Molybdæna Plinij, Ang. Cam. cui & Crepanella Italorum.
Sarcophago Cretenſibus: Phrocalida in Lemno: Mauronia Leſbijs, Bellonio.
Dentaria, ſive Dentillaria Rondeletij & Narbonenſium, Ad. Lob.
Plumbago, Cluſ. hiſp. & hiſt. Caſt. Tab.
Dentellaria & Enneaphyllon Plinij, Lugd. & Dentellaria Rondeletij.
Glaſtum ſylveſtre, Cæſ.

IBERIS.

Ἰβερὶς ἡ καρδαμαντικὴ Dioſcoridis l. 1. c. 189. Galenus eius deſcriptionem ex Damocrate in curatione doloris Iſchiadici proponit, folia Naſturcij, cum Dioſcoride, tribuens. Plinius Iberidis remedia diverſis in locis recenſet.

I. Iberis Naſturtij folio.
Iberis & Lepidium, Matth. fig. major.
Iberis, Caſt. ſecunda, Tab.
Iberis Cardamantica, Ger.
Lepidium campeſtre, Ang.

II. Iberis latiore folio.

II = Lepidium Iberis, L. mant. dict.

Iberis & Lepidium, Matth. fig. min.
Iberis, Lugd. Dod. Lac. Geſ. hor. Cæſ. cui Lepidium ſyl. fortè Columellæ.
Lepidium hortenſe, Ang.
Iberis Cardamantica, Lob. cui & Lepidium Iberias Pauli.

DRACVNCVLVS ESCVlentus.

TArchon Simeonis Sethi lib. de alim. facult. reliquis Græcis & Mauritanis indicta, aliqui ad Drabam, alij ad Chryſocomen Dioſcoridis referunt.

I. Dracunculus hortenſis.
Draco, Ruellio, Dod. gal. Lob.
Dracunculus hortenſis, Matth. Caſt. Tab. Eyſt.
Tarchon Avicen. & Sethi, Geſ. hor.
Draco herba, Dod. Ger. hortenſis, Geſ. hort. ſeu acetarius, Lug. (& Chryſocoma, Dioſc.) Cā.
Dragone vulgo, Cæſ.
Tragum vulgare, Cluſ. hiſt.

II. Dracunculus pratenſis ſerrato folio.
Pyrethrum, Brunf. ico.
Tanacetum album ſeu acutum, Trag. (& Millefolium 3.) Tab.
Ptarmica, Matth. Fuch. Tur. Geſ. hor. Lon. Caſt. Lob. (& Ptarmica folio Taraconis, vel Sternutamentoria) Lugd. Cluſ. hiſt. (& Ptarmica pratenſis) Cam. Ger.
Pyrethrum ſyl. Dod. gal. ſyl. ac parvum, Cord. in Dioſc.
Tarchon ſyl. vel aquaticum, Geſ. hor. & col. & Draco aquaticus.
Ptarmica ſyl. Germanica, Thal.
Draco ſyl. ſive Ptarmica, Dod.
Mentha Sarracenica Myconi, Lugd.
Ptarmica vulgaris, Eyſt.

III. Dracunculus pratenſis flore pleno.
Ptarmica vulgaris pleno flore, Cluſ. hiſt.

IV. Dracunculus alpinus folio Scabioſæ: in Prod. deſcriptus.

ERVCA ET EIVS SPECIES.

ERuca, quòd vellicando linguam quaſi erodat: εὔζωμον Dioſcoridi l. 2. c. 170. & Theoph. 1. hiſt. 9. ob ſuavitatem quæ ei in condiendis obſonijs ineſt, Plinio l. 20. c. 13.

Genera duo Dioſcoridi, ſativum & agreſte, cuius ſemine pro Sinapi in Iberia vtuntur. Et Plinius l. 20. c. 13. Erucæ ſylveſtris meminit. At Theoph. 7. hiſt. 4. Erucæ generis differentias omninò deeſſe volunt.

I. Eruca latifolia alba: ſativa Dioſcoridis.
Eruca, Brunf. Matth. Ang. Cord. in Dioſc. Geſ. hor. Caſt.
Eruca ſive Rucula marina maior, & Sinapi 8. Trag.
Eruca ſylveſtris, Fuch. ico. Lon.
Sinapis alterum genus, Fuch.
Sinapi hortenſe, Tur. ſyl. Dod. gal.
Erucula major, Cord. hiſt. ico.
Eruca ſativa, Matth. Lac. Lob. Dod. Lugd.
Sinapi hortenſe, Lugd. ico.
Eruca folio latiore, Cæſ.
Eruca major, Cam.
Flores pallentes, venas nigras aliquandò obtinent.

II. Eruca latifolia: pro Eruca 1. in Prod deſ. an Eruca tertia Anglica, Cam.

III. Eruca ſylveſt. major lutea caule aſpero.
Eruca ſyl. Matth. Lob. Dod. Caſt. Tab. Ger.
Erucæ genus, ſpontè naſcens, Cæſ.
Flore majore, circa Monſpelium in horto Dei, creſcit.

IV. Eruca ſyl. minor luteo parvoq; flore.
Sinapi 1. genus ſyl. Fuch. ico.
Eruca ſyl. Fuch. Tur. Lugd.
Eryſimum verum, Lugd.
Eruca ſyl. fœtida, Geſ. col.
Eruca paluſtris minor, Tab.
Sinapi paluſtre, Ger.

V. Eruca ſyl. minor lutea burſæ paſtoris folio: quæ 2. in Prod.

VI. Eruca ſyl. minor incana: quæ 3. in Prod.

VII. Eruca lutea latifolia, ſive Barbarea.
Herba S. Barbaræ (& Sinapi agreſte 5.) Trag. Lon. Caſt.
Scopa regia (ſive Sideritis latiſsima) Fuch. ico. Ang.
S. Barbaræ herba, Fuch. Geſ. hor.

Pſeu-

Pſeudobunias, Dod. gal.
Naſturtium paluſtre, Geſ. hor. hybernũ, Thal.
Barbarea, Dod. Lob. Tab.
Eruca paluſtris, Lugd.
Bunium adulterinum, Cam.

Variat foliorum magnitudine, nam in hortis ad acetaria culta, acutiora habet, quæ fœmina dicitur, Tabernæmontano: nonnunquam rubent & nigreſcunt.

IIX. Eruca lutea ſive Barbarea pleno flore: quæ Eruca 4. in Prod.

IX. Eruca cærulea in arenoſis creſcens.

Hæc eſt Eruca paluſtris cærulea, in Phytopinace, & Matthiolo (& in Prod. pro 5.) deſcripta pictaq; magnitudine & parvitate variat.

X. Eruca maritima Italica ſiliquâ haſtæ cuſpidi ſimili.
Cakile Serapionis, Ang. Lob. Lugd. Cam.
Eruca maritima, Lugd.
Naſturtium maritimum, Eid.
Erucæ genus in maritimis, Cæſ.
Eruca Kackile dicta, Colum.

Habetur latifolia & anguſtifolia: hæc ſi in hortis ſeratur, oblongo anguſtoq; folio excreſcit.

XI. Eruca maritima Cretica, ſiliquâ articulatâ: quæ 6. in Prod.

XII. Eruca Monſpeliaca ſiliquâ quadrangulâ echinatâ: quæ 7. in Prod.
Sinapi echinatum, Lugd.

XIII. Eruca anguſtifolia Auſtriaca.
Eruca ſyl. anguſtifolia, Lob. Lugd.

SINAPI ET EIVS SPECIES

SINAPI, σίνηπι Dioſcoridi l. 2. c. 184. & Theoph. 7. hiſt. 3. & 6. παρὰ τοῦ σίνεσθαι τοὺς ὦπας, oculos enim lædit: dicitur etiam Theoph. νάπυ, quaſi immite, ob vehementem eius acrimoniam: & Athenienſes Napy appellaſſe, Plin. l. 19. c. 3. author eſt, Sinapi nominans.

Vnius Dioſcorides & Theoph. meminere: at Plinius, genera tria facit: vnum gracile, alterum ſimile rapi folijs, tertium Erucæ.

I. Sinapi rapi folio.
Sinapi Dioſc. & Theoph. Sinapi alterum Plinij.
Sinapi, Ang. Geſ. hor. Caſt. primum, Matth. Lac. Cæſ.
Sinape hortenſe, Cord. in Dioſc. Lon. Lug. deſc.
Sinapi ſativum prius, Dod.
Sinapi ſativum Erucæ aut Rapi folio, Lob.
Sinapi album, Cam.

II. Sinapi apij folio ſive album.
Sinapi gracile, Plinio.
Sinapi, Brunf. luteum ſativum alterum. Trag.
Sinapi primum, Fuch. Tur. Caſt. album, Eyſt.
Sinapi alterum, Matth. Lac. Cæſ.
Sinapi hortenſe, Fuch. ico. Dod. gal.
Sinapi ſativum, Lugd. ſativum alt. Dod. Ger.
Sinapi agreſte, apij aut potiùs laveris folio, Lob.
Sinapi ſyl. luteum, Lon.
Eruca paluſtris maior, Tab.

III. Sinapi Erucæ folio.
Eruca ſive Rucula marina min. & Sinapi 9. Trag.
Eruca, Dod. gal. ſativa, Fuch. hortenſis, Tur.
Eruca ſylveſtris, Geſ. hor.
Sinapi tertium, Matth. Caſt. Cæſ.
Sinapi ſylveſtre, Dod. Lugd.
Sinapi ſyl. minus burſæ paſtoris folio, Lob.

IV. Sinapi ſiliquâ hirſutâ.
Sinapi alterum ſativum, Lob. ico.

V. Sinapi parvum ſiliquâ aſperâ.
In Phytopinace & Prod. deſcriptum eſt.

VI. Sinapi vmbellâ purpureâ.
Sinapi alterum agreſte noſtras, Colum.

VII. Sinapi Indicum.
Saſeni, ſemen eſt Sinapis, magna copia in Sundan: par. 4. Ind. or. 8.

VIII. Sinapi ſimile Indicum ſemen.
Nachani ſemen nigrum minutum ſapore Secales, ex cuius farina panes conficiũtur, Garz.
Semen ſinapi ſimile ſed nigrius, cuius farinâ in panes orbiculares ſubactâ veſcuntur tota Æthiopia ora maritima, Cluſ. in notis.

RESEDA.

RESEDA à doloribus ſedandis dicta, cum collectiones & inflãmationes omnes diſcutere, Plin. l. 28. c. 12. ſcribat: propter ſaporẽ Erucæ, & quòd aliqui ex Erucarũ ſyl. genere eſſe cenſeant, huc relata eſt.

I. Reſeda lutea maxima.
Reſeda, quæ Seſamoides majus Ghino, Geſ. hor.
an Pycnocomon, Ang.
Seſamoides magnum, Lac. & alterum, Cæſ.
Reſeda maxima, Lob. Ger. major, Thal. Tab.
Reſeda lutea, Lugd. at Cam. recta.

II. Reſeda vulgaris.
Rheſeda Plinij Neotericorum. Eruca peregrina Italica, vel Cantabrica, Ad. Lob. Rheſeda Plinij, Ger. Eyſt.
Reſeda latifolia, Tab. at ſupina, Cam.
Seſamoides primum, Cæſ.
Erucago vulgaris, Colum.
Ludit folijs ſimplicioribus, & in vnoquoq; pediculo plurimis: major & minor eſt.

III. Reſeda linariæ folijs in prodromo deſcripta.
an Reſeda candida, Lugd.
an Seſamoides Salmanticenſe parvum alterum, Cluſ. hiſp. & hiſt.

IV. Reſeda alba minor.
Seſamoides parvum Salmanticum, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Tab. Ger.

V. Reſeda lapidea.
Planta marina Reſedæ facie, Cluſ. exot.

VI. Reſedæ affinis Phyteuma.
Phyteuma Monſpelienſium, Geſ. Ad. Lob. Narbonenſium, Lugd.
Seſamoides parvum, Lac. tertium, Cæſ.
Erucago Apula, Colum.
Variat folijs nunc oblongis, nunc in aliquot lacinias, & quidem frequentiùs quatuor, modò quinq; diviſis.

LVTEOLA.

CVM Luteolam aliqui Reſedam Plinij faciant, & in multis cum Reſeda conveniat, de ea nunc; quæ ſic dicta, quòd eâ panni lanei & telæ lineæ, candidæ quidem, colore luteo, virente verò, qui antè cæruleo tincti, inficiantur. Quare Plinius l. 33. c. 5. Luteam. Vitruvius 7. Architect. 14. Luteum, & Virgil. Eclog. 4. Lutum nominat. At Cæſalpinus l. 9. c. 35. Myagron ſeu Melampyron Dioſcoridis ſtatuit.

I. Luteola herba ſalicis folio.
Antirrhinon, Trag. Lugd. Thal.
Pſeudoſtruthium, Matth. Caſt. Lugd. Eyſt.
Struthium, Lac. Geſ. hor.
Lutea vel Luteum Vitruvij, Geſ. hor. Cam.
Herba lutea, Dod. gal. Lugd.
Lutum herba, Dod.
Luteola, Lob. Ger.
Guadarella vulgo, Cæſ.
Catanance, Lon. Tab.

II. Luteola Cretica.
Struthium legitimum Dioſcoridis quæ χυμένη in tota Græcia appellatur, quâ fullones in tingendo ſerico luteo vtuntur, Hon. Belli ep. 2. ad. Cluſ.

III. Luteola herba folio cannabinæ.
Lutea maxima Cretica Belli, Ponæ in Bal.
Lutea major fruteſcens Cretica, Ponæ ed. Ital.

IV. Luteola herba ſterilis.
Lutea major ſterilis Cretica, Pona ed. Ital.

ERYSIMVM.

Ἐρύσιμον Dioſcoridi l. 2. c. 188. alijs ἀπὸ τοῦ ἐρείκειν, foliorum multiplici ſectione: alijs quaſi ἐρίτιμον, quod eſt pretioſum: alijs ἀπὸ τοῦ ἐρύειν, quòd ob ſuam caliditatem trahendi facultate præditum ſit, dictum: nam Sinapis ſapore eſt, & multis Sinapis ſyl. ſpecies eſt. Plin. l. 22. c. 25. Irio, Eryſimum Græcis: vbi Eryſimon Dioſcoridis, cum Eryſimo fruge Theophraſti 8. hiſt. 1. & 4. cauſ. 16. (Gaza Trionum vertit) confundit.

I. Eryſimum vulgare.
Hierobotane fœmina, Brunſ. 4.
Verbena fœmina & Sinapi 7. Trag.
Sinapi alterum genus ſyl. Fuch. ico.
Verbena, Tur. recta ſive mas, Fuch. Lugd.
Eryſimum, Synapi ſyl. ſpecies, Geſ. hort.

Ery-

Eryſimum Dioſcoridis, Dod. gal. Ger.
Irio, Matth. Cord. in Dioſc. Lac. Lugd. Lon. Cæſ.
Irio ſive Eryſimum, Ad. Lob. Dod. Caſt.
Cleome Octavij, Ang.
Eryſimum noſtrate, Thal. primum, Tab.

II. Eryſimum alterum ſiliquis Erucæ.
Eryſimum 2. Tab. ſub Eruca ſativa, Ger. ico.
Majus eſt & minus.

III. Eryſimum polyceration, vel corniculatum.
Irio alter, Matth. Lugd. Cam.
Eryſimum verum, Ang.
Dentilaria alia, Irio aliquibus, Geſ. hor.
Irionis tertia ſpecies, Cæſ.
Saxifraga Romanorum, Lugd. deſc. figura ſub Saxifragia aurea.

IV. Eryſimum latifolium majus glabrum.
Irio Apulus alter lævi folio Erucæ, Colum.
Ex ſemine Irionis nomine, à D. Imperato miſſo, & nomine Rapiſtri Hiſpanici non ſcripti, à D. Gillenio, in horto meo crevit.

V. Eryſimum anguſtifolium majus.
Rapiſtrum ſylveſtre Irionis folio, Colum.

VI. Eryſimo ſimilis lævis laciniata fl. luteis.
Herba S. Alberti, Cæſ.
an Barbarea minor, Lob. ob.

VII. Eryſimo ſimilis hirſuta non laciniata alba.
Variat folijs latioribus, anguſtioribus: magis minusve crenatis & hirſutis: icon & deſcript. in Matth. & Prodromo habetur.
Barbarea muralis, Ioh. Bauhino, lib. de Plantis à Sanct.

HYDROPIPER SEV Perſicaria.

Ὑδροπέπερι, Dioſcoridi l. 2. c. 191. id eſt, Aquaticum piper, à loco & ſapore nomen habet; Latinis Perſicaria, à foliorum forma: hac vel mitis acidaúe ſapore, vel acris eſt: illa folijs maculoſis, vel ijs carentibus.

I. Perſicaria mitis maculoſa & non maculoſa.
Pulicaria fœmina, Brunſ. Perſicaria fœmina, Eid. Lon.
Perſicaria, Fuch. Dod. Ang. Caſt. Lugd. cui & Plumbago Plinij quibusdam.
Perſicaria altera, Trag. Matth. Tab.
Perſicaria maculata, Ericio Cord. Ger.
Perſicaria maculis nigris, Geſ. hor.
Perſicaria mitis maculoſa, Lob.
Perſicaria prima, Britannica Plinij, Cæſ.
Cratæogonum, Lac.
Plumbago Plinij l. 25. c. 13. quibuſdam: alijs Britannica eiuſdem l. 25. c. 3. alijs Lapathum quodam videtur.
Floribus eſt communiter purpuraſcentibus, aliquando candidis: folijs aliquando maculam nigram in medio habentibus, aliquando ea carentibus.

II. Perſicaria vrens ſeu Hydropiper.
Perſicaria maſcula, Brunſ. mas, Lon.
Perſicariæ primum genus, Trag. Tab.
Hydropiper, Fuch. Ang. Dod. Matth. Cord in Dioſc. Lac. Caſt. Cæſ. Lugd. Ger.
Cratæogonon, Ang.
Perſicaria vrens, Lob. mordax, Thal.
Flore eſt ex roſeo rubicundo: colore Berſilico: candido; aliquando folijs macula rubra aſperſa eſt.

III. Perſicaria anguſtifolia: in Prod. deſcript.

IV. Perſicaria minor.
Pulicaria puſilla repens, Lob. Lugd.
Pulicaria pumila, Tab.
Floribus eſt albis, aut purpureis.

CAPSICVM SEV PIPER Indicum.

Καψικὸν Actuario, à κάπ]ω mordeo, quod ſemen comeſtum mordeat, imò adurat. Plin. l. 19. c. 12. Siliquaſtrum, quod ob piperis ſaporem Piperitidis nomine ſit acceptũ: Axi, Indis.

Piper: Piper Braſilianum: piper Indicum in Guiana: piper Indicum cornutum, à quibusdam Siliquaſtrum: Auctoribus hiſtoriar. Indicarum.

Differentia in foliorũ latitudine, vel anguſtia; in fructus colore & forma: colore, qui in initio aliјs viridis, aliјs niger; in maturitate, aut ruber, aut croceus, flavus ve; rariùs albus. Figura aliјs longa, eaq; vel craſſa, vel gracili, vel incurvata: aliјs brevis eaq; lata, cordata, vel rotunda ceraſi forma, vel anguloſa: & vel erecta, vel dependens: deniq; & caule piloſo.

Axi aroma in Ind. occid. quod in Cuſco, Vebo: in Mexico, Chili: in Caſtilia, piper Indicum appellatur. Eſt viride, & rubrum, & croceum. Aliud vehementius mordicat, quale Caribbe vocatum: aliud lenius, & moderatius: eſt & genus quoddam dulciſsimum, quod è manibus vellunt, & edunt: & quoddam aliud exilius, quod moſchum fragrat & guſtu admodum ſapidum, Ioſeph. Acoſta lib. 4. c. 20. vel par. 8. Ind. occid.

I. Piper Indicum vulgatiſsimum.
Siliquaſtrum, Trag. (vna figura tres ſpecies proponit) Lac. Tab.
Capſicum rubrum & nigrum, Fuch. ico.
Siliquaſtrum majus & minus, Fuch.
Piper Indicum, Matth. Geſ. hor. (cui & Calecuticum) Cæſ. (cui Circæa Dioſcor. fortè) Caſt. Cam.
Piper Indicum medium, Eyſt.
Cardamomum Arabicum, Geſ. hort.
Piperitis ſeu Siliquaſtrũ Peruvianũ, Cord. hiſt.
Piper Ind. 3. rubrum & nigrum, Geſ. hort.
Capſicum, Cluſ. in Mon.
Capſicum vel piper Indicum longioribus ſiliquis, Lob. Capſicum Actuarij, Eid. ico.
Capſicum ſive Piper majus & minus, Lugd.
Piper Americanum vulgatius, Cluſ. cur. poſt.
Axei ſive Capſicum, Monardi.
Piper Indicum Occid. quod Axi vocant, Frag.

II. Piper Indicum propendentibus ſiliquis oblongis recurvis.
Capſicum oblongius, Fuch. ico. Dod. gal. Lugd.
Capſicum longiorib. ſiliquis, Ger.
Siliquaſtrum tertium, Fuch.
Capſicum oblongiorib. & recurvis ſiliquis Dod.
Piper oblongum recurvis ſiliquis, vel 9. Regio, in Cluſ. cur. poſt.

Hujus differentiæ tres ſunt.

1. Siliquis longiſsimis, deorſum ſpectantibus in mucronem recurvum abeuntibus, quod
Piper Indicum maximum longum, Eyſt.
2. a priore ſola magnitudine differt, quod
Piper Indicum minus, recurvis ſiliquis, Eyſt.
3. Siliqua flava, vel aurea, eaq; oblonga vel lata, vel ovali figura, quod
Piper Indicum ſiliquis flavis &
Piper Indicum aureum latum, Eyſt.

III. Piper Indicum propendentibus ſiliquis rotundis.
Siliquaſtrum latis ſiliquis, Trag.
Capſicum latum, Fuch. ico. Dod. gal. Lugd.
Siliquaſtrum quartum, Fuch.
Piper Indicum rotundum, Geſ. hor.
Capſicum cordatum, Cam.
Siliquaſtrum fructu propendente rotundo, Reg. in Cluſ. cur. poſt.

Et hujus differentiæ quatuor ſunt.

1. Siliqua lata, rugoſa; 2. cordata, eaq; oblonga vel rotunda, quod
Piper Indicum cordatum oblongum &
Piper Indicum cordatum, Eyſt.
3. ſiliqua olivari: 4. ſiliqua rotunda Ceraſorum modo, eaq; majore vel minore, rubri vel nigri coloris, quod
Piper minimum ſiliquis rotundis, Eyſt.

IV. Piper Indicum fructu dependente pomi amoris forma.
Piper Indicum rotundum maximum, Eyſt.

Folia ſunt Solani vulgaris, fructus rotundi, ſulcis aliquot diſtincti pendent, rubore coralli.

V. Piper Indicum fructu aculeato.

Majus eſt & minus: illud rotundum, hoc orbiculatum, vtrumq; rubet: & in innoxium quaſi aculeum abit, quod
Piper Indicum rotundum aculeatum &
Piper Indicum orbiculatum medium, Eyſt.

VI. Piper Indicum ſiliquis ſurrectis & oblongis.
Piper oblongũ erectum, Reg. in Cluſ. cur. poſt.

Hujus differentiæ quatuor.

1. Pyramidale majus. 2. pyramidale minus: quod

Pi-

Piper Indicum medium longum erectum, Eyſt.

3. oblongum ſurrectũ majus & minus, quod

Piper Indicum minimum erectum, Eyſt.

4. Siliqua bifurcata, quod

Piper Indicum bifurcata ſiliqua, Eyſt.

VII. Piper Indicũ ſiliquis ſurrectis rotundis.

Piper rotundum majus ſurrectum, Reg. in Cluſ. cur. poſt.

Hujus quoq; differentiæ quatuor

1. Rotund. maximum obtuſum, quod

Piper Indicum max. rotund. erectum, Eyſt.

2. Rotundum minus parum acuminatum:

3. cordatũ majus: 4. cordat. min⁹ angulosũ.

Verùm Piperis Indici differentias novendecim, du Bry in ſuo Florilegio propoſuit: at ſculptor lingvæ Latinæ ignarus, omnes ſiliquas propendentes ſculpſit, licet rectè depictas & nominibus notatas ad ipſum tranſmiſiſſemus.

IIX. Piper Ind. ſiliquis ſurrectis ceraſi forma.

Capſicum brevioribus ſiliquis, Lob.

Capſicum Braſilianum, Cluſ. ad Monard. Lugd.

Capſicum minimis ſiliquis, Dod. Ger.

Siliquaſtrum rotundum, Cam. ep. Matth.

Piper Indicum ſurrectis corniculis, Cam.

Siliquaſtrum rotundum anguſtifolium, Tab.

IX. Piper Ind. caule piloſo florè majore.

Piper Ind. caule pilis albis prædito, Cam.

X. Piper Indicum radice eduli.

Piperis tertium genus minoribus granulis, cui ſunt radices lettiki dictæ, ſatis boni ſaporis, quas in minjma fruſta conſcindunt & plantant, & ſarmenta in modum Lupuli, ſupra terræ ſuperficiem ſpargunt: Stad. par. 3. Americæ.

XI. Tomales, grana ſunt recentia & viridia quæ cruda eſitare ſolent: & ex ijs plerũq; condimenta parantur: par. 8. Ind. occid. l. 4. c. 20.

SECTIO SECVNDA.

NASTVRTIVM: THLASPI: BVRSA PASTORIS: MYAGRVM: DRABA: ALLIARIA: COCHLEARIA.

NASTVRTIVM EIVSQVE SPECIES.

N*ASTVRTIVM* Κάρδαμον *Dioſcoridi lib. 2. c. 185. Theoph. 7. hiſt. 1. quaſi* Καρηδαμον, *quod caput calore ſuo & acrimonia tentet: vel* ἀπὸ τῆς Καρδίας, *quod cordatos faciat; vel quòd in Syncope Cardiaca dicta, plurimum valeat. Latinis Naſturtium, à naribus torquendis; quòd odore & ſeminis acrimonia ſternutamenta provocet: hinc Plinio l. 19 c. 8. (& Varroni) à narium tormento velut torporem excitans.*

Genera, Theoph. 4. hiſt. 7. plura eſſe dicit. Dioſcorides tantùm Naſturtium Babylonicum optimum eſſe ſcribit. Plinio l. 20. c. 13. eſt hortenſe ſive ſativum, latiorib. folijs, eſt & ſylveſtre: illud album, hoc nigrum, vbi de ſemine cum loqui cenſemus. Dividimus in hortenſe, pratenſe, aquaticum, & montanum.

NASTVRTIVM HORTENSE.

I. Naſturtium hortenſe latifolium.

Naſturtium Hiſpanicum, Geſ. hor. Tab. Ger.

Naſturtio, tale folium Cam. ep. Matth. adpingit: deſcriptio & figura Matthiolo addita.

II. Naſturtium hortenſe vulgatum.

Naſturtium album, Plinio.

Naſturtium, Brunſ. Ang. Matth. Cæſ. Caſt. Tab.

Naſturtium hortenſe, Trag. Fuch. Tur. Lac. Ad. Lob. Dod. Lugd. Ger.

Aliud eſt folijs ſimplicibus, quod læve & albius, vel ſubhirſutum minusq; album, aliud folijs valdè diviſis, & vel majus, vel minus.

III. Na-

III. Naſturtium hortenſe criſpum.

Eſt latifolium & anguſtifolium, vtrumq; in Matth. deſcriptum & depictum, ſicut & in Prodromo.

Naſturtium pratenſe.

I. Naſturtium pratenſe magno flore.
Flos cuculi, Brunf. Dod.
Naſturtium pratenſe (vel 3.) Trag. Geſ. Tur.
Hiberis, Fuch. ico.
Naſturtium agreſte, Fuch. ſylveſtre, Lon.
Lepidium minus, Cord. in Dioſc.
Siſymbrium Cardamine, Dod. gal. Lac. Lugd.
Siſymbrium aquat. alt. quoad folia, Matth. & Tab.
Cardamine altera, Lob. Lugd. Ger.
Cardamine 1. & Siſymbrium alt. Dioſc. Tab.
Cardamine altera ſimplici flore, Cluſ. hiſt.
Cardamine latifolia, Ger. quoad folia.
Siſymbrio aquatico non abſimilis, Cæſ.
Iberis ſive Cardamantica naſturtij folio 1. Thal.
Naſturt. aquat. ſimplici flore, Eyſt.

Flos communiter ex candido, leviter purpuraſcit, aliquando prorſus albus eſt.

II. Naſturtium pratenſe flore pleno.
Cardamine altera pleno flore, Cluſ. hiſt.
Naſturt. aquaticum flore pleno, Eyſt.

III. Naſturt. prat. parvo flore: quod 2. in Prod.

IV. Naſturt. prat. folio rotundiore, flore majore.
Cardamine ſive Siſymb. alterum Dioſcoridis, Lob.
Cardâmine, Ger. ſecunda, Tab.

Et hæc floris colore variat, hinc
Cardamine 2. ſpecies altera florib. lacteis, Tab.
Cardamine lactea, Ger.

V. Naſturtium pratenſe rotundifol. minuto flore.
Siſymbrij alterius, ſeu Naſturtij aquatici tertia ſpecies, Thal.

VI. Naſturtium pratenſe odoratum radice granulis tuberoſa.
Cardamine quinta Dalech. Lugd.

VII. Naſturt. ſylveſtre minus: quod 3. in Prodromo.

Naſturtium Aquaticum.

I. Naſturtium aquaticum ſupinum.
Siſymbrium alterum vel Cardamine, Dioſc.
Naſturtium aquat. (& 2.) Trag. Lon. Dod.
Vella Galeni, Ang.
Sium & Laver, Dod. gal.
Creſſo, Laver odoratum, Eri. Cordo.
Siſymbrium Cardamine, Fuch. Lugd.
Siſymbrium aquatic. Matth. Cæſ. Caſt. primum, Tab.
Siſymb. alterum, Cord. in Dioſc. Geſ. hor. Thal.
Siſymbrium tertium, Lac.
Sion Crатevæ, Siſymbr. 2. Dioſc. & Senecio Serapionis, Ang.
Sion Cratevæ Erucæfolium, Lob.
Sium majus, Ger.
an Naſturtio ſimilis herba Scorbutum curans: par. 9. Ind. occid. additam.

II. Naſturt. aquatic. majus & amarum.
Siſymbrij alterius ſpecies ſecunda, Thal.

III. Naſturt. aquat. erectum folio longiore.
Sium, Lac. Caſt. vulgare, Matth. Lugd.
Sion Matthioli & Italorum, Lob.

Hoc licet glabrum ſit, tamen caule & foliorum cauliculis villoſis habemus.

IV. Naſturtium aquaticum minus.
Siſymbrium aquaticum alterum vel minus, Cam. ep. Matth.
Cardamine quarta Dalech. Lugd.

Variat magnitudine & parvitate, fortè ratione loci nam in aquaticis major eſt: in vinetis verò Wilenſibus riguis, vti & Patavij minorem multò obſervavimus: ſic caule erecto, & penè aphyllo, in arenoſis prope Wiſam fluvium, reperitur.

Naſturtium Montanum.

I. Naſturtium montanum luteum.
Sium alterum aquaticum luteum, vel Cardamine tenuifolium montanum, Colum.

II. Naſturtium alpinum trifolium.
Cardamine trifolia, Lob. Lugd. Tab. Ger.
Cardamine alpina 1. trifolia, Cluſ. pan. & hiſt.

III. Naſturtiũ alpinum minus reſedæ folijs.
Hoc in Phytopinace, ſub Naſturtio 8. in Prod. ſub. 4. deſcripſimus, quod aliquando altius, aliquando ad tres tantùm vncias exurgit.

IV. Naſturt. alpin. minus folijs in orbem ſparſis
Cardamine alpina media, Cluſ. pan. & hiſt.

V. Naſturtium petræũ folijs burſæ paſtoris.

Naſtur-

Naſturtium petræum, Tab. Ger.

VI. Naſturtium alpinum inſipidum.
Cardamine alpina inſipida, Colum.

VII. Naſturtiũ alpinũ tenuiſsimè diviſum.
Naſturtiolum, Geſ. in epiſt.
Cardamine alpina 3. minima, Cluſ. pan. & hiſt.
Cardamine alpina, Tab. Ger.
Thlaſpi montanum minimum, Lugd.

Hoc rariùs palmare, frequenter vnciam ſolùm altum reperitur.

IIX. Naſturtium pumilum vernum.
Cardamine puſilla, ſaxatilis montana *Αισκειδῆς*, Colum. IIX = Lepidium petraeum, L. mic. dict.

IX. Naſturtium alpinum capſulâ Naſturtij hortenſis.
In Phytopinace ſub Naſturtio 9. in Prod. ſub 5. deſcripſimus.

X. Naſturtium alpinum bellidis folio majus 6. in Prod.

XI. Naſturtium alpinũ bellidis folio minus.
Plantula Cardamines æmula &
Sinapi pumlum alpinum, Cluſ. pan. & hiſt.

Folijs eſt modò longiorib. modò rotundioribus.

XII. Naſturtium Barbareæ folijs: quod 7. in Prod.

Naſturtium Sylveſtre.

I. Naſturtium ſyl. Oſyridis folio.
XI = Cardamine bellidifolia L. mic. dict.

Burſa paſtoris minor, Brunf.
Thlaſpidij genus & Naſturt. 5. Trag.
Burſa paſtoris 1. & 4. Eidem.
Thlaſpi anguſtifol. Fuch. Lugd. minus, Dod. Ger. I = Lepidium ruderale, L. mic. dict.
Thlaſpi minus hortenſe vulgare, Lob. ico.
Thlaſpi min. tenuifolium, Lon.
Iberis, Tur.
Naſturtium ſyl. Thal.
Thlaſpi minus Germanicum, Tab.

Luteum eſt & album, & quia acerrimum ad Naſturtium referimus.

II. Naſturt. ſyl. tenuiſsimè diviſum.
Seriphium Germanicum, Trag. II = Lepidium alpinum, L. mic. dict.
Naſturtium ſyl. Fuch. ico. Geſ. hor. II = Sisymbrium Sophia, L. mic. dict.
Seriphium abſynthium, Fuch. Lon.
Thalierum, Dod. gal. Geſ. hor. Lugd.
Thalictrum, Thal. (cui Naſturtium *μυριόφυλλον*) Tab.
Sophia Chirurgorum, Ad. Lob. Dod. Ger.
Accipitrina, Cæſ.

Folio eſt latiore, anguſtioreúe, hinc
Thalictrum latifolium & anguſtifolium, Tab.
Sophia duplex, Gerardo.
Accipitrina duplex, Cæſalpino.

III. Naſturtium ſylveſtre Erucæ affine.
Naſturt. ſyl. Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd.
Eruca Naſturtio cognata tenuifolia, Lob.

THLASPI ET EIVS Species.

NASTVRTIO Dioſcorides l. 2. c. 186. θλάσπι ſubjungit, quod à fructus forma, qui veluti infractus & contuſus, à θλᾶν infringo, nomen accepit: ἢ θλασπίδιον, quaſi fructum clypeatam; ἢ σίνηπι ἄγριον.

Genera duo Dioſcoridi & Plinio l. 28. c. 13. alterum anguſtis, alterum latis folijs, quod Perſicum Sinapi Crateuæ dicatur: fortè Raphanus ruſticanus.

Thlaſpi arvenſe.

I. Thlaſpi arvenſe ſiliquis latis.
Naſturtium 4. Trag.
Thlaſpi Dioſcoridis (& Scorodathlaſpi) Dod. gal. Lugd. Ger.
Thlaſpi 2. Matth. Lugd. majus, Tab.
Thlaſpi 1. Dioſc. Creticum Galeni, Ang.
Thlaſpi drabæ folio, Ad. Lob.
Thlaſpi Dioſc. Drabæ & Cháelinæ folio, Eid. ico.
I = Thlaspi arvense, L. mic. dict.

Thlaſpi latius Dod. platycarpon, Cam.
Thlaſpi, & Thlaſpi nigrum Galeni, Cæſ.

Varietas in ſiliquis: aliud majoribus, aliud exilioribus reperitur.

II. Thlaſpi arvenſe Vaccariæ lato læviq; folio.
Thlaſpi majus, Tab. Ger.

III. Thlaſpi Vaccariæ folio burſæ paſtoris ſiliquis: primum in Prod.

IV. Thlaſpi arvenſe Vaccariæ incano folio majus.
Thlaſpi, & vulgare Thlaſpidium, Trag.
Thlaſpi latifolium, Fuch. Tur.
Thlaſpi primum, Matth. Lac. Caſt. Lugd.
Thlaſpi alterum, Dod. Lugd. 3. ſive Cratevæ, Ang.
Thlaſpi minus, Cord. in Dioſc. minus latifol. Lon.
Thlaſpi Cardamoides, Cord. hiſt.
Thlaſpi vulgatiſs. Vaccariæ folio, Lob.
Thlaſpi vulgatiſs. Ger.
Thlaſpi verum cujus ſemine in Theriaca vtimur, Cam.
Thlaſpi officinarum, Colum.

Folijs eſt aliquando leviter crenatis, aliquando ijs caret: hinc diverſa authorum figura: quare apud Matthiolum poſuimus Thlaſpi 1. & Thlaſpi ſerrato folio.

V. Thlaſpi Vaccariæ incano folio minus: quod 2. in Prodromo.

VI. Thlaſpi villoſum capſulis hirſutis.
In Phytopinace, & pro 3. in Prod. deſcripſimus, & in Matthiolo noſtro ſub Thlaſpi villoſo figura habetur.

VII. Thlaſpi arvenſe perfoliatum majus.
Thlaſpi oleraceum, Tab. ſub Thlaſpi incano, Ger. ico.
Thlaſpi primum Dalech. Lugd.
Thlaſpi alterum mitius rotundifolium burſæ paſtoris fructu, Colum.
In Phytopinace ſub. 5. deſcripſimus.

IIX. Thlaſpi perfoliatum minus.
Thlaſpi pumilum, vel Thlaſpi montan. minus, Cluſ. pan. & hiſt.
Thlaſpi minimum, Tab. minus, Ger.

Thlaſpi vmbellatum.

I. Thlaſpi vmbellatũ arvenſe Iberidis folio.
Thlaſpidij aliud genus, vel 3. Trag.
Naſturtium ſyl. Lugd.
Thlaſpi amarum, Tab. Ger.
Thlaſpi Allobrogicum Cretico, par. Cluſ. hiſt.
Flores è cæruleo alboq; communiter mixti, rarius penitus albi, vel flaveſcentes: in Phytopinace ſub 14. deſcripſimus.

II. Thlaſpi vmbellatum Creticum Iberidis folio.
Draba ſive Arabis, aut Thlaſpi Candiæ, Dod. Geſ. hor. Lugd.
Thlaſpi 4. Matth. Lugd. cui & Thlaſpi 4. Dodonæi.
Thlaſpi Cappadocicum, Ang. flore incarnato & flore albo, Eyſt.
Thlaſpi Creticum, Geſ. hor. Cæſ. Tab. Cam.
Thlaſpi Candiæ vmbellatũ Iberidis folio, Lob.
Thlaſpi Candiæ, Ger.
Dryophanon Plinij Cordo, referente Lugd.
Flore eſt purpureo, aliquando albo, luteo haberi ajunt: & communiter in vmbella, rarius in oblonga ſpica.

III. Thlaſpi Cret. flore albo majus: ſive 4. in Prod.

IV. Thlaſpi vmbell. Cret. flore albo odoro, minus.
Thlaſpi 4. parvum odorato flore, Cluſ. hiſt.
Thlaſpi Cappadocici minoris annui nomine, D. Doldius miſit.

V. Thlaſpi vmbell. naſturtij folio Monſpeliacum.
Thlaſpi alterum minus vmbellatum Naſturtij hortenſis folio Narbonenſe, Ad. Lob. ico.
Thlaſpi aliud vmbellatum Penæ, Lugd.
Thlaſpi Narbonenſe vmbellatum, Tab. Ger.

Thlaſpi montanum.

I. Thlaſpi montanum glaſti folio.
Thlaſpi 1. vel mont. peltatum, Cluſ. pan. & hiſt.
Thlaſpi pannonicum, Lob. ico. Tab. Ger.

II. Thlaſpi alpinum bellidis cæruleæ folio.
Thlaſpi ſecundum & Badenſe. Cluſ. pan.
Thlaſpi montanum 2. Cluſ. hiſt.
Thlaſpi album ſupinum, Lob. ico. Tab. Ger.
Thlaſpi montanum burſæ paſtoris fructu 1. Colum.
Siliquis nõ nihil variat, hinc apud Tab. & Ger. figuræ duæ ad Cluſii & Lobelij inmitationem: ſic & flores aliquando in vmbella, vt rectè Columna pinxit: communiter in modum ſpicæ diſpoſiti.

III. Thlaſpi montanum ſemper virens.
Thlaſpi mont. candidum, Lugd.

IV. Thlaſpi ſaxatile rotundifol. quod 5. in Prod.

V. Thlaſpi alpinũ majus capitulis rotundis.
Thlaſpi tertium, Matth. Lugd. Thal.

Ut

Ut Matthiolus pingit ex Italia habemus: verùm vt in noſtris alpibus provenit, ab illo planè diverſum, in noſtro Matthiolo & Prodromo figura exhibetur.

VI. Thlaſpi alpinum minus capitulo rotundo.
Thlaſpi tertium ſaxatile, Cam. epit. Matth. & hort.
Thlaſpi petræum myagrodes, Ponæ.
Thlaſpi ſaxatile minore folio, in noſtro Matthiolo vbi figura & deſcripto: vt & ſub 6. in Prod.

VII. Thlaſpi alpin. repens: pro 7. in Prodromo deſcript.

IIX. Thlaſpi parvum ſaxatile flore rubente.
Lithothlaſpi quart. carnoſo rotundo folio, Colum.

Ex Provinciæ ſaxoſis & hoc, & 9. & 11. à D. Burſero habemus: ſimile cum 11. ſed foliis & thecis majoribus, ex Hiſpania D. Albinus attulit.

IX. Thlaſpi ſaxatile vermiculato folio.
Lithothlaſpi montan. fruticoſius vermiculato acuto folio, Colum.

X. Thlaſpi montan. incanum luteum ſerpilli folio majus.
Thlaſpi ſupinum luteum, Lob. ico.

XI. Thlaſpi ſaxatile incanum luteum ſerpilli folio minus.
Ionthlaſpi luteo flore, incanum montanum *dumadis*, Colum.

Thlaſpi Alyſſon dictum, ſive Alyſſon.

I. Thlaſpi Alyſſon dictum campeſtre majus.
Alyſſon, Matt. Ang. Lugd. Cam.
Thlaſpi Græcum, Lob. ico. Ger.
Thlaſpi Græcum polygonati folio, Tab.
Floſculis eſt albis, interdum luteis.

II. Thlaſpi Alyſſon dictum campeſtre minus.
Thlaſpi 4. Dod. gal.
Alyſſum minus Dalech. Lugd.
Thlaſpi minus clypeatum, Tab.
Alyſſum minimum, Cluſ. pan & hiſt,
Polium alpinum flore luteo, Eyſt.
Si cum præcedenti non idem, ſaltem affine.

III. Thlaſpi Alyſſon dictum maritimum.
Thlaſpi Narbonenſe centunculi anguſtifolio, Ad. Lob. ico. Lugd. Tab.
Thlaſpi vmbellatum Narbonenſe, Ger. ico.
Thlaſpi maritimum Dalech. Lugd.

Thlaſpi clypeatum.

I. Thlaſpi biſcutatum aſperum Hieracifolium & majus.
Thlaſpi parvum hieracifolium, ſive Lunaria lutea Monſpelienſium, Ad. Lob.
Thlaſpi clypeatum, Cluſ. pan. & hiſt.
Thlaſpi quoddam genus, in monte S. Iuliani, Cæſ.
Lunaria lutea Dalech. Lugd.
Thlaſpi biſulcatum, vel Lunaria biſulcata, Cam.
Thlaſpi majus clypeatum, Ger.
Thlaſpi minus clypeatum 1. Tab.
Leucoium montanum 1. Thal.
Leucoium aliſſoides vmbellatum montanum, Colum.

Hoc ipſum ex Creta Thlaſpi nomine, Honorius Belli miſit, quod folijs minus aſperis, ſed tota planta incana eſt.

II. Thlaſpi biſcutatum aſperum minus.
Iondraba aliſſoides Apula ſpicata, Colum.

Folijs eſt brevioribus, craſsioribus, incanis, totaq; planta humilior: ex Hiſpania D. Albinus attulit: at multò minoribus, minusq; aſperis ex montibus Tyrolenſibus habemus.

III. Thlaſpi biſcutatum villoſ. flore calcari donato.
Leucoium montanum flore pedato, Colum.
Hoc ſub 8. in Prodromo deſcribitur.

IV. Thlaſpi clypeatum ſerpilli folio.
Thlaſpi alterum minus clypeatum ſerpilli folio, Ad. Lob.
Thlaſpi minus clypeat. Penæ, Lugd.
Thlaſpi minimum ſpicatum, lunatum, Colum.
Lunaria Græca quarta, Cæſ.

Aliquando thecæ veluti in longam ſpicam diſpoſitæ ſunt, quemadmodum D. Columna miſit, aliquando magis in ſummo compactæ, vt Monſpeſſuli legimus.

Thlaſpi fruticoſum.

I. Thlaſpi fruticoſum Leucoij folio latifolium: hoc 9. eſt in Prod.

Eſt majus circa Maſsiliam à D. Burſero: eſt minus pauloq; anguſtioribus folijs, in Italia collectum.

II. Thlaſpi fruticoſum Leucoij folio anguſtiſolium.
Thlaſpi fruticoſum folio Leucoij marini minoris, Lob. Lugd. Tab.
Thlaſpi ſemper virens, Cam.

III. Thlaſpi fruticoſum folio thymbræ hirſuto.
Thlaſpi fruticoſum alterum, Lob. Lugd. Tab.
Thlaſpi fruticoſum minus, Ger.
Thlaſpi 5. Hiſpanic. albo flore, Cluſ. hiſt.

IV. Thlaſpi fruticoſum ſpinoſum.
Thlaſpi fruticoſum ſpinoſum Narbonen. Lob. Lugd.
Thlaſpi ſpinoſum 5. Tab. Ger.

Folia habet Leucoij oblonga, incana, obtuſa, vt in monte Lupi obſervavi: at in hortum Monſpelienſem translatum, vnde D. Burſerus attulit, breviora & rotundiora obtinet.

V. Thlaſpi fruticoſum incanum.
Thlaſpi incanum Mechlinenſe, Lob. Lugd. Cluſ. pan. & hiſt.
an Thlaſpi incanum fruticoſum Franconicum, Cam.
an Iberis prima, Tab. quod ſub Thlaſpi fruticoſo, Ger. ico.

Thlaſpi exoticum.

I. Thlaſpi repens hederæ folio.
Thlaſpi hederaceum, Lob. Lugd.

II. Thlaſpi Alexandrinum.
Hoc in Phytopinace ſub 12. in Prod. ſub. 10. deſcripſimus.

BVRSA PASTORIS.

Thlaſpi ſpecies apud antiquos fuit, quæ nunc Burſa paſtoris, à marſupiolis compreſſis (alijs Capſella) dicitur: quibusdam Sangvinaria & Criſpula.

Burſa paſtoris folijs ſinuatis.

I. Burſa paſtoris major folio non ſinuato: in Phytopinace & Prodromo ſub prima deſcripta.

II. Burſa paſtoris major folio ſinuato.
Burſa paſtoris major, Brunf. Trag. Geſ. hor. cui & Thlaſpi fatuum.
Burſa paſtoris, Matth. Lac. Cord. in Dioſcor. Ad. Lon. Lob. Thal. Cæſ. (& Thlaſpi genus antiquorum) Lugd. Caſt. & herba Cancri) Ger.
Paſtoria butha, Fuch. Dod. major Tab.

Folijs variat: aliquando eleganti eſt folio, inſtar Coronopi repentis.

III. Burſa paſtoris media.
Burſa paſtoria minor, Tab. minima, Ger.

IV. Burſa paſtoris minor folijs inciſis: & Thal.
Paſtoria burſa minor, Dod. minima, Lob. ico.

Hæc aliquando ad duas treſvé ſolùm vnicas apud Monſpelienſes exurgit, aſpectu ob foliorum inciſuram elegantiſsimo, quam Thlaſpi minus nominant.

Burſa paſtoris folijs integris loculis oblongis.

I. Burſa paſtoris major loculo oblongo.
Draba minima, muralis Dioſcoridis, Colum.
Thlaſpi Veronicæ folio, Richerio.
In Phytopinace ſub 6. in Prod. ſub. 2. deſcripſimus.

II. Burſa paſtoris minor loculo oblongo.
Genßblum / id eſt, anſerum flos, Brunf.
Burſa paſtoris ſexta, Trag.
Paronychia alſinefolia, Lob. Lugd. Cam.
Paronychia vulgaris, Dod. latifolia, Ger.
Herbula burſæ paſtoris affinis, Cæſ.
Thlaſpios minima ſpecies, Thal.
Alſine minima, Tab.
Piloſella ſiliquata minima, Cam. ad Thal.
Myoſotis parva Dalech. Lugd.

Folijs communiter integris, rariſsimè laciniatis.

III. Burſa paſtoris alpina hirſuta: quæ 3. in Prod.

IV. Burſæ paſtoris ſimilis ſiliquoſa major, ſeu

ſeu majoribus folijs.
Paronychia altera myagri folio, Geſ.
Piloſella ſiliquata major, Thal.
Aizoon telephium Dalech. Lugd.

V. Burſæ paſtoris ſimilis ſiliquoſa minor, ſeu minoribus folijs.
Piloſella ſiliquata minor, Thal. & Cam. fig. hor. D.

MYAGRUM.

Μύαγρος Dioſcorides l. 4. c. 117. meminit, cui Rubiæ folia tribuit: & Plinio l. 17. c. 27. Myagros dicitur: verùm quid ſit, nunc non decernimus. Sunt qui noſtrum Myagrum, Eryſimum Theoph. & Galeni velint: alijs Seſamum, ob ſeminis ſimilitudinem, & olei vbertatem.

I. Myagrum ſiliqua longa. I = Erysimum cheiranthoides, L. mill. dict.
Viola lutea ſyl. Trag.
Myagrum alterum Thlaſpi effigie, Lob. Lugd.
Myagrum 2. Tab. Eryſimum 3. Eid.
Camelina, Ger. Eruca ſyl. anguſtifolia, Eid.
Ratione ſoli variat, cubitalis, folijs latis, aliquando trium quatuorvé vnciarum anguſtis: & inter hæc eſt medium.

II. Myagrum ſativum.
Linaria quinta, Trag.
Seſamum, Trag. Lac. Lon. Seſamum non eſt Geſ. hor. II = Myagrum sativum, L. var. β. mill. dict.
Myagrum, Ang. Dod. gal. Ad. Lob. Lugd. Ger.
Myagrum primum, Tab.
Pſeudomyagrum, Matth. Lugd.
Camelina ſive Myagrion, Dod. Thal.
Dorella, Cæſ.
Aliquibus in locis ſeritur olei cauſa, & latioribus folijs eſt: multis locis ſpontè provenit & hoc ſtrigoſius, hinc figurarum varietas, vt in Matthiolo noſtro videre eſt.

III. Myagrum ſylveſtre.
Pſeudomyagrum alterum, Cam. in Matth.
Paronychia 2. Tab. III = Myagrum sativum, L. mill. dict.
Huic ſimile minus, quod
Myagrum 3. in arvis, Cam.

IV. Myagrum fœtidum; quod 1. in Prod. IV = Myagrum sativum, L. var. γ. mill. dict.

V. Myagrum monoſpermon latifolium.
Myagrum hortenſe monoſpermon, Eyſt.
Hoc in Phytopinace ſub 5. & in Matthiolo, vbi & figura exhibetur, & ſub 2. in Prod. habetur. V = Myagrum perfoliatum, L. mill. dict.

VI. Myagrum monoſpermon minus: 3. in Prod.

VII. Myagro ſimilis ſiliquâ rotundâ.
In Phytopinace ſub Myagro 6. in Prod. ſub 4. deſcripta. VII = Myagrum paniculatum, L. mill. dict.

DRABA.

DRABAM δράβην Dioſcorides lib. 2. c. 186. ipſi Thlaſpi ſubiungit, vnius factâ mentione. I = Cochlearia draba, L. mill. dict.

I. Draba vmbellata, vel Draba major capitulis donata.
Arabis ſive Draba, Matth. Ang. Ad. Lob. (& Naſturtium Babylon.) Lugd.
Arabis, Lac. Lon. Arabis verior, Cam.
Draba vulgaris prima, Cluſ. pan. & hiſt.
Draba Dioſcorid. Cæſ. Caſt. Colum.
Folijs dentatis obſervavimus, ſunt qui non dentatis pingant.

II. Draba tenuifolia velut ſpicata: 1. in Prod.

III. Draba minor capitulis orbicularibus.
Draba minor, Cluſ. hiſt.

IV. Draba alba ſiliquoſa.
Draba ſecunda, Cluſ. pan. & hiſt.

V. Draba alba ſiliquoſa repens.
Draba altera, Lob. ico.
Draba 3. ſucculento folio, Cluſ. pan. & hiſt.
Arabis ſeu Draba altera, Lob. ob. Lugd.
Eruca muralis, Lugd.
an Thlaſpios generibus cognata ſiliquoſa, Thal.

VI. Draba Eryſimi flore & ſiliquis.
Sinapi & Thlaſpi media Provincialis planta, Ad. Lob. ico. Lugd.

VII. Draba lutea ſiliquis ſtrictiſsimis.
Arabis quorundam, Cam. ep. Matth. & hor.
Sisymbrium strictissimum. L. 922

IIX. Draba flore cæruleo galeato: hæc 2. eſt in Prod.

ALLIARIA.

ALLIARIA eò quod folia digitis comminuta, Allium ſeu Porrum ſectivum cum Naſturtio redoleant: quibuſdam, Thlaſpidium ſecundũ Crateva: alijs Alectorolophos Plinij lib. 25. cap. 5.

Alliaria, Trag. (cui & Thlaſpidium cornutum) Fuch. Matth. Dod. (cui & Pes aſininus Pandect.) Lac. Lob. Caſt. Lugd. Cæſ. Thal. Lon. Tab. Cam. Ger.
Alliaria altera, Ama. = Erysimum alliaria, L. mill. dict.
Alliaſtrum, Geſ. hor.
Rima marina, Eri. Cordo. Rima maria Ang.
Alectorolophos Plinij quibuſdam, Dalech. in Plinium.

Folio latiſsimo ampliſsimoq; & ſubrotundo, quandoq; reperitur.

COCHLEARIA.

COCHLEARIA, à foliorum forma modicè cava, parvum & non valde profundum cochlear referentia, dicta: quam aliqui Telephium, alij Britannicam Plinij l. 25. c. 3. volunt (licet forma & ſapore Thlaſpi & Naſturtiis affinis ſit) eò quod ei malo, quod Stomacacen & Scelotirben vocant (Scorbutum eſſe volunt) auxilio eſſe Britannicam Plinius ſcripſerit.

I. Cochlearia folio ſubrotundo.
Cochlearia, Dod. Geſ. hor. Lugd. Cam. epiſt. Matth. & hort. & par. 3. Ind. orient. navig. 3.
Telephium, Lac.
Britannica, Geſ. hor.
I = Cochlearia officinalis, L. mill. dict.
Cochlearia Batava, Lob.

II. Cochlearia folio ſinuato.
Cochlearia Britannica, Lob. Dod. Lugd.

III. Cochlearia minor erecta: quæ 1. in Prod.

IV. Cochlearia Danica repẽs: quæ 2. in Prod.
III & IV = Cochlearia danica, L. (mill. dict.
II = anglica, L.)

SECTIO TERTIA.

BRASSICA EIVSQVE SPECIES.

BRASSICA Theophraſto 1. hiſt. 19. inter Olera eſt, quæ ἀπὸ τοῦ βράζειν à vorando. Dioſcoridi l. 2. c. 14. κράμβη, quaſi κοράμβλη, quod oculorum pupillas lædat, dicitur. Theophraſto & ῥάφανον dici, in Raphano monuimus.

Genera: Dioſcoridi ſativa, ſylveſtris & maritima. At Theoph. 7. hiſt 4. alia criſpa, alia lævis, alia ſylveſtris. Plinius, cum l. 19. c. 8. Braſſicæ cauliúmve tria genera ex Catone c. 157. enarraſſet, plura adhuc eſſe refert, Cumanam, Aricinam, Pompeianam, Sabellicam, Lacuturrem. At. l. 20. c. 9. Græcos in tres ſpecies diviſiſſe ſcribit: Criſpam, quam Selinada, à ſimilitudine foliorum apij vocarint: alteram leam, latis folijs, quæ Caulodes quibuſdam: tertiam propriè Crambem appellatum.

Recentioribus differentiæ ſunt pro foliorum colore, criſpitudine, denſitate, alijsq; qualitatibus. Alijs enim color viridis, alijs candicans, alijs purpuraſcens. Criſpitudo & lævitas, tam in candida, quàm in viridi, quam nigram vocant, rariùs in purpurea, reperitur. Summa genera ſunt Sativa, ſylveſtris: Sativa, alba & rubra &c.

Braſ-

Braſsica capitata.

I. Braſsica capitata alba.
Braſsica alba, Brunf. quæ capitata & ſeſsilis, Cord. in Dioſc.
Braſsica alba ſeſsilis & glomerata, Lob. ico.
Caulis capitulatus, Trag.
Caputium, Braſsicæ 3. genus, Cumanum Plinij, Eric. Cord.
Braſsica capitata, Matth. (& Lacuturris) Lac. Geſ. hor. Lon. Tab. Lob. Caſt. alba, Ger.
Braſsica alba ſeſsilis glomeroſa, aut capitata Lactucæ habitu, Ad.
Braſsica capitata albida, Dod. (cui Tritiana) Lugd. Cæſ.
Braſsicæ 4. genus, Fuch. Tur.
Braſsicæ capitatæ 1. genus, & Cumana Plin. Cæſ.
Hæc candida eſt, quæ Lacuturris Plinij: eſt & viridis, quæ Tritiana.

II. Braſsica alba capite oblongo non penitus clauſo.
Braſsicæ albæ 2. ſpecies, Lacuturris, Dod. gal.
Braſsica patula, Sabauda vulgo, Ad.
Braſsica Sabauda hyberna, Lob. ico.
Braſsica Sabauda, Tab. Ger.

III. Braſ. ex capitibus pluribus cõglobata.
Braſsica capitata polycephalos, Lugd.
In hac aliquando quinquaginta capita ovorum magnitudine numerantur.

IV. Braſsica capitata rubra.
Braſsicæ rubræ 2. ſpecies, Dod. gal. Lugd.
Braſsica convoluta & arctè occluſa rubro colore, Ad.
Braſsica capitata rubra, Dod. Tab. Ger.

V. Braſsica gongylodes.
Braſsicæ albæ 4. ſpecies, Dod. gal.
Braſsica thyrſuta, Geſ. hor.
Caulorapa, Braſsica peregrina, medio caule turbinata & rapata, Ad.
Braſ. caule rapũ gerens, Dod. rapicaulis, Cam.
Braſsica rapoſa, Rapitius colis Catoni, Lugd.
Caulorapum, Scalig. Lob. ob. Cam. ep. Tab.
Rapa Braſsica peregrina, caule rapum gerens, Lob. ico.
Braſsicæ capitatæ 2. genus, Lacuturres Plinio, Cæſ.
Variat rapo rotundiore & longiore: illa Caulorapum rotundum: hæc Caulorapum longum, Tab. & Ger.

VI. Napopraſsica, in Prodromo deſcripta.

VII. Braſsica cauliflora.
Braſ. Põpejana aut Cypria, Dod. gal. Lug. Cam.
Braſsica florida, Ad. Ger.
Braſsica cauliflora, Dod. Cam. ep.
Braſcica florida botrytis, Lob.
Braſsicæ capitatæ 3. genus, Cæſ.
Braſsica prolifera florida, Tab.
An hæc Theophraſti, qui nullum aut pravum ſemen producere ſcribit?

Braſsica non capitata.

I. Braſsica alba vel viridis.
Braſsica, Brunf. lævis, Matth. Cæſ. Caſt.
Braſsicæ ſativæ majoris ſpecies altera, Trag.
Braſsica candida, Geſ. hort. lata alba, Lon.
Braſsica alba vulgaris, Lugd.
Braſsica vulgaris, Ad. ſativa, Lob. Dod. Ger.
Braſsica prima, Tab.
Braſsica in India, folia ſemper hiantia ſervat, nec vnquam capita profert: par. 4. Ind. or. c. 10.
Hæc eſt Braſsica lævis Theoph. & Plinij, cui & Caulodis.

II. Braſsica rubra.
Braſsicæ 1. genus, Fuch. rubræ 1. genus, Lugd.
Braſsica Cumana ſive rubra, Dod. gal.
Braſsica prima, Tur. vulgaris, Cord. in Dioſc.
Braſsica rubra, Geſ. hort. Ad. Lon. Tab. Ger.

III. Braſsica ſpinoſa: hujus in Phytopinace & Matthiolo (vbi & icon) mentio fit: & in Prod. ſub 2. deſcribitur.

IV. Braſsicæ folia peregrina.
Achanaca Theveto, & Lugd. qua in regno Mely, vt nos Guajaco, vtuntur.

V. Braſsica Braſiliana folijs Nymphеæ.
Cajova braſsicæ genus, Lerio deſc. Braſ. c. 12.

Braſsica criſpa.

I. Braſsica alba criſpa.
Braſsica criſpa, Matth. Lac. Geſ. hor.
Braſsica alba criſpa, Lugd.
Braſsica Sabauda, Dod.
Braſsica Sabauda criſpa, Tab. Ger.
Braſsica patula criſpa Sabauda æſtiva, Lob. ico.
quibuſdam Lacuturris, alijs Sabellica Plinij.

II. Braſsica aſparagodes criſpa.
Braſsica aſparagodes Dalech. Lugd.
Braſsica criſpa prolifera, Tab. Ger.
Braſsica epiphyllitis.

Fo-

Leucoium, Brunf. Cord. in Dioſc. Lac.
Viola lutea, Trag. Fuch. Dod. gal. Cæſ. Ger.
Viola petræa lutea, Tab.
Leucoium aureum, Matth. Lugd.
Leucoiũ luteũ, Fuch. ico. Dod. Ad. Lob. Caſt. Cam.
Leucoium ſativum luteum, Cluſ.
Keiri vel Cheiri, Geſ. hor. Lon.
Flos Cheiri ſimplex minor, Eyſt.
Quibuſdam φλογίον Theophr. quod totus flos flammei, id eſt lutei coloris ſit: luteum enim colorem flammeum dici, ex Plin. l. 22. c. 8. colligunt.

VI. Leucoium luteum pleno flore majus.
Viola lutea multiplex, Lugd. Ger.
Leucoium flore luteo pleno majus, Eyſt.

VII. Leucoium pleno flore minus.
Leucoium ſive Keiri duplici flore, Ad. Lob. ico.
Leucoium luteum flore multiplici, Dod.
Viola petræa lutea multiplex, Tab.
Leucoium flore luteo pleno minus, Bry, Eyſt.

IIX. Leucoium luteum ſyl. anguſtifolium.
Viola lutea ſyl. Trag.
Leucoium ſyl. minus, Geſ. hor.
Leucoium ſylv. Cluſ. pan. & hiſtor. Cam. Taber. Ger.
Leucoium ſyl. flore luteo, Bry.

IX. Leucoium paluſtre flore ſubcæruleo.
Gladiolus paluſtris, Cluſ. cur. poſt.

VIOLA MATRONALIS SIVE HESPERIS.

VIOLA MATRONALIS, *quod à Matronis in hortis colatur dicta, apud Plinium l. 21. c. 7. Heſperis cenſetur, cum hæc Viola noctu magis oleat, quod ſuæ Plinius tribuit, addens, inde nomen inveniſſe.*

I. Heſperis hortenſis.
Viola alba, perſica Hermolai, Trag.
Leucoium & Viola purpurea, Fuch.
Leucoium Dioſc. album, purpureum, Fuch. ico.
Viola alba, Tur.
Viola matronalis, Geſ. hor. Dod.
Viola purpurea & alba, Lugd.
Viola matronalis ſive Damaſcena, Ad. Lob.
Viola ſyl. alba & purpurea, Cæſ.
Heſperis 3. Cluſ. hiſt. ico. noſtra, Cam.
Viola Damaſcena flore purpureo, Swer.
Variat colore floris, candido, dilutè purpureo, rubro: habetur & tota minor floribus albis & ſuaviſsimi odoris: hinc
1. Viola hyemalis fl. purpureo, Tab. Ger.
Viola matronalis flore purpureo, Eyſt.
2. Viola hyemalis alba, Tab. Ger.
Viola matronalis flore albo, Eyſt.

II. Heſperis hort. flore viridi: hæc magnitudine, quo ad omnes ſui partes, à vulgata differt, flore eſt viridi & inodoro.

III. Heſperis montana pallida odoratiſsima.
Heſperis prima & montana, Cluſ. pan. & hiſt.
Violæ ſyl. ſpecies, Cæſ.
Heſperis pannonica, Cam.
Variat ex ſemine nata, nonnulli flores maternum colorem retinent, alii aut dilutius palleſcunt, aut magis obſoletum acquirunt, crebris venis ex atro purpuraſcentibus diſcurrentibus.

IV. Heſperis ſyl. inodora.
Heſperis 2. vel altera pannonica, Cluſ. pan.
Heſperis 3. Eid. hiſt. deſc.

V. Heſperis ſyl. flore parvo: 1. in Prod.

VI. Heſperis peregrina ſiliquis articulatis.
Heſperis Syriaca, Cam. Cluſ. hiſt.
Leucoium Syriacum, Cam.
Leucoium melancholicum quibuſdam.
Heſperis Syriaca Rauwolffii, ab hac non videtur aliter differre, quam quod ſtrigoſior ſit, quod fortè loci ratione contingit.

VII. Heſperis ſiliqua corniculata fl. obſoleto.
Leucoium corniculatum ſaxatile, Col.

IIX. Heſperis villoſa flore obſoleto ſiliqua brevi.

IX. Heſperis ſylveſtris hirſuta foliis Hieracii: 2. in Prod.

VIOLA LUNARIA.

VIOLA ratione florum, LUNARIA verò à ſiliquarũ forma dicitur, quæ latæ, planæ & propemodũ rotũdæ ſunt, & Lunã non falcatã, ſed propè completã referunt: vel à ſiliquarum ſplendore, quæ per ſiccitatem nitent.

I. Viola Lunaria major ſiliqua rotunda.
Viola latifolia, Dod. Cluſ. pan. Lugd.
Bulboſa folliata, Officinarum Bolhanac, Ad.
Lunaria Græca, Lõ. Cæſ. Lob. Caſt. rotũda, Geſ. h.
Lunaria major, Cam.
Bulbonach (à radicibus bulboſis) Geſ. hor.
Viola lunaris 1. Tab. Ger.
Thlaſpi montanum, Geſ. hor.
Lunaria Græca annua, Eyſt.
Thlaſpi alterum Crateve quibuſdam.

Variat florum colore & odore: colore purpureo, ſubcæruleo: odore, uni flores odorati, alteri inodori ſunt.

II. Viola Lunaria major altera: & Cam.
Viola latifolia altera, Dod. Lugd.

Præcedente minor & flore albo eſt.

III. Viola Lunaria major ſiliqua oblonga.
Lunaria Græca ſiliquis longis, Geſ. hor. Thal.
Lunaria Græca ſiliquis oblongioribus, Thal.
Lunaria odorata, aliis Lunar. Greca major, Geſ. hort.
Lunaria Raphanitis, ſive Bolbonac, radice rediviva, Lob. ico.
Lunaria Græca altera, Cæſ.
Viola latifolia, Cluſ. hiſt.
Viola lunaris 2. Tab. longioribus ſiliquis, Ger.
Lunaria Græca perennis, Eyſt.

Flores ex albo ſubcærulei: ſiliquæ longiores, laminoſæ, ita ut aliquando tres membranulæ ſeparatæ ſuis ſeminibus annexæ divelli poſsint.

LYCHNIDES.

ΛΥΧΝΙΣ. id eſt, Lucernula. Dioſcoridi l.3.c.114. & 115. duæ ſpecies, altera λυχνὶς στεφανωματικὴ, Lychnis coronaria: altera λυχνὶς ἀγρία. Lychnis ſylveſtris dicitur. Primam, Lychnidem coronariam à recentioribus nominatam, videtur Theophraſtus 6. hiſt. 7. Lychnidem vocaſſe: & Plinii l.21.c.4. Lychnis & Roſa Græca cenſetur: cujus Lychnis agria, Antirrhinum eſt. Recentiores, Lychnidis nomen plurimis impoſuere, de quibus ordine.

Lychnis flore coccineo.

I. Lychnis hirſuta flore coccineo major.
Ocymoides peregrinum, Geſ. hor. vel flos Hieroſolymitanus, aliis Creticus: vel Croceus, Eid. ap.
Flos Conſtantinopolitanus, Dod. Lugd. miniatus. Eyſt.
Lychnis Chalcedonica ſive Conſtantinopolitana miniata, Ad. Lob. (Cæſ.
Lychnis fortè aliquorũ coccineo colore ſplendẽs, an Flos Scarlati, Lon.
Lychnis Chalcedonica, Tab. Ger.
Lychnis Conſtantinopolitana, Caſt. ap. Cam.
Lychnis byzantina minuto flore, Cluſ. hiſt.

Colore variat, communiter coccineo colore ſplendet: vel croceo eſt floris Calendulæ colore, vel lilii purpurei, ſubinde candidi: etiam incarnatus: hinc
Flos Conſtantinopolitanus albus, &
Flos Conſtantinopolitanus incarnatus, Eyſt.
aliquando variegato: rarius flore pleno. Alia eſt flore ex puniceo purpuraſcente, foliis lævibus ac mollibus: eſt & miniato, quæ
Lychnis Chalcedonica colore orengiaca, Swer.
Flos Conſtantinopolitanus miniatus, Eyſt.

Hæc quibuſdam veterum eſt λυχνὶς: aliis φλὸξ Theoph. 6. hiſt. 6. Aliis πόθος apud Theoph. 6. hiſt. ult. cujus duo genera: unũ cui flos hyacintho ſimilis: alterũ decolor, album. Idem & Plin. l.21.c.6. habet: ſunt etiã qui Roſam Græcã Plinii velint.

II. Lychnis flore coccineo minor.
Ocymoidis peregrini ſpecies minor, Geſ. hor.
Flos Conſtantinopolitanus minor, Dod.
Flos coccineus, Lugd.

Lychnis coronaria.

I. Lychnis coronaria Dioſc. ſativa.
Roſa mariana ſativa, Trag.
Lychnis, Matth. Lac. Cam.
Verbaſcum montanum, Cord. in Dioſc.
Lychnis ſativa, vel coronaria, Dod. gal. Geſ. hor.
Lychnis coronaria, Lon. Ad. Lob. Dod. Cæſ. Lug.
Flamma vel Flammula Jovis, Geſ. hor.
Jovis flos Theoph. Eidem.

Flos colore variat: eſt rubro veluti flammeo fulgens, eſt dilutè rubente: habetur & albo: item floribus albis, lineis vel punctis rubris variegatis: & incarnatis punctatis: hinc

1. Lychnis candida, Lob. ico.
Lychnis coronaria alba, Tab. Ger.

Lychnis coronaria fl. albo ſimplici, Eyſt.

2. Lychnis coronaria rubra, Tab. Ger.

Lychnis coronaria flore rubro ſimplici, Eyſt.

Lychnis rubra, Lob. ico.

3. Lychn. coronaria fl. incarnato pũctato, Eyſt.

4. Lychn. coron. fl. incarnato nõ pũctato, Eyſt.

II. Lychnis coronaria ſativa multiplex.

Lychnis altera rubra, Lob. ico. flore pleno, Cam.

Lychnis coronaria floris foliolis multiplicatis, Dod.

Lychnis flore rubro pleno, Bry.

Lychnis, Swert.

Lychnis coronaria flore rubro pleno, Eyſt.

Solum eam quæ flore rubro eſt multiplicem notavimus.

III. Lychnis coronaria ſylveſtris.

Lychnis ſylveſtris, Matth.

Lychnis coronaria ruri nata, Ad.

Lychnis ſyl. urbanæ ſimilis, Caſt.

Jovis florem ſyl. reperiri ait Matth. Geſ. hor.

Hanc in Rhætiæ alpibus, flore hortenſi odoratiore inveniri, Geſ. hort. meminit.

IV. Lychnis ſylveſtris alba ſimplex.

Roſæ marianæ ſimilis tertia, Trag.

Ocymaſtrum ſeu ocymoides, Matth. Lac. Tab. Caſt.

Ocimoides, Geſ. hor.

Ocimoides majus, Cæſ. Lugd.

Lychnis ſyl. alba, Dod. gal. Cam.

Lychnis ſyl. altera, Ad.

Struthio ſimilis Walckenkraut / Lon.

Baſilicum ſylveſtre, Caſt. ap.

V. Lychnis alba multiplex.

Lychnis ſyl. multiflora, Ad.

Lychnis mutiflora Anglica, Penæ, Lugd.

Lychnis alba ſyl. Lob. ico.

Ocymaſtrum multiflorum, Ger. Tab.

Lychnis flore albo, Bry. & Swer.

Lychnis ſyl. flore pleno albo, Eyſt.

VI. Lychnis prolifera flore viridi.

Lychnis agreſtis abortiva, multiplici viridi flore, Lob. ico.

Ocymaſtrum fl. pleno viridi, Cam. ep. Matth.

VII. Lychnis ſyl. ſive aquatica purp. ſimplex.

Roſæ marianæ ſimilis quarta, Trag.

Ocimoides purpureum, Geſ. hor. rubrum, Thal.

Ocymaſtrum rubrum, Tab.

Lychnis ſyl. purpurea, Dod. Lugd. rubra, Cam.

Lychnis ſyl. rubello flore, Ad. Lob.

Melandryum Plinii genuinum, Cluſ. hiſt.

Lychnis ſylveſtris, Eyſt.

Mas in hoc genere, cui apices è medio flore prominent: fœmina cui nulli, idque in utroque colore: nam & mas albus purpureusque reperitur, & fœmina ſimiliter, Geſ. hor.

IIX. Lychnis purpurea multiplex.

Lychnis ſyl. in hortis plantata flore pleno, Dod. & Geſ. in Ocimoide.

Lychnis agreſtis multiflora, Ad. Lob. ico.

Ocymoides flore pleno, Cam. ep. Matth. & hort.

Lychnis flore rubro pleno, Swer.

Lychnis ſyl. flore pleno rubro, Eyſt.

Lychnis ſegetum.

I. Lychnis ſegetum major.

Nigella, Brunſ. vulgaris, Lac.

Githago Roſæ marianæ 6. genus, Trag.

Lolium, Fuch.

Loliũ quibuſdã flore parvæ roſæ, Cord. in Dioſc.

Anthemon, Dod. gal.

Pſeudomelanthium, Matth. Lac. Lon. Ad. Lob. Caſt. Lugd. Thal. Ger.

Nigellaſtrum, Dod.

Lychnis alia inter triticum, Cæſ.

Lychnis arvenſis, Tab.

Flore eſt communiter rubeſcente, rariſsimè albo: hinc

Pſeudomelanthium fl. rubeſcente &

Pſeudomelanthium fl. albo, Eyſt.

Nec Lolium, nec Melanthium eſt: quibuſdam ἀνθεμὸν φυλλῶδες Theoph. 7. hiſt. 9.

II. Lychnis ſegetum minor.

Alſine corniculata, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Caſt. Lugd. Tab. Ger.

III. Lychnis ſegetum rubra foliis perfoliatæ.

Polygonaton ſive Sydweich / Trag. ico.

Thamecnemon, Cord. hiſt.

Vaccaria, Dod. Geſ. hor. Ger.

Lychnis quibuſdam, nonnullis perfoliata rubra, Geſ. hor.

Glaſtum, Ang.

Glaſto ſimilis inter ſegetes, Cæſ.

Iſatis ſyl. Vaccaria dicta, Ad. Lob. Lugd.

Vaccaria rubra major & minor, Lugd.

Myagrum, Vaccaria quorundam, Tab.

Condurdum Plinii quibuſdam, l. 26. c. 5.

Variat magnitudine: foliis item latioribus & anguſtioribus: floris colore rubro, pallido: hinc tres figuræ apud Lugdunenſem.

Lychnis ſylveſtris.

I. Lychnis ſyl. quæ Been album vulgo.
Lupinus & Smilax hortenſis, Brunf. ico.
Polygonaton & Roſa mariana 5. Trag.
Polemonium, Dod. gal. Lac. Caſt. Lugd. Thal.
Polemonia, Cæſ.
Polemonium pratenſe noſtrum, Geſ. hor.
Been album, Geſ. hort. Dod. Ger.
Lychnis ſyl. Lon. Eyſt. ico.
Papaver ſpumeum (propter aſperginem ſputo ſimilem) Ad. Lob. (cui & Ocymaſtrum alterum) Cam.
Herba articularis, Tab.
Melandrium Plinii quorundam, Cluſ. hiſt.
Duum generum: 1. in pratis albicante flore: 2. in montibus, flore ex viridi purpuraſcente. Eſt etiam alia foliis latioribus, alia anguſtioribus & acutioribus.

II. Lychnis ſyl. latifol. caliculis turgidis ſtriatis.
Lychnis ſyl. 3. Cluſ. pan. at 2. in hiſt.
Lychnis ſyl. 3. caliculis ſtriatis, Lob. Lugd. Tab.
Lychnis cauliculis ſtriatis, Ger.

III. Lychn. ſyl. anguſtifol. caliculis turgidis ſtriatis.
Lychn. ſyl. altera incana cauliculis ſtriatis, Lob. Lugd.

IV. Lychnis flore obſoleto autumnalis caliculis turgidis.

V. Lychnis fruteſcens myrtifolia, Been albo ſimilis.
Ocimoides fruticoſum, Cam.
Lychnis ſyl. ſemper virens, ſive Ocymoides arboreum ſemper virens, Cluſ. hiſt.

VI. Lychnis noctiflora.
Ocimoides noctiflorum, Cam. quod noctu tantũ florem odorum explicet per æſtatem: autumno verò inodorum.
Ocimaſtrum noctiflorum, flore albo, Eyſt.

VII. Lychnis ſyl. pluribus foliis ſimul junctis.
Lychnis ſylv. prima, Cluſ. hiſp. Lob. Lugd. Tab. Ger.
Lychnis ſyl. octava, Cluſ. hiſt.

IIX. Lychnis maritima repens.
Lychnis marina Anglica, Ad. Lob. Lug. Tab. Ger.

Lychnis viſcoſa.

I. Lychnis montana viſcoſa alba latifolia.
Floris cuculi ſyl. genus, Trag.
Hoher-Steinbrech / id eſt, Saxifraga elatior, Lon.
Polemonium petræum, Geſ.

Lychnis ſyl. 2. vel albo flore 1. Cluſ. pan. at ſyl. 9. in hiſt.
Lychnis ſyl. Tab. flore albo, Eyſt.
Ocymoides minus ſive album, Lugd.
Ἰσόκαυλον album, Thal.
Odontis quorundam flore candido, Cam.

II. Lychnis viſcoſa alba anguſtifolia major.
Caryophyllus minimus humilis alter exoticus, flore candido amœno, Lob. ico.
Lychnis ſyl. 3. vel albo flore 2. Cluſ. pan. at ſyl. 10. in hiſt.

III. Lychnis viſcoſa alba anguſtifolia minor.
Lychnidis ſyl. tertiæ ſecunda ſpecies, Cluſ. pan. vel 10. alba ſpecies, Eid. hiſt.

IV. Lychnis ſyl. viſcoſa rubra anguſtifolia.
Lychnis ſyl. 1. vel flore rubro, Cluſ. pan. ſyl. 4. Eid. hiſt.
Lychnis ſyl. purpurea, Tab.
Ἰσόκαυλον Heſperis quorundam, Thal.
Lychnis viſcoſa ſyl. flore incarnato, Eyſt.

V. Lychnis ſyl. viſcoſa rubra altera.
Muſcipula, Ad. Lob. cui & Silene Theoph. Aldroando.
Lychnis ſyl. 4. Cluſ. hiſp. Lugd. Tab.
Lychnis ſyl. 3. Cluſ. hiſt.
Viſcaria, Caſt.
Viſcago major, Cam.
Lychnis ſyl. incana, Ger. ico.

VI. Lychnis viſcoſa purpurea latifolia lævis.
an Flos Conſtantinopolitanus alter minor, Geſ.
Armerius flos 3. Dod. 8. at in folio 4.
Lychnis ſyl. 2. Cluſ. hiſp. Lugd.
Lychnis ſyl. 1. Cluſ. hiſt.
Muſcipula, ſive Armoraria altera, Lob. Lugd.
Aſſine purpurea, Lugd.
Lychnidis fortè antiquorum 3. genus, Cæſ.
Muſcipula, Cam.
Viſcaria ſativa, Tab.
Aliis Been rubrum: aliis Centauriũ minus purpureum viſcoſum: rectè ad Lychnidem refertur, cũ Dioſc. l. 3. c. 9. Centaurium dicat flore Lychnidis.
Variat floris colòre, communiter eſt purpureo, rarius albo reperitur: hinc
Muſcipula flore rubro &
Muſcipula flore albo, Eyſt.

VII. Lychn. viſcoſa foliis brevi lanugine aſperſis.
Lychnis ſyl. 1. ex ſemine nata, Cluſ. hiſt.

IIX. Lychnis viſcoſa floribus foris purpuraſcentibus, intus albis.

Lychnis ſyl.2.ex ſemine nata,Cluſ.hiſt.

IX. Lychnis viſcoſa fol. lanuginoſis,fl.carneis.
Lychnis ſyl.3.ex ſemine nata,Cluſ.hiſt.

X. Lychnis viſcoſa flore muſcoſo.
Muſcipula ſive Viſcaria altera flore muſcoſo,Ad.
Muſcipula altera flore muſcoſo,Lob.Lugd.
Muſcipula ſive Armoria altera,Lob.ico.
Seſamoides magnum Salmanticum, Cluſ. hiſp. & hiſt.Tab.Cam.Ger.
Κερυόφιλον, Thal.
Viſcago,Cæſ.major,Cam.
Otites,Lychnidis ſyl.genus,Tab.

Eodem ſemine duę naſcuntur: 1. flore majuſculo,quæ ſterilis:2.ſeminifera,minore flore.

XI. Lychnidi præcedenti affinis foliis lini.
Seſamoides Salmanticum parvum,Eyſt.
an Seſamoidis Salmantici ſecundum genus, quod Behen floris parvi appellatione accepit,Cluſ.hiſt.

XII.Lychnis plumaria Tab. quid? an Muſcipula flore muſcoſo.

XIII. Lychnis auriculæ Urſi facie:1.in Prod.
Lychnis ſyl.latifolia,Cluſ.hiſt.

Lychnis hirſuta.

I. Lychnis ſyl.campanulæ flore.
Lychnis ſyl.ſpecies Myconi,Lugd.

II. Lychnis ſyl.lanuginoſa major.
Lychnis ſyl.5.Cluſ.hiſp.& hiſt.Lugd.Tab.
Lychnis ſyl.hirta, Lob.Ger.

III.Lychnis hirta anguſtifolia Cretica.
Lychnis ſyl.7.Cluſ.hiſt.
Ocimoides minus flore rubro Cādię à Caſabona.

IV. Lychnis ſyl.lanuginoſa minor.
Lychnis ſyl.6.Cluſ.hiſp.& hiſt.Lugd.
Lychnis ſyl.hirta minima,Lob.Ger.
Lychnis ſyl.minima,Tab.

V. Lychnis ſyl. minima exiguo flore: pro 2. in Prod.deſcribitur.

VI. Lychnis incana repens.
Ocymoides Lychnitis,Col.

Lychnis alpina.

I.Lychnis vel Ocimoides repens montanum.
Cneoron,Matth.cui & Cneoron album.
Cneoron aliud Theoph.Matth.Lugd.
Myuros Aëtii,Ang.
Ocimoides alpinum,Geſ.hor.
Ocimoides repens, Cam. polygoni folio, Ad. Lob.Lugd.
Ocymoides alterum genus parvum,Cæſ.
Saponaria minor,Dalech.Lugd.

II. & III. Ocimoidis anguſtifolii flore rubello: & alterius flore ſuaverubente, ex monte Arba meminit Cam.ſed quid?

IV. Lychnis alpina pumila folio gramineo,ſive Muſcus alpinus Lychnidis flore.
Muſcus floridus,Geſ.epiſt.& Fracto.
Caryophyllus pumilio alpinus, vel 7. Cluſ. pan.at in hiſt.ſyl.9.
Ocimoides muſcoſus,Ponæ.

Flos colore variat, eſt carnei ſive rubri dilutioris:reperitur & totus niveus.

SAPONARIA.

SAPONARIA dicta, quod Saponis vicem præbeat ad pannos purgandos: Quibuſdam Struthium Dioſc. l.2. c.193. qui vulgo notum ſcribit,quo fullones purgandis lanis utantur. Plin. l.19.c.3. Radicula lavandis lanis ſuccum habet,mirum quantum conferens candore mollitieq́;:addit Sruthion Græcos vocare.florere æſtate.gratam aſpectu:verum ſine odore,ſpinoſam,& caule lanuginoſo:ſemen ei nullum eſſe(cui Columellæ verſus repugnat:a Syrioq́; venit quæ ſemine radix) radicem magnam, quæ concidatur ad dictum uſum. Et l 24.c.11.tingentibus & Radicula ramos præparat,quam Struthium vocari diximus à Græcis.Hæc Saponariæ quartæ convenirent, niſi ſpinoſam diceret.Nonnullis Urceolaris Plinii l.22.c.16.Sunt qui Aliſma Dioſc.l.3.c.169.cenſeant,cum multas Aliſmatis notas habeat.

I. Saponaria major lævis.
Saponaria,Trag.Lac.Geſ.hor.Dod.Ad.Lob.Cęſ. Tab.Cam.Ger.Eyſt.
Viola agreſtis,Trag.
Struthiū,Fuch.Lon.Thal.Lug.ſativum,Fuch.ico.
Saponaria major,Lugd.

Floris color communiter dilute purpureus, aliquando ex roſeo rubet: nonnunquam candidus eſt:interdum pro floribus ſunt copioſiores ramuli foliacei,paucis floribus intermixtis.

II.Saponaria cōcava Anglica:in Prod.deſcripta.
Gentiana concava,Ger.

III. Saponaria fruteſcens oleæ folio.
Saponaria altera fruticoſior ex Sicilia,Cæſ.
an Saponaria Apula,Claudino.

IV. Saponaria Lychnidis folio floſculis albis, an Condiſi Arabum.
Struthion Dioſc. ſive Radicula & Lanaria vulgo Neapoli,quia ſucco foliorum & radicum ad lanas purgandas utuntur,Impetrato,qui ad nos miſit.

SECTIO SECUNDA.

DE CARYOPHYLLEIS FLORIB. SIVE ARMERIIS.

CARYOPHYLLEUM florem ab odore Caryophyllorum, recentiores nominarunt: Hunc alii Cantabricam Plinii l.25.c.8.quæ in Hiſpania à Cantabris Divi Auguſti tempore reperta fuit, eſſe volunt. Aliis eſt Vetonica ſive Betonica altera, inter notha Dioſcoridis: nec fortè ineptè. Aliis herba tunica; quibuſdam Iphium Theoph. 6. hiſt.2.& 7.ejuſdem 12.ſed malè. Quidam inter Saxifragias numerant, præſertim ſylveſtre genus, quam Gal.5.tuend. ſanit.Sarxiphagon appellaſſe videtur: nam & ſylveſtris noſtra calculum frangit & educit, quod Galenus de Ceſtri ſeu Betonica in Gallia proveniente, teſtatur, Hermolao notante. Fortè & Theoph.6.hiſt.1.& 6. per Jovis florem, inter coronarios frutices minutis foliis conditum, cujus flos ſine odore tantum in coronarum uſu, ſylveſtrem Caryophyllæam intellexit. Armerii flores dicuntur, à Gallico nomine Armoires & Armoiries.

Genera ſumma duo ſunt: Altilis & Sylveſtris. Altilis ſpecies multæ, magnitudine, colore & foliorum numero differentes: flores namq; ſunt vel minores, vel medii, vel majores, vel maximi: vel multiplici, vel ſimplici florum textura, majoribus vel minoribus foliolis conſtantes. Sunt colore nivei, diluta purpurâ candicantes, croceo rutilantes; miniati: aut verſicolores, ut candidi & crocei, candidi & rubei, candidi rubris punctulis aſperſi: rubentes, aut violaceo admixto purpurei, aut rubei lacteis notis aſperſis, ſicq; guttati, aut roſæ ſylveſtris colore. Sic ex uno caule duo florum genera, partim candidi, rubriſq; maculis aſperſi: partim crocei: ſæpè etiam uno pediculo, flores diverſi colores videas: aliquando unus ex alio medius excreſcere conſpicitur: aliquando in una planta flores trium colorum: in ſumma mangonio & arte in his floribus magna varietas fit. Sylveſtrium quoque magna diverſitas exiſtit, & in magnitudine, & coloris, & floris, & calycis figura, pleriq; tamen ſimplici flore ſunt.

Caryophyllus flore pleno.

I. Caryophyllus maximus ruber.
Caryophyllus maximus plenus flore rubro, Eyſt.

II. Caryophyllus maximus variegatus.
Caryophyll. major rub. & albicans flore pleno, Lob.ico.
Caryophyllus multiplex maximus, Tab.Ger.
Caryophylli, Caſt.Ap.
Caryoph.multiplex max.variegatus, Eyſt.

In hoc varietates.

1. Caryophyllus maxim.& pleniſsimus, colore mixto carneo, quibuſdam corniculis lacteis, Bry.

2. Caryophyll. max. & pleniſs.colore vario in diverſis foliis, Scarlatino, dilutius rubente, albo, Bry.

3. Caryophyll. max. & pleniſs. colore rubro ſaturatiore, ſtaminulis tribus niveis in medio, Bry.

III. Caryophyllus altilis major.
Garyophyllæa, Trag.
Betonica altilis, Fuch.Geſ.col.coronaria, Lac.
Vetonica altilis, Dod.gal.coronaria, Geſ.hor.
Viola flammea Scaligero, Geſ.hor.
Cantabrica, Tur.
Caryophyllus domeſticus, Matth.Cam.Caſt.
Flos garyophyllorum, Lon.
Caryophylli noſtrates, an Cantabrica Plinii, Ad.
Caryophyll. Lob. multiplex, Lob. ico. Tab. Ger.
Caryophyllus altilis, Lugd.
Flos Gariofilus, aliis Viola Damaſcena, Cæſ.
Caryophyllus flore majore, Eyſt.
Caryophylli flores etiam in Senarum regione, ſed non ita odore grati, Garz.
Herba tunica quibuſdam.

Varietas multiplex.

1. Caryophyllus multiplex flore albo, etiam rubro & carneo, Eyſt.& apud Swert.
Caryophyllus totus albus.
Caryophyllus rubeus & ſanguineus.
Caryophyllus incarnatus.

2. Caryophyllus pleno flore coloris albi, miſta & ſparſa rubedine, Bry.
Caryoph. albus lineis & notulis rubris diſtinctus, Swert.

3. Caryoph.alb.flammulis ruberrimis, Swert.

4. Caryophyll. albus lineis rubris ſubtiliſsimè diſtinctus, Swert.

5. Caryoph. multiplex flore ex purpura rubeſcente, Eyſt.

9. Caryoph. flore majore partim carneus partim albus, rubris ſtriis ac punctulis variegatus, Eyſtett.

7. Caryoph. multiplex ſingulis florum foliis è rubro & albo colore dimidiatim diviſis & punctatis, Eyſt.qui

Caryo-

Caryoph.hortorum multiplex major,Lob.ico.

8. Caryoph. plenus colore umbilicotenus rubeſcens inſtar florum Perſici mali, foliis latioribus, Eyſt.

9. Caryoph.plenus purpuraſcens,punctatis foliis,Eyſt.

10. Caryoph.purpureus punctulis intensè purpurei coloris,Swer.

11. Caryophyllus ſubviridi flore,Swer.

IV. Caryophyllus altilis medius.

1. Caryoph.albus lineis cremeſini coloris,& Caryophyl. minor albus lineis purpuroviolaceis diſtinctus,Swer.

2. Caryoph.miniatus medio albeſcens,Eyſt.

3. Caryoph. pleno flore colore violaceo, Bry.

V. Caryoph.pleno flore mali arantii colore.

Caryoph.pleno fl.Sileſiacus miniatus,Cluſ.hiſt.

Caryoph.plenus miniato colore,Eyſt.

Varietas.

1. Caryophyllus dimidia parte arantii colore, altera candida & permiſta, Bry.

2. ex ſemine libenter provenit,ſed alii flores nativum eumque ſaturatiorem aut dilutiorem retinent:alii albi,alii rubri fiunt: nõnulli ſimplici quoque foliorum ſerie conſtant,Cluſ.hiſt.

VI. Caryophyllus pleno flore minor.

Caryoph. hortorum multiplex minor,Lob.ico.

Caryoph. pleno flore ſpecies exigua, coloris carnei,Bry.

VII. Caryophyllus ſupinus flore pleno rubro argenteis micis aſperſis.

Caryophyllus 7.pleno flore,Cluſ.hiſt.

Cariophyllus flore minore pleno rubeſcens punctatus,Eyſt.

VIII.Caryophyllus multiplex laciniatus.

Cariophyllus purpureus flore multiplici profundè laciniato,Lob.ico.

Varietas.

1. Caryophyl. multip.laciniat. flore incarnato, Eyſtett.

2. Caryoph.purpureo flore multiplici profundè laciniato,Eyſt.

3. Caryoph. purpureo flore multiplici laciniato,Eyſtett.

Caryoph.purp.fl.multiplici,Bry,& Swer.

Caryophyllus hortenſis ſimplex.

I. Caryophyllus hort.ſimplex flore majore.

Caryoph.ſyl.major vulgatior,Lob.ico.

Caryophyllæi flos ſimplex,Dod.

Caryophyllus ſimplici flore,Swer.

Varietas magna in colore: eſt enim ſimplex miniatus,eſt pallidè purpuraſcens, vel incarnatus:eſt verſicolor ob guttarum & rubrarum macularum aſperginem : eſt variegatus,cujus folia albeſcentia ſtigmatibus rubris aſperſa ſunt:duo poſteriores in Eyſt.proponuntur,nomine:

Caryophylli ſimplicis hortenſis verſicoloris,

Caryophylli majoris ſyl. variegati.

II. Caryophyl. arboreſcens Cret.1.in Prodr. deſcriptus.

III. Caryophyllus ſimp. fl. minore pallidè rubente.

Caryophyllus ſylv. 3. flore pallido ſuaverubente, Lob.ico.

Caryophyllus hortulanus,Tab.

Caryoph.ſyl.ſimplex ſuaverubens,Ger.

IV. Caryoph. ſimp.minor flore punctato.

Caryoph. alter minimus, flore ſimplici micis aureis aſperſo,Lob.ico.

Habetur & repens flore parvo punctato.

V. Caryoph. ſimplex ſupinus latifolius.

Caryophyll.minimus pulchellus ſupinus,maculis aureis argenteisve aſperſus,Lob.ico.

Caryophyllus ſyl.7.Cluſ.hiſt.

VI. Caryoph.ſimp.ſupinus anguſtifolius.

Caryophyllus virgineus,Tab.Ger.

Caryophyllus barbatus & prolifer.

I. Caryophyllus barbatus flore multiplici.

Armeria alba & rubra multiplex, Lob. ico. Bry, Swer.

Armerius pleno flore, Cluſ.pan.& hiſt.

Caryophyllus Carthuſianorum 3.Tab.

Armeria rubra latifolia, Ger.

Armerius pleno rubro flore, Eyſt.

Duplex eſt : vulgatior rubro flore, rarior albo: Hujus præter rubrum & album adhuc differentia apud Swertium,quæ

Armeria alba multiflora.

II. Caryophyllus barbatus flore roſeo.

Armeria multis & ſeparatim poſitis floribus duplicibus & magnis,coloreque ruberrimis, Swer.

III. Caryophyllus barbatus hortenſis latifolius.

Lychnis monachorum,Geſ.hor.

Armeria altera, multis in latum orbiculum congeſtis floribus,Lob.ico.

Viola barbata latifolia,Lugd.

Caryophyllus Carthuſianorum 1.Tab.

Armeria ſuaverubens,Ger.

an Lych-

an Lychnis fortè antiquorum altera, Cæſ.
Flos Scarleti, Lon.Geſ.ap.

Flore eſt communiter rubro, habetur albo maculis lactei coloris notato: eſt & diverſicolor, ex albo rubro & medio: hinc

1. Armeria ſimplex flore rubro, Bry, & Swer.
Flos armerius ruber, Eyſt.

2. Armeria flore albo, Bry, Swer.
Flos armerius albus, Eyſt.

3. Flos armerius variegatus, Eyſt.

IV. Caryoph. barbatus hortēſis anguſtifolius.
Armeria altera ſuaverubente flore, Lob.ico.
Armerius flos alter, Dod.
Armerius ſimplici flore pannonicus, Cluſ.hiſt.
Caryophyllus Carthuſianorum 2. Tab.
Armeria rubra, Ger.

Hujus differentiæ quinque: 1. eleganti eſt flore, eoq; aut planè rubro, aut lactei candoris maculis aſperſo, aut niveo, oris carnei coloris: 2. omninò niveo: 3. flores pauciores dilutius rubentes & carnei coloris: 4. flos purpuraſcens, oris albis: 5. flores die primo & ſecundo quo aperti ſunt, lactei prorſus candoris, ſequentibus paulatim albedine evaneſcente, tandem omninò purpuraſcunt, ſic ut in eadem umbella flores lacteos, alios exalbidos, & media ex parte purpuraſcentes, alios omnino purpureos conſpicere liceat.

V. Caryophyllus barbatus ſylveſtris.
Armeria ſyl. altera, Lob. ico.
Viola barbata anguſtifolia, Lugd.
Caryophyllæa ſyl. 1. Thal.
Flos Gariofilus ſyl. minimi floris ſaturatæ purpuræ, Cæſ.

VI. Caryophyllus ſyl. prolifer: & Eyſt.
Caryophyllæa ſyl. 4. Thal.
Armeria prolifera, Lob. ico.
Armerius flos proliferus, Cam.
Caryophyllus ſyl. minimus, Tab.
Viſcaria, Ger. ico.

Huic ex capitulo, ſæpè ſeptem, octo, aliquando novem flores prorumpunt.

VII. Caryophyllo prolifero affinis, unico ex quolibet capitulo flore.
Caryophyllææ ſyl. quartæ, alia ſpecies, Thal.

Caryophyllus ſylveſtris.

I. Caryophyllus ſyl. vulgaris latifolius.
Dondernaegelin, Brunſ.
Garyophyllæa ſyl. Trag.
Caryophyllæa ſyl. Matth. Lugd. Caſt.
Betonica ſyl. 1. Fuch.
Vetonica, Dod. gal.
Cantabrica ſyl. Tur.
Tunica ſyl. Lon.
Caryophyllæa ſyl. 3. Thal.
Armerius flos 1. Dod. Lugd.
Armeria ſive Caryophyllus minor ſyl. minus odorus foliis latioribus, Ad. Lob.
Flos gariofilus ſyl. Cæſ.
Caryophyllus montanus 1. Tab.
Armeria alba, Ger. ico.
Caryoph. minor ſyl. flore ſimplici, Eyſt.

Flore eſt odoro & inodoro purpureo: ſimplici & pleno: hinc
Caryophyllus minor ſyl. flore pleno, Eyſt.
Caryophyllus montanus multiflorus, Tab.
Caryophyllus montanus purpureus, Eid.

II. Caryophyllus ſyl. vulgaris anguſtifolius.
Caryophyllus montanus albus, Tab. Ger.

III. Caryophyll. ſyl. biflorus: 3. in Prod.

IV. Caryoph. pumilus latifolius: 4. in Prod.

V. Caryoph. ſyl. flore magno inodoro hirſuto.
Cariophyllus ſyl. 2. Cluſ. pan. & hiſt.

VI. Caryophyllus ſyl. humilis flore unico.
Armerius flos 3. Dod.
Caryophyllus repens humilis minimus vulgatiſſimus rubellus, Lob. ico.
Caryophylli ſyl. Caſt. ico.
Caryophyllus ſyl. 1. Cluſ. pan. & hiſt.

Singuli cauliculi unicum florem, diluta purpura rubentem odorum ſuſtinent.

VII. Caryophyllus albus parvus repens, Cam.
Oſteocallon Abſyrti Italis, Eidem.

IIX. Caryophyllus cæruleus Monſpelienſiū.
Aphyllanthes Monſpelienſium, Ad. Lob. ico.
Caryophyllus cæruleus, Tab. Ger.

Rarius flore niveo reperitur.

IX. Caryoph. ſyl. repēs multiflorus: 2. in Prod.

X. Caryophyllus ſyl. Carinthiacus ruber.
Caryophyllus ſyl. 4. vel Tauricus, Cl. pan. & hiſt.

XI. Caryoph. alpinus calyce oblōgo hirſuto.
Caryophyllæus pumilio Tauricus, ſive 8. Cluſ. pan. ſyl. 7. Eid. hiſt.
Caryophyllus montanus 3. Tab.
Caryophyll. mont. Cluſii, Ger.

Caryophyllus ſimplex laciniatus.

I. Caryophyllus flore tenuiſsimè diſſecto.
Superba, Trag. Lon. Thal. Cam.
Dioſanthos Theophraſti, Ang.

Vetonica altilis minor, Dod.gal.
Vetonica ſyl. 3. Geſ.hor.
Betonica ſyl. altera, Fuch.
Caryophyllatæ ſyl. genus, Geſ.col.
Caryophyllæus minor, Dod.
Superba recentiorum, Ad.
Superba alba media corolla purpuro violacea, Bry: obſoleta cincta, Lob.ico.
Armeria, Vetonica coronaria, Lugd.
Caryophylli ſyl. 5. ſpecies 3. Cluſ.pan.& hiſt.
Caryophyllus pulmarius albus, Tab.Ger.
Caryophyllus ſyl. flore albo picto, Eyſt.
Superba alba, corollâ purpureo rubrâ, Swer.
Flos nunc albus, nunc dilutius rubẽs & carneus.

II. Caryoph.ſyl. flore laciniato albo inodoro.
Superba major flore albo, Lob.ico. Swer.
Caryophyllus ſyl. plumarius albus, Tab.Ger.

III. Caryophyll.ſyl.alter fl.laciniato odoratiſſimo.
Armerius flos 4. Dod.
Caryophyllus minor alter, Eid.
Caryophyllus 6. Cluſ.pan.& hiſt.
Superba Auſtriaca, Lob.ico.
Carioph. ſyl. flore laciniato carneo, Eyſt.
Caryoph. ſpecies altera flore carneo, Bry.
Carioph. ſyl. flore purpuraſcente, & alter flore incarnato, Eyſt.
Flos aut cãdidus, aut purpuraſcẽs, ſuavis odoris.

IV. Caryoph. ſyl. tertius flore laciniato, ſtaminulis corniculatis odoratis.
Caryophyllus 5. vel ſyl. 1. albo flore, Cluſ. pan. ſyl. 5. Eid.hiſt.

V. Caryoph.ſyl.fl.laciniato, ſine corniculis, odoro.
Caryophyllæus ſyl.3. fl. rubro, Cluſ.pan.& hiſt.
Caryoph.ſyl.fl.ſimplici, laciniato rubro, Lob.ico.

VI. Caryoph.ſyl.floribus lanuginoſis hirſutis.
Superba altera & ſuaverubens, Lob.ico.
Caryophyllæi ſyl. 5. ſpecies alt. Cluſ.pan.& hiſt.
Caryoph.plumarius purpuro ceruleus, Tab.Ger.
Caryophyllus ſyl. flore albo, Eyſt.
Flos candidus eſt: alterius flores purpuraſcente lanugine hirſuti.

VII. Cariophyllus pratenſis flore laciniato ſimplici, ſive Flos cuculi.
Flos cuculi prat.Trag. Flos cuculi, Lon. Geſ. col. Tab.
Vetonica ſyl. Dod.gal.
Odontitis Plinii, Geſ.hor.quorundam, Cam.
Odontitis ſimplici flore, Cluſ.hiſt.
Armerius ſyl. Dod.
Armeria prat. ſyl. Lob.2. ſyl. Lugd.
Armoraria ſyl. pratenſis, Ad.
Cariophyllus pratenſis, Tab.
Armeria prat. mas & fœmina, Ger.
Ἰξόχυλος altera, Thal.
Flore eſt rubello, rarius albo.

IIX. Caryophyllus prat. flore pleno.
Odontitis flore pleno, Cam.Cluſ.hiſt.
an Caryophyllus mont. multiflorus, Tab.
Odontitis Plinii, Eyſt.

Caryophyllus holoſtius arvenſis.

I. Caryophyllus arvenſis hirſutus fl. majore.
Caryophyllus holoſtius, Lob.ico.Ger.
Holoſtium caryophyllæum, Tab.

II. Caryophyllus holoſtius tomentoſus latifolius: qui 9. in Prod.

III. Caryophyllus holoſtius tomentoſus anguſtifol. hic 10. in Prod.

IV. Caryoph.arvẽſis umbellatus folio glabro.
Holoſtæum caryophyllæum arvenſe, Tab.
Caryophyllus holoſtius arvenſis, Ger.
Alſine verna Dalechampii, Lugd.
Caulis aliquando rubet, aliquando viret, ramulis aliquot erectis, aliquot verò cũ florib. reflexis: cõmuniter flos albus, aliquando ſubpurpuraſcẽs.

V. Caryophyllus arvẽſis glaber flore majore.
Euphraſia gramen, Trag.
Cratæogonum forte, Dod.gal.
Gramen, Fuch. Lac. leucanthemon, Dod. Thal. Lugd.Ger.
Gramen alterum, Matth.
Holoſteũ Dioſc.fl.albis vel ὁλόστεον Æginetæ, Ad.
Holoſtium Ruellii, Lob.
Euphraſia major, Lon.
Gramen floridum, Cam.in Matth.majus, Tab.

VI. Caryophyllus arvenſis glaber fl. minore.
Holoſtii Ruellii diverſitas, Lob.ico.
Gramen floridum minus, Thal.Tab.
Gramen leucanthemum alterum, Ger.
Quãdoq; è medio florũ, ſtaminula rubra exeũt.

VII. Caryophyllus arvenſis glaber minimus: hic 11. eſt in Prod.

Caryophyllus holoſtius alpinus.

I. Caryoph.holoſt. alpinus latifol: 5. in Prod.

II. Caryophyll. holoſtius alpinus anguſtifolius purpuraſcens: 6. in Prod.

III. Caryoph. holoſt. alpinus gramineus: 7. in Prod.

IV. Caryophyllus holoſtius montanus anguſtifolius alter: 8. in Prod.

Caryophyl-

Caryophyllus montanus.

I. Caryophyll. mont. major flore globoſo.
Gramen polyanthemum majus, Dod.
Gramen marinum majus, Cluſ. pan. Tab.
Caryophyllo marino ſimilis, Ad.
Caryophyll. montan. Lob. mediterraneus, Ger.
Statice, à ſiſtendo ſanguine, Lugd. Cam. cui videtur Britannica, Ang.
Armerius mont. tenuifol. major, Cluſ. hiſt.

II. Caryophyllus montanus minor.
Pſeudomoly, Dod. gal. Geſ. hor. Lugd.
Gramen polyanthemon minus, Dod.
Gramen marinum minus, Cluſ. pan. Tab.
Caryophyllus marinus minimus, Ad. Lob. Ger.
Armerius montan. tenuifol. minor, Cluſ. hiſt.
Hic caule eſt aliquando prolifero.

Caryophyllus ſaxatilis.

I. Caryophyllus ſaxatilis foliis gramineis, umbellatis corymbis.
Symphytũ petræũ, ſive Gypſophyton majus, Th.

II. Caryoph. ſaxatilis foliis gramineis minor.
Symphytũ petræũ ſive Gypſophyton minus, Th.

III. Caryophyllus ſaxatilis ſiliquoſus: qui Caryophylus 14. in Prod.
Gypſophyti ſiliquoſi nomine à D. Fürero accepimus.

IV. Caryophyllus ſaxifragus.
Saxifraga magna, Matth. Lob. Lugd. Cam.
Saxifraga 5. Caſt.
an Saxifraga Bavarica, Cam. Ponæ.

V. Caryophyllus ſaxifragus ſtrigoſior, vel Caryophyll. ſyl. flore minimo.
Saxifragia ſive Saxifraga antiquorũ, Ad. Lob. ico.

VI. Caryophyllus ſaxatilis Ericæfolius umbellatis corymbis: 12. in Prod.

VII. Caryophyllus ſaxatilis Ericæfolius ramoſus repens: 13. in Prod.

IIX. Caryophyllus ſaxatilis floribus rubris: 13. altera ſpecies in Prod.

IX. Caryophyllus minimus muralis.
Tunica minima, Lugd.

SECTIO TERTIA.

ANTIRRHINUM; LINARIA; LINUM; POLYGALA; ONOBRYCHIS; GLAUX; STOECHAS; Lavendula; Roſmarinus.

ANTIRRHINUM.

LYCHNIDEM agriam Plin. l. 25. c. 10. ipſum Antirrhinum ex Galeno (cui λυχνὶς ἀγρία & βουκράνιον) vocavit, quia flore ſit Leucoii, minore tamen ut Dioſc. l. 4. cap. 133. loquitur. Quare poſt Lychnides & Caryophyllæos flores, Antirrhinum (cum & ipſum flore placeat) ſubjungere volumus.

Ἀντίρρινον καὶ ἀνάρρινον Dioſcoridi l. 4. c. 133. dictum, quod fructu ſit vituli narium ſimili. Theophraſto 9. hiſt. 21. ἀντίρριζον, fructum tanquã nares vituli parit. Plinio loco citato Antirrhinon ſive Anarrhinon, ſive Lychnis agria. Sunt qui velint ab eodẽ l. 30. c. 2. Cynocephalium herbã dici, id eſt canis caput, quod ſeminis conceptaculũ canis calvã, cute & carne exutã repreſentet. Veteres unius tantũ meminiſſe videntur, at recentioribus plures ſunt differentiæ.

I. Antirrhinum majus rotundiore folio.
Cynocephalus Plinii, Lugd.
Antirrhinum majus flore roſeo, Cam. hor.

II. Antirrhinũ majus alterum folio longiore.
Antirrhinum 2. Matth. Lugd.
Antirrhinum magnũ, Dod. gal. Lug. majus, Cam.
Antirrhinum, Geſ. hor. Dod. Ad. (vulgo caput canis & caput vituli) Lob. Tab. cui Antirrhinum & Antirrhinum album: at Ger. purpureum & albũ.
Os leonis vulgo, Cæſ.
Antirrhinum flore rubro & flore albo, Eyſt.
Flore habetur roſeo, rubente, aliquando maculato, ex candido dilutè purpuraſcente: candido: an hoc, quod flore eſt albo, ſit Antirrhinum 4. Matth. Lugd.
Eſt & flore albo, oris tantum rubris, vel rubentibus, vel luteis, & dicitur
Antirrhinum fl. albo oris rubentibus, &
Antirrhinum fl. albo oris rubris.
Antirrhinum fl. albo oris luteis, Eyſt.
Foliis quoq; variat latioribus & anguſtioribus.

III. Antirrhinum luteo flore.
Antirrhinum flore luteo, Geſ. hor. Ad. Lob. ico.
ſubluteo, Dod. luteo grandi, Cam.
Antirrhinum luteum, Tab. Ger.
Hoc à priore & floris colore & folio variat: quod verò flore eſt albo non item.

IV. Antirrhinum folio diſſecto: hoc inter

plantas ſiccas Monſpeſſuli collectas apud fratrem Joh. Bauhinum p.m. vidimus.

V. Antirrhinum arvenſe majus.
Antirrhinum, Eric. Cord. (cui & Rhinoceros) Tur. Lac. Lon.
Antirrhinum 1. Matth. 4. Lugd. Cam. ep. Matth.
Orontium, Dod. gal.
Antirrhin. Cynocephalæa & Bucranion, Cord. in Dioſc.
Antirrhinum minus, Geſ. hor. (vel foliis hyſſopi Eid. col.) Tab. Ger.
Antirrhinum minimum, Ad. (forſan Archigenis Orontium, vel Aurantium) Lob. medium, Cam.
Antirrhinum parvum, ſive caput Simiæ, Lugd.
Antirrhinum ſyl. (ſive Phyteuma) Dod. Eyſt.
Phyteuma χαμαία Cydoniæ, Belli ep. 12. ad Cl.
Os leonis alterum, Cæſ.
Antirrhinon rubrum arvenſe, Thal.

Hoc quibuſdam Phyteuma Dioſcoridis l. 4. cap. 130. aliis Orontium Archigenis, quaſi Aurantium, quod auriginem morbum levet: quod aliquando procerius, aliquando brevius pro ratione ſoli reperitur.

VI. Antirrhinum arvenſe minus.
Antirrhinum 3. Matth. Lugd.
Antirrhinum arvenſe, Geſ. col.
Antirrhinum minimum, Thal. Cam.
Antirrhinum alterum minimũ repens, Lob. ico.
Antirrhinum ſyl. Caſt.
Os leonis in vineis, Cæſ.

VII Antirrhinum ſaxatile, foliis ſerpylli: quod in Prod. deſcribitur.

LINARIA ejuſq; SPECIES.

Cum LINARIA quibuſdam Antirrhini ſpecies videatur, & an Antirrhinum Plinii ſit quidam dubitent: hic proponemus. Quibuſdam Oſyris cenſetur, ex qua, Galeni ſeculo, ut & nunc in Italia, ſcopæ conficiebantur. Ὄσυρις *foliis eſt lini initio nigris, dein rubeſcentibus, &c. Dioſcoridi l. 4. c. 143. & Plin. l. 27. c. 12. Oſyris foliis eſt nigris ceu lini, ſemine initio nigro, dein rubeſcente &c. Linaria latinis quod foliis lini ſit.*

Linaria erecta latifolia.

I. Linaria latifolia Dalmatica magno flore: quæ 1. in Prod.

II. Linaria Americana, parvo flore luteo: quæ 2. in Prod.

III. Linaria latifolia triphylla major: 3. in Prod.
Linaria Cretica latifolia, Cluſ. hiſt.

IV. Linaria triphylla minor lutea.
Linaria Valentina, Cluſ. hiſp. Dod. Lob.
Linaria Hiſpanica 1. Cluſ. hiſt.

V. Linaria triphylla cærulea.
Linaria cærulea Apula, Col.

VI. Linaria tenuifolia, æruginei coloris.
Linaria Hiſpanica 2. Cluſ. hiſt.

VII. Linaria bellidis folio.
Linaria odorata, Cluſ. hiſp. & hiſt. Dod. Lugd.
Linaria purpurea, Ad. odorata, Lob. Ger.
Oſyris odorata purpurea, Tab.

Linaria erecta anguſtifolia.

I. Linaria ſcoparia.
Belle videre, Geſ. hor.
Scoparia, Geſ. hor. Ad. Lob. Lugd. Ger.
Oſyris, Ang. Dod. Caſt. Cam.
Linaria magna, Lugd.
Herba ſtudioſorum, Tab.
Oſyris græcorum quibuſdam: aliis id negantibus, quamvis hodie in Græcia ὄσυρις nominetur: alii an Chamæcypariſſus Plinii ſit dubitant.

II. Oſyris fruteſcens baccifera.
Caſia poëtica Monſpelienſium, Ad. Lob. Cam. ep.
Caſia quorundam, Cluſ. hiſp. & hiſt. Tab.
Caſſia lignea, Cæſ.
Caſſia lignea maritima, Lugd.
Polygonum 4. Plinii quibuſdã, Dalech. in Plin.

Variat: communiter atrovirens, aliquando tota rubet & ramis & foliis, ideo quidam Geniſtam rubeam vocant, Cæſalp.

Oſyris Plinii l. 27. c. 12. videtur, quæ ut habet, ramulos fert nigros, tenues, lentos, & in iis folia nigra ceu Lini, ſemenq; in ramulis nigrum initio, dein colore mutato, rubeſcens: ſmeg. mulieribus faciunt ex his Galenus 8. ſimp. ex Oſyride κορήματα fieri tradit, quæ alii interpretantur ſmegmata, at Plinius, alii ſcopas, alii κόσμηθρα καὶ καλλωπίσματα.

III. Linaria vulgaris lutea flore majore.
Linaria (& Pſeudolinũ) Brunf. Ger. 1. Dod. Lon.
Linaria vulgaris, Trag. Cam. Eyſt. vulgo, Geſ. hor. Cæſ.
Oſyris, Matt. Fuch. Dod. gal. Cord. in Dioſc. Tur. Lac. Ad. Lob. Lug. Caſt. major, Tab.

Floris

Floris color luteus, luteopallidus, rarius albus: flore minore etiam, in agris reperiri Tragus aſſerit.

IV. Linaria lutea montana Geniſtæ tinctoriæ folio: hæc ad montem S. Bernhardi, floribus aureis, mediæ magnitudinis, reperitur.

V. Linaria lutea flore minimo: hæc in agris Provinciæ Galliæ, brevibus & anguſtis foliis & minutiſsimis floſculis luteis, occurrit.

VI. Linaria folioſo capitulo luteo major.
Linaria 3. & Heliochryſos, Trag. quarta, Lon.
Linaria aurea Tragi, Lob. Lugd. Tab. Ger. Eyſt.
Linaria Auſtriaca, Cam.
Oſyris Auſtriaca, Cluſ. pan. & hiſt.
Chryſocome Dioſc. & Plinii, Guil. Col
Linoſyris nuperorum, Lob. recentiorum, Lugd.

VII. Linaria folioſo capitulo luteo minor.
Linaria aurea minor, Tab.
Oſyris purpuro cærulea, Ger. ico.

IIX. Linaria flore pallido rictu aureo.
Linaria pannonica 1. Cluſ. pan. & hiſt. Tab.
Linaria purpurea altera, Ger. ico.
an Oſyris alba, Lob. ico.

IX. Linaria flore pallido rictu purpureo.
Linaria flore albicante inodoro, Cam.
Linaria flore albicante, Eyſt.

X. Linaria purpurea major odorata.
Oſyris altera, Dod. gal.
Linaria altera purpurea, Dod.
Linariæ purpureæ varietas, Lob.
Linaria cærulea, Caſt. Lugd. Cam.
Linaria purpurea elatior, Eyſt.

Variat floſculis purpureis, purpuroviolaceis, albis & cæruleis: foliis etiam magis minúsve anguſtis.

XI. Linaria capillaceo folio odora, quæ 4. in Prod.
Linaria caryophyllata, Cam.

Flore eſt albicante: ex cæruleo & albo mixtis, rictu linea flaveſcente diſtincto.

XII. Linaria capillaceo folio altera.
Linaria tenuifolia, Lugd.

Flos priuſquam hiet, rubet; cum apertus eſt ex rubro albicat: eſt & coloris varii ex albo, cæruleo & luteo mixtis.

XIII. Linaria foliis anguſtis ex viridi caneſcentibus.
Linaria Hiſpanica 3. Cluſ. hiſt.

Flos utcunque odoratus: externè exalbidus, internè purpureus, rictu ex flavo albicante, labio purpureo.

XIV. Linaria arvenſis cærulea: 5. in Prod.

Flore eſt cæruleo, eſt & violaceo.

XV. Linaria montana floſculis albicantibus.
Anonymos tenuifolia, Cluſ. pan. & hiſt.
Anthyllis montana, Lugd.
Linaria montana ſive ſylvatica, Thal.
Linaria adulterina, Tab.
Linoſyris nuperorum, Ger. ico.

XVI. Linaria quadrifolia exiguis floſculis cinereis.
Linaria Cretica anguſtifolia, Cluſ. hiſt.

XVII. Linaria quadrifolia lutea.
Linaria tetraphylla lutea minor, Col.

XIIX. Linariæ aureæ affinis: quæ 6. in Prod.

Linaria pumila ſeu repens.

I. Linaria pumila ſupina lutea.
Linaria pumila, Cluſ. hiſp.
Linaria Hiſpanica 5. Cluſ. hiſt.
Oſyris flava ſyl. Lob. ico.
Oſyris minor, Tab.
Linaria Valentina, Ger. ico.

II. Linaria pumila foliolis carnoſis, floſculis minimis flavis.
Linaria 2. Moravica 1. Cluſ. hiſt.

III. Linaria foliis carnoſis cinereis.
Linaria Hiſpanica 4. Cluſ. hiſt.

Flos cærulei dilutioris ad cineraceum tendentis, rictu flavo.

IV. Linaria cærulea repens.
Oſyris purpurocærulea repens, Ad. Lob. ico.
Linaria altera floribus purpuraſcentibus, Cæſ.
Linaria minor Dalechampii, Lugd.
Linaria parvo flore cæruleo, Cam.
Linaria 4. Moravica 2. Cluſ. hiſt.

Floris color cæruleus, ex violaceo purpuraſcens.

V. Linaria quadrifolia ſupina.
Linaria alpina, Geſ. hor. & ep.
Linaria pannonica 2. Cluſ. pan.
Linaria alpina pumila, Tab.
Linaria 3. Styriaca, Cluſ. hiſt.
Linaria Styriaca repens, Eyſt.

LINUM ejusq; SPECIES.

ΛΙ'ΝΟΝ *Dioſcoridi l.2.c.125. Theoph.8.hiſt.7. qui 3.cauſ.21. in Lolium mutari ſcribit. Linum Plinio l.19.c.1. cujus genera ratione loci natalitii recenſet.*

Linum latifolium.

I. Linum ſativum.
Linum, Brunſ. Matth. Fuch. Cord. in Dioſc. Tur. Lac. Lon. Cæſ. Lugd. Caſt.
Linum ſativ. Trag. Dod.
Linum vulgare cæruleum, Ad. Lob.

II. Linum arvenſe.
Linum ſylveſtre, Trag. Tur.
Caulibus & folliculis craſsioribus à priore differt, & inter avenam reperitur.

III. Linum ſyl. latifol. hirſutum cæruleum.
Linum ſyl. 1. Cluſ. pan. Dod.
Linum ſyl. latifol. Lob. ico. Cluſ. hiſt.
Flos cæruleus, aut vegetior, aut dilutior.

IV. Linum ſyl. latifol. hirſut. candidum, purpureis venis diſtinctum.
Linum ſyl. latifol. 1. Cluſ. hiſp. at 2. in hiſt.
Linum ſyl. latifol. foliis hirſutis Tithymalli helioſcopii, Lugd.

V. Linum fruticoſum niveum.
Linum ſyl. fruticoſum, vel 3. Cluſ. hiſp. at in hiſt. 7. fruticoſum.
Linum ſyl. 2. flore albo, Lugd.

VI. Linum ſyl. latif. caule viſcoſo flore rubro: ex montibus Bononiẽſibus & Sumano habemus, quod & circa Ingolſtadium reperitur.

VII. Linum ſyl. cæruleum flore aureo: quod 2. in Prod.

IIX. Linum ſyl. latifolium luteum.
Linum ſyl. 2. Cluſ. pan. at 3. in hiſt.
Linum ſyl. pannonicum, Tab.
Linum ſativum, Ger. ico.

IX. Linum ſyl. luteum foliis ſubrotundis.
Campanula lutea linifolia, Ad. Lob. Lugd.

X. Linum luteum ad ſingula genicula floridum.
Linum luteum ſyl. latifolium, Col.

XI. Linum fruticoſum ſubflavum: quod 1. eſt in Prod.

XII. Linum maritimum luteum.
Linum ſyl. Matth. Dod. Cæſ. Caſt. Lugd. Cam.
Linum marinum luteum, Ad. Narbonenſe, Lob.

XIII. Linum Virginianum.
Linũ ſpontè prodit, ab Anglico caule & foliis diverſum, materia tamen perinde bona: in deſcr. Virgin.

Linum ſyl. anguſtifolium.

I. Linum ſyl. anguſtifolium flore magno.
Linum ſyl. 4. Cluſ. pan. ſyl. 5. anguſtif. 2. Eid. hiſt.
Linum ſyl. 3. Dod. Tab. Cam. ep.
Linum ſyl. floribus albis, Lob. Ger.
Linum ſyl. 2. floribus albis, Lugd.
Linum ſyl. tenuifolium, Cam.
Flore eſt cæruleo intenſo, violaceo, albo, albo lineis purpureis diſtincto. Reperitur colore cæruleo in candidum langueſcente & veluti cinereo, capitulis etiam longè amplioribus, quod Lini ſyl. anguſtifol. albi aliud genus, Cluſ. pan. & hiſt.

II. Linum ſyl. anguſtifol. floribus dilutè purpuraſcentibus, vel carneis.
Linum ſyl. anguſtifol. vel 2. Cluſ. hiſp. Dod.
Lini ſyl. 4. ſpecies 3. Cluſ. pan. at 6. in hiſt.

III. Linum ſyl. anguſtis & denſioribus foliis flore minore.
Linaria 4. Trag.
Linum ſyl. 3. Cluſ. pan. Lugd.
Linum ſyl. tenuifolium, Lob. Tab. Ger.
Linum ſyl. cæruleo flore, Cam. ep. Eyſt.
Linum ſyl. 4. anguſtifol. 1. Cluſ. hiſt.
Flos ex diluta purpura albicat, & quaſi carneus.

IV. Linum ſyl. anguſtifol. foliis rarioribus.
Linum ſyl. 2. Tab. ſyl. tenuifolium, Ger.
Flore eſt cæruleo; reperitur & albo.

V. Linum ſyl. minus.
Linum ſyl. 5. Cluſ. pan. at 8. in hiſt.
Chamælinum, Lob. Lugd. cæruleum, Tab.
Chamælinum perpuſillum, Ger.
Linum puſillum candicantibus floribus, Cam.
Flore eſt candido, vidimus & luteo.

VI. Linum minimum ſtellatum: quod 3. in Prodromo, & quibuſdam dicitur Paſſerina minor ſaxatilis.

VII. Linum pratenſe floſculis exiguis.
Linum ſyl. puſillum candicantibus floribus, Cam.
Linocarpos, Thal.
Linum ſyl. exiguum, Cam. ad Thal.

POLY-

POLYGALA ejusq; SPECIES.

ΠΟΛΥΓΑΛΟΝ *frutex brevis eſt, palmi altitudinem petens, foliis Lenticulæ, guſtu ſubacerbo (aſtricto Plinio) potus lactis abundantiam facere creditur (facit Plin.) unde nomen habet, Dioſcoridi l.4.c.142. Plinio l.27.c.12. Sunt qui noſtram intellexiſſe velint, cum noſtra potius ad Onobrychidem Dioſcoridis referenda videatur.*

I. Polygala major.
Polygala vulgaris major, Cluſ.pan.& hiſt.
Polygala major, Tab.
Variat flore, qui modo dilutioris purpuræ, modo cæruleus, modo albus, hinc tres figuræ
Polygala major alba : cærulea : purpurea, Tab.
Polygala purp. flore cæruleo: rubris florib. Ger.

II. Polygala vulgaris.
Polygalon, Trag.
an Theſion, Ang.
Polygala, Dod. gal. Tur. Lon. Thal. Cam. Tab. Ger.
Polygala recentiorum, Ad. Lob.
Onobrychis vera Dioſcoridis, Eid.
Flos ambervalis, Dod.
Amarella, Geſ.ep.
Crucis flos, Eid.coll.
Polygala vulgaris minor, Cluſ.hiſt.
Floribus eſt cæruleis, violaceis, dilutioris purpurę ſeu rubris, vel berſilici, vel ſanguinei coloris: rarius niveis albíſve : hinc tres figuræ
Polygala recent. rubris floribus: albis florib. Lob.
Polygala cærulea : purpurea : alba, Tab.
Polygala obſoleto flore : albis floribus, Ger.
Polygalon flore rubro purpuraſcente : & flore cæruleo, Eyſt.
Eſt & alia folioſis circa radicem rotundioribus, flore cæruleo, ſapore admodum amaro, qui in cæteris non ita inſignis animadvertitur, Thal.

III. Polygala acutioribus foliis Monſpeliaca.
Onobrychis 3. Lugd.

IV. Polygala lutea.
Polygala, Ang. Cam.

V. Polygala repens nivea.
Polygala, Caſt. repens, Lob. Lugd. Tab. Ger.

VI. Polygalæ affinis.
Chamæmyrſine quorundam, Lugd.

ONOBRYCHIS.

ΟΝΟΒΡΥΧΙΣ *folia habet Lentis ferè longiora, caulem dodrantalem, florem puniceũ, radicem exiguam, Dioſcoridi l.3.c.170. Alii Polygalæ vulgatæ, non adeò malè: alii Capiti gallinaceo, de quo inter Vitia agetur: alii ſequentibus tribuunt, & ab aſini ruditu nomen habere volunt.*

I. Onobrychis quarta lutea, Dalech. Lugd. quid?

II. Onobrychis arvenſis : vel Campanula arvenſis erecta.
Onobrychis, Dod. gal. prima, Lugd.
Avicularia Sylvii, Geſ.col.
Viola anonymos inodora, Eid.
Campanula parva 3. Dod. 8.
Campanula arvenſis minima, Dod.
Onobrychis altera Belgarum, Lob. Eyſt.
Elatine, Cæſ.
Speculum Veneris, Ger.
Foliis ludit, ſuperioribus latioribus caulem amplexantibus, inferioribus longioribus, nullis crenatis, ſed quibuſdam criſpatis: hinc apud Tab. duę figuræ, nomine
Violæ arvenſis, & Violæ pentagoniæ.

GLAUX.

ΓΛΑΥΞ *foliis Cytiſo aut Lenticulæ ſimilis eſt, ſupernè virens, inverſa candicans: ramulis quinis ſenísve à terra, tenuibus, à radice dodrantalibus: flores violæ albæ, purpurei exeunt, at minores: naſcitur juxta mare: in ſorbitione lactis ubertatem intermiſſam reſtituit, Dioſcorid. lib.4.cap.141. Plinius lib.27.cap.9. cui Glaux antiquitus eugalacton. Fortè γλαῦξ quaſi γάλαξ lac. Glaucis nomen, Tragus Polygalæ flore rubro tribuit: at eam quæ flore eſt albo, Polygalam Dioſcor. facit. Sunt qui Glaucis nomen cuidam leguminoſæ, de qua ſuo loco, tribuant.*

I. Glaux maritima.
Glaux, Dod. gal. Lugd. Cam.
Glaux exigua maritima, Ad. Lob. Ger.
Glaux marina minor, Tab.

II. Glaux latiore folio Thuringiaca.
Glaux, Cord. in Dioſc. altera, Cam.

Varie-

Varietas in hac: alia enim major, foliis modo latioribus, modo anguſtioribus: alia minor denſis ceſpitibus, cauliculo inferius ob folia delapſa, ceu geniculato: qualis circa Egram locis nitroſis provenit: Similem ex Scotia habemus.

STOECHAS ARABICA.

ΣΤΙΧΑ'Σ, ab Inſulis ejuſdem nominis, è regione Maſſiliæ, ubi naſcitur, cognomentum accepit, teſte Dioſcoride l.3.c.32. Plin.l.28.c.12. Sunt qui rectius Stachyn, quaſi ſpicam, dici exiſtiment.

I. Stœchas purpurea. I = Lavandula Stœchas, L. mill. dict.
Stœchas, Trag. Matth. Geſ.h. Lac. Ad. Lob. Lon. Caſt. deſ. Lugd.
Stichas, Fuch. Dod. gal. Tur.
Stichas arabica, Cord. in Dioſc. & hiſt.
Stœchas arabica, Cam.
Spica Italica ſyl. Cæſ.
Stœchas brevioribus ligulis, Cluſ. hiſt.
Variat: nam ea quæ ex Arabia adfertur, denſiotibus eſt ramulis.

II. Stœchas cauliculis non foliatis.
Stœchas, Caſt. ico. Dod. 8. in Belgio nata, Eid. fol.
Stœchas nudis cauliculis ſummis, Lob.
Stœchas capitulis foliatis, Lugd.
Stœchas longioribus ligulis, Cluſ. hiſt.

II = Lavandula Stœchas, L. mill. dict.

III. Stœchas latifolia flore albo.
Foliis eſt Lavendulæ flore magno albo: in Murena Caſtiliæ D. Albinus legit.

IV. Stœchas folio ſerrato: & Dod. Ger.
Stœchas 2. Cluſ. hiſp. IV = Lavandula dentata, L. mill. dict.
Stœchas folio ſerrato & criſpo, Lob.
Stœchas ſerrata, Tab.
Stœchas criſpo folio, Cluſ. hiſt.
Succudus Avicennæ Myconi, Lugd.
Ex horto Clariſsimi Contareni accepimus.

V. Stœchadi ſerratæ affinis.
Tragium alterum Dioſcor. Secudus & Sucudus Avicennæ, Rauwolff. & Lugd. ap.

LAVANDULA.

LAVANDULA, quod lavacris expetatur, huc refertur, & propter formam & propter nomen, cum Stœchas Arabica à Meſuæo dicatur. Pſeudonardus Plinii l. & c.12. cenſetur. Alii Stœchadi veterum cognatam faciũt: alii Cneorum, ſive Caſiam albam Theophraſti volunt: quidam Iphyum Plinii ſuſpicatur.

I. Lavandula latifolia.
Spica Nardus Germanica, Trag.
Nardus Italica, Matth. Lob. Germanica, Lon.
Lavandula, Ang. (cui & Cneorum Theoph.) Geſ. hor. Dod. Ad. fœmina, Dod. gal.
Lavandula major, Cord. in Dioſc. & hiſt.
Pſeudonardus, Matth. Caſt. mas, Fuch. at. in ico. fœmina.
Lavandula mas, Lugd. latioribus foliis, Cam.
Lavandula altera longiore folio & ſpica, Cluſ. hiſt.
Caſia alba Theophraſti, Dalech. in Plin.
Flore eſt cæruleo: habetur & albo, & purpureo: hinc figuræ duæ apud Tab. Ger. & Eyſt. ſub Lavandula 1. & ſpica hortulana fl. albo, Tab.
Lavandula fl. cæruleo: & Stœchas ſive Spica hortulana, Ger.
Lavandula flor. cæruleo: & Lavandul. flore albo, Eyſt.
Quæ flore eſt albo, folia vulgari paulo latiora habet.

II. Lavandula anguſtifolia.
Lavẽdula Trag. (cui & Caſia Germanica) Matth. Lac. Lon. vulgaris, Cord. in Dioſc.
Lavendula minor, Cord. h. fœmina, Lugd.
Pſeudonardus fœmina, Matth. Fuch. (at in ico. mas) Caſt.
Stachys, Ang.
Nardus vulgo dicta, Geſ. hor.
Lavandula mas, Dod. gal. altera, Eid.
Spica, Ad. Lavendula, Lob.
Spica Italica & domeſtica, Cæſ.
Spica Nardi, Cam.
Lavandula breviore folio & ſpica, Cluſ. hiſt.
Flore eſt cæruleo: habetur & albo: huic duæ figuræ apud Lob. Tab. Ger.
Spica lavendula, & Lavendula alba, Lob. ico.
Lavendula alba, & Spica alba, Tab.
Lavandula flore albo, & Lavãdula hort. minima, Ger.
Spica vulgaris fl. cæruleo & fl. albo, Eyſt.

II = Lavandula ſpica, L. mill. dict.

III. Lavandula folio diſſecto.
Lavendula multifido folio, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Lugd. III = Lavandula multifida, L. mill. dict.
Lavandula 2. Tab.
Stœchas multifida, Ger.

ROSMA-

ROSMARINUS.

ΛΙΒΑΝΩΤΟ'Σ *Dioſcoridi lib.3. cap.89. ab odore Thuris nomen habet, Galeno 7. ſimpl.* λιβανωτὶς στεφανωματικὴ *id eſt, Libanotis coronaria, quod ea* οἱ στεφανοπλόκοι *coronarii, ad corollas utantur.*

Genera tria fecit Dioſcorides & Galenus: umbelliferi genera duo, unum fœcundum, alterum ſterile: tertium non umbelliferum à coronariis expetitum. Theoph. 9. hiſt. 12. duo genera propoſuit, fructiferum folio helioſelini, ſemine & radice candidis: & ſterilem folio Lactucæ. Plinio lib. 24. cap. 11. genera duo: alterum ſterile: alterum cui & caulis & ſemen reſinaceum, quod Cachrys vocatur: foliis odor thuris. At lib. 19. cap. 12. Roſmarinum coronarium, cum aliis ſpeciebus confundit.

Hic de coronario agimus (de aliis inter umbelliferas dictum fuit) quem aliqui Cneoron nigrum Theoph. & Caſiam Hygini volunt.

I. Roſmarinus hortenſis anguſtiore folio.
Roſmarinus, Brunf. Trag. Fuch. Tur. Lon.
Roſmarinum coronarium, Matth. Ang. (cui & Cneorum Theoph. & Caſia Latinorũ) Dod. gal. Lac. Ad. Lob. Cæſ. Lugd. Cam. Eyſt.
Libanotis coronaria, Cord. in Dioſc. Geſ. hor.
Roſmarinus minor ſive tenuifolius, Geſ. hor.
Caſia nigra Theophraſti, Dalech. in Plin.
Hyſſopus Hebræorum quibuſdam.
Floribus eſt cõmuniter ſubcæruleis, rarius albis.

II. Roſmarinus ſpontaneus latiore folio.
Roſmarinus ſyl. ſeu major, Cord. hiſt.
Roſmarinus alter ignobilior, Geſ. hor.
Roſmarinum ſyl. Cæſ.

Hic ſponte Monſpeſſuli cum Epiroſmarino reperitur.

Eſt & alius Roſmarinus ſyl. de quo inter Ledi genera.

SECTIO QUARTA.

HYSSOPUS; SATUREIA ſive THYMBRA; THYMUS; EPITHYMUS; CUSCUTA; SERPILLUM; POLIUM; AGERATUM; Pulegium; Dictamnus; Origanum; Tragoriganum; Sampſuchus ſive Amaracus; Marum ſive Majorana; Clinopodium & Acinos; Erinus; Ocimum ſive Baſilicum.

HYSSOPUS.

ΥΣΣΩΠΟΣ *Dioſcoridi lib.3. cap.30. ſic dici volunt quaſi* υ μενον *(pro* χυόμενον *ἐπὶ τὴν ὦπα quia ſuper vultus effundatur: quam Dioſcorides inter umbelliferas ſtirpes retulit: communis verò ſpicata eſt.*

Genera duo Dioſcoridi, ὀρεινὴ, *montana: &* κηπευτή *hortenſis: Verum Græcorum Hyſſopus, ab Arabum & Officinarum Hyſſopo differt, qui à nonnullis Symphytum petræum Dioſc. l.4. c.9. eſſe videtur: aliis Polium, Hyſſopus Dioſcoridis eſt. Plinius Hyſſopi lib.26. cap. octo, vires propoſuit: & l.14. c.16. Hyſſopi ex Cilicia, ad vini confectionem, meminit, multis plantæ notis additis.*

I. Hyſſopus officinarum cærulea, ſive ſpicata.
Hyſſopus, Brunf. Trag. Tur. Cord. in Dioſc. Lac. Lon. Tab. Cam. flore cæruleo, Eyſt.
Hyſſopum, Matth. Cæſ. Caſt.
Hyſſopus hortẽſis, Fuch. cõmunis, Ang. Dod. gal.
Hyſſopus vulgaris, Geſ. hor. Dod. Cluſ. hiſt.
Hyſſopus ſativa, Cord. hiſt. Lugd.
Hyſſopus Arabum, Ad. Lob. Ger.

Floret aliquando ex una, aliquando ex utraque parte, quæ
Hyſſopus utrinque florifera, Dod.

Alia odore moſchum redolente à priore differt, quæ facilè in vulgatam degenerat.
Hyſſopus moſchata vel de Ciliſſa, Geſ. hor.

Meminit Geſn. & criſpæ: habetur & foliis diſſectis: item communiter eſt foliis atrovirentibus: eſt & pallidè luteis: ſpica quoque brevi & rotunda à priore variat: circa vulgatum & Epihyſſopus reperitur.

II. Hyſſopus rubro flore.
Hyſſopus Arabum fl. rubro, Lob. Lug. Cam. Ger. Eyſt.
Hyſſopus Arabum, Tab.

Flores ſæpius uno tantum, aliquando utroque ordine digeſti: ſatione quoque in colorem cæruleum degenerare ſolet.

III. Hyſſopus vulgaris alba.
Hyſſopus albis floribus utrinq; digeſtis, Lob.ico.
Hyſſopus flore albo, Lugd.Cam.Eyſt.

IV. Hyſſopus Anglica.
Hyſſopus ab una parte alba, altera viridis, Ad. Lugd.Tab.

V. Hyſſopus minor anguſtifolia.
Hyſſopus alter, Dod.ut:
Hyſſopus parva anguſtis foliis, Lob.ico.
an Hyſſopus Hiſpanicus minor, Cluſ.hiſt.

VI. Hyſſopus hirſuta: in Prod.

VII. Hyſſopus umbellata.
Hyſſopus vulgaris comoſus, Cluſ.hiſt.

IIX. Hyſſopus latifolia, in Prod.deſcripta.

IX. Hyſſopus rotundifolia ſpicata, fortè Dioſcoridis.
Hyſſopus folio Origani Dalechampii, Lugd.

X. Hyſſopus latifolia coma rotunda conferta.
Hyſſopus ex codice Cæſar.Dod.Lugd.Col.

XI. Hyſſopus anguſtifolia ſpicata.
Hyſſopus anguſtifolius ſpicato flore, Cluſ.hiſt.

XII. Hyſſopus anguſtifolia montana aſpera.
an Hyſſopus ſyl.& montana, Trag.
Hyſſopus montana, Matth.Lugd.Caſt.
an Hyſſopus montana odora, Cam.

XIII. Hyſſopifolia.
Graſe poley, Cord.ob.
Gratiola minor, Geſ.col.
Hyſſopoides, Cam.

Eſt major latioribus foliis, minor anguſtioribus: floribus eſt cæruleis minoribus, rariſsimè albis: at ex Hiſpania habemus, floribus oblongis, ſaturatioris cærulei coloris.

SATUREIA.

ΘΥ'ΜΒΡΑ *Dioſcoridi lib.3.c.45.* θύμβρον *Theoph.7.hiſt.1. (fortè* ἀπὸ τοῦ θύειν *ob fragrantiam) dicitur ipſa Satureia. At Satureia, aliis à ſaturando dicta, quod cibis loco condimenti addatur: alii à Satyris nomen traxiſſe putant, eò quod coitus marceſcentes ſtimulet.*

Genera duo Dioſcoridi: ſylveſtris & ſativa. Theoph.7.hiſt.6. ſylveſtris urbanæ aſpectu vicina: at 6.hiſt.1. plura ejus genera eſſe monet. Plinio l.19.c.8. Thymbra, quæ Cunila, quæ & Satureia dicta in cõdimentario genere: & l.20.c.16. Cunilæ præter ſativam, plura ſunt in medicina genera: eſt quæ bubula appellatur, alia gallinacea, quæ Origanum Heracleoticum, &c.

I. Satureia hort. ſive Cunila ſativa, Plinii.
Hyſſopus agreſtis, Brunſ.
Satureia, Trag. Lac. Lon. Dod. Lob. Cæſ. (cui & Cunila & Thymbra agreſtis) Tab.Cam.
Satureia altera, Matth. vulgaris, Dod.gal.
Thymbræ 2. ſpecies, Ang.
Satureia ſativa, Fuch.Tur. hortenſis, Geſ.hor. Ad. Lob.ico.
Thymbra vera, Geſ.hor.
Satureia ſive Thymbra ſativa, Cord.in Dioſc.& hiſt.
Satureia vulgaris hortenſis, Lugd.
Satureia ſyl. altera, Caſt.
Satureia hortenſis æſtiva, Ger.
Satureia domeſtica, Eyſt.

Floſculis eſt candidis, aut dilutè purpureis: aliquando caule & foliis ſubcæruleis. Addit Tab. Satureiam Romanam 2. quam ſub Hyſſopo albo flore Ger. pinxit, quid eſt?

II. Satureia montana. (Eyſt.
Thymbra, Dod.Cord.in Dioſc.& hiſt.Lug.Tab.
Thymbra ſyl. Ang. agreſtis, Geſ.hor.
Satureia altera, Lac.
Satureia hortenſis, Lob.ob.Cæſ.
Satureia ſive Thymbra altera, Ad.Lob.ico.
Saxifraga 2. Cam.ep.Matth.
an Satureia perennis, Cam.

Floſculis eſt purpureis, aut candidis: in hortis foliis eſt latioribus, ut Lob. in ſylveſtribus anguſtioribus, ut Dod.& Lugd. pingũt; utramq; Cam. in Matth. expreſsit. Huic Cuſcuta etiam innaſcitur, quam
Epithymbrum ſive Cuſcutam thymbræ adnatã, Cord.in Dioſc.
Epithymbrum Æginetæ, Cord.hiſt.
Epithymbron, Caſt.vocat.

III. Satureia ſpicata.
Saxifraga 1. Matth. (ico.
Thymbra S.Juliani, ſive Satureia vera, Ad.Lob.
Saxifragia vera, Dioſc.Lugd.
Clinopodium, Cæſ.
Thymbra vera, Lugd.Tab.
Satureia S.Juliani, Ger.

Duplex eſt: quæ in monte S.Juliani, foliis eſt anguſtiſsimis: quæ verò Romæ & Neapoli in tectis & parietibus provenit, foliis eſt latioribus.

IV. Satureia Cretica.

Thym-

Thymbra Cretenſis, Alpi.
Thymbra legitima, Cluſ. hiſt.
Thymbram Bellonii, antiquorũ legitimam cenſet Belli ep. ad Cluſium.
Satureia legitima Dioſcoridis, Ponæ.

Hanc Thymbræ legitimæ nomine, & quæ vulgo τρίβι & θύμβει dicatur, ab Honorio Belli ex Creta accepimus.

V. Satureia thymi folio.
Satureia Dioſcoridis, Matth. Caſt. Lugd.
Polium fœminam recentiorum eſſe volunt, Ad.
Thymum vulgatiorem folio tenuiore, dicit Eyſt.

Hanc ex horto Clariſsimi Contareni Thymbræ nomine habemus.

THYMUS.

Θύμος Dioſcoridi l.3.c.44.& Theoph.4.hiſt.7.& 6.ejuſd.2.& 1.cauſ.5. ἀπὸ τοῦ θυμοῦ, quod iis qui animi deliquium patiuntur adhibeatur, alii ἀπὸ τῆς θυμιάσεως, καὶ τῆς θυῆς deducunt, quod hoc veteres in ſacris, quæ igne accenſo fiebant, primum uſi ſint, ut apud Rhodiginum l.3.c.23. legere eſt.

Genera: Dioſcorides l.c. capitatum deſcripſit: at l.4.c.179. Thymi durioris meminit. Ex Theoph.6.hiſt.2. duo genera, Plinius l.21.c.10.& 21. candidum & nigricans propoſuit.

I. Thymus vulgaris folio tenuiore: & Eyſt.
Thymus, Brunf. Trag. Fuch. Tur. Cord. h. Lon. durior, Cam.
Thym' noſtrâs, Cord. in Dioſc. vulgaris, Geſ. hor.
Thymum durius, Dod. gal.
Serpillum hortenſe, Dod. ico.
Pepolina, Cæſ.

Foliorum colore variat: alteri virentia & ſuaveodorata: alteri candida & graveolentia, qui rarior eſt.

II. Thymus vulgaris folio latiore.
Thymum durius, Dod. Lob. ico. Cluſ. hiſp. Ger.
Thymum vulgare, Lugd.
Thymus niger, Tab.
Thymus alter durior, Cam.

Flore eſt purpureo, nunc albicante.

III. Thymus capitatus, qui Dioſcoridis.
Thymũ, Matth. Ad. Lob. Creticũ, Cord. in Dioſc. Dod. gal. Lugd. Cæſ. legitimum, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Thymum cephaloton, Dod.
Thymus, Ang. Lac. Caſt. 2. Alp.
Thymus capitatus, Cord. hiſt.
Thymus verus capitatus ſive Creticus, Cam.

IV. Thymum inodorum, in Prod. deſcriptum.

EPITHYMUM & CUSCUTA.

Ἐπίθυμον Dioſcoridi l.4.c.179.& Plinio l.26.c.8. flos eſt è Thymo duriore, Satureiæ ſimili. Verum non ſolum Thymo, ſed & Thymbræ Polio, Dictamno, Chamædri, Hyſſopo, Serpillo, Majoranæ, Origano, Stœbe, Ebulo aliiſq; Cuſcutæ modo circumnaſci obſervavimus.

CUSCUTA, recentioribus Græcis κασσύθα, quam aliqui Androſacen Dioſcoridis l.3.c.150. alioqui Cadytam Theoph.2.cauſ.3.& Plinii l.16.c.44. eſſe volunt. Sed ad Orobanchen Theoph.5.cauſ.22. referri poteſt. Nonnullis podagra lini, quod linum amplectatur: λινόδεσμον, Geſnero.

I. Epithymum ſive Cuſcuta minor.
Epithymum, Matth. Lac. Ad. Caſt. Lugd. (qui & Matth. & Lob. figuram habet) Cæſ. (qui Thymo Italico innaſci ſcribit) Alp. Tab.
Epithymum Græcorum & Arabum, Lob.
Caſſutha minor, Dod.
Epithymum vulgare, ſi ex Thymo ſimili ablatũ, verum Dioſcoridis Epithymum eſt, Col.

II. Epithymum capitulis Platani crinitis.
Epithymus, peculiaris planta à Thymo & Cuſcuta, quæ in Sclavonia provenit foliis Thymbræ hirſutis, in cauliculorum ſummis capitula hirſuta rotunda, Platani pilulis ſimilia, ex cujus floſculis capillamenta rufeſcentia prodeunt: radicem habet craſſam nigram, intus albã, quæ exiccata nõ ſecus quam capillamenta purgat: & apud Sclavonios Verduun Xeglie, id eſt, Herba coleram purgans: hæc Anguil. Sed quid eſt?

III. Cuſcuta major.
Androſaces, vulgo Cuſcuta, Trag.
Androſace Dioſcoridis, ſi legatur ἄφυλλον, id eſt, ſine foliis, Ang.
Cuſcuta, Matth. Ang. (cui & Caſuta) Lac. Lon. Caſt. Cæſ. Cluſ. pan. & hiſt. Ger.
Caſſytha, Dod. gal. Geſ. hor. Ad. Lob. Tab.
Caſſutha, Fuch. Tur. Dod. Lugd. Thal.

Hæc paſsim herbis & fruticibus adnaſcitur, potiſsimum Urticæ majori, lino, trifolio corniculato, lupulo, rubo & vepribus: colore vel albo vel rufo.

SERPYLLUM.

ΕΡΠΥΛΛΟΣ Dioſcoridi lib.3.cap.46. ἀπὸ τοῦ ἕρπειν à ſerpendo dictum: quia aliqua ejus particula terram tangente, ab ea radices demittantur: Sic & Plinio lib.20.cap.22.

Genera duo Dioſcoridi ſunt: primum hortenſe, odore Sampſuchi: alterum ſylveſtre Zygis dictum, quod non ſerpat, ſed in altitudinem excreſcat. Theophraſtus 6.hiſt.7. duo genera agnoviſſe videtur, cum dicat Serpylli ſylveſtre quoque genus eſſe. Plinius & ſativi & ſylveſtris meminit, & hoc ſerpere tradit: quod non intelligendum de eo Serpyllo, quod l.16.c.44. arboribus ſe circumdare ſcribit.

I. Serpyllum majus latifolium.
Thymum latifolium, Lob.ico.

II. Serpyllum latifolium hirſutum: quod 1. in Prod.

III. Serpyllum ſativum.
Serpyllum, Matth.Lac.Lugd.Tab.
Serpyllum domeſticum, Caſt.
Serpyllum foliis amaraci, Ger.

IV. Serpillum vulgare majus.
Serpyll.majus fl.purpureo, & aliud candido, Cam. Ger.
Serpyllum album 1.& 2.Tab.
Flore eſt albo, eſt & purpureo.

V. Serpyllum foliis citri odore.
Serpyllum alterum citratū. Matth. citrum olens, Geſ.hor.Thal.citratum, Tab.Eyſt.
Serpyllum ſyl.1.citratum, Caſt.
Serpyllum referens planta, odore citri, Cæſ.
Serpyllum pannonicum 1.Cluſ.pan.& hiſt.
Thymum latifolium, Ger.ico.

VI. Serpyllum vulgare minus.
Serpyllum Brunſ.Trag.Fuch.Ang.Geſ.hor.Tur. Lac.Lon.Ad.Lob.Cæſ.Lugd.
Serpyllum vulga. Dod.Ger.& vulgare flore albo.
Serpyll.ſyl.Matth.Cord.in Dioſc.ſyl.alterū, Caſt.
Serpyllum minus fl.albo, & flore purpureo, Tab.
Serpyllum vulgare repens, Cluſ.hiſt.

Aliud foliis eſt rotundis, aliud acuminatis & anguſtioribus: flos ſubpurpureus, roſeus, candidus: pro cœli & loci diverſitate odorem mutat, & inodorum reperitur: aliquando Thymum durius in Serpyllum degenerat: ſic Theoph.5. cauſ. 8. Ocymum in Serpyllum tranſire, ſcribit.

Hoc quandoque cum capitulis lanuginoſis occurrit.

VII. Serpyllum anguſtifolium glabrum.
Serpyllum pannonicum 2.Cluſ.pan.& hiſt.
Aliquando inodorum eſt: aliquando odorem foliorum Nucis refert.

IIX. Serpyllum anguſtifolium hirſutum: vel montanum repens hirſutum.
Serpyllum pannonicum 3.Cluſ.pan.& hiſt.

IX. Serpyllum folio Thymi.
Serpillum alterum, Dod.
Serpillum Narbonenſe foliis & facie perpuſilli anguſtifolii Thymi, Lob.Lugd.
Serpyllum ſyl.Zygis Dioſcoridis, Cluſ.hiſt.
Serpillum Creticum, Tab.Ger.

POLIUM.

ΠΟΛΙΟΝ Dioſcoridi lib.3.cap.124. ſic dictum propter caniciem, quæ in capitulis, ſecundum Dioſcoridem, at ſecundum Plinium, in foliis apparet: πολιὸς namque canitiem & canum ſignificat.

Genera duo Dioſcorides agnovit, τὸ ἕτερον montanum, alterum fruticoſius: Galenus 8.ſimpl.majus & minus. Plinius lib.21.cap.7. campeſtre majus, & ſylveſtre minus propoſuit.

Polium montanum.

I. Polium Lavandulæ folio.
Polium alterū, Matth.Geſ.hor.Lac.Lugd.Cam.
Polium majus, Cord.hiſt.campeſtre, Lon.
Polium recentiorum fœmina Lavandulæ folio, Ad.Lob.
Polium pannonicum 1.vel majus, Cluſ.pan.
Polium 7.flore albo.Cluſ.hiſt.
Polium foliis & facie Lavendulæ, Eyſt.
Variat foliis latioribus & anguſtioribus, hinc Polium fœmina, & Polium campeſtre, Tab.

Hujus ſpeciem per omnia majorem, cana lanugine candicantem, magis odoratam & aromaticam, Cordus in ſua hiſtoria notavit, Polium minus nominans.

II. Polium montanum luteum.
Polium, Tur.Dod.ico.at 5.deſcr.
Polium luteum, Ad.Lob.Lugd.Cluſ.pan.
Polium 3.Cluſ.hiſp.montanum 3.Eid.hiſt.
Polium montanum luteum, Tab.Ger.
Flos modo luteus, modo pallidus, interius palleſcens & foris exalbidus: interdum ex luteo vire-

vireſcens: Ex hujus ſemine natum, flore ex albo purpuraſcente, quod
Polium 4. Cluſ.hiſt.

III. Polium montanum album.
Polium montanum, Ang.Lob.Tab.Ger.
Polium minus & mediterraneum, Ad.
Polium alterum ſeu parvum, Dod.gal.
Polium tenuius & 2. Dod.
Polium mont. 1. Cluſ.hiſp. & hiſt.
Polium mont. alterum, Cæſ.
an Polium minus, Cord.in Dioſc.& hiſt.

Eſt duplex: alterum cauliculis humi ſparſis, foliis incanis & denticulis vix conſpicuis: alterum cauliculis erectis, foliis anguſtioribus, capitulis longioribus, quod
Polium mont. 2. flore albo, Cluſ.hiſt.

IV. Polium montanum repens.
Polium 4. & repens, Dod.
Polium 6. Cluſ. hiſp. montanum 8. Eid. hiſt. & pannonicum minus, Eid.pan.
Polium mont. ſupinum minimum, Lob.Lugd.
Polium montanum 3. Cæſ.
Polium mont. minimum, Tab.Ger.

Polium maritimum.

I. Polium latifolium incanum Creticum: in Prod.deſcr.

II. Polium anguſtifolium Creticum.
Poliũ erectũ Cret.& fortè fruteſcẽs Dioſc.Ponæ.

III. Polium maritimum erectum Monſpeliacum.
Polium 1. Matth.deſc. at 2. ico. Cluſ. hiſp.
Polium, Lac.Matthioli,Lugd.
Polium 1. ſive montanum Dioſc.Geſ.hort.
Origani 3. ſpecies Dioſcoridis,Quadramio.

Hoc & locis maritimis, & diverſis collibus, & arenoſis littoribus,ut ad Cetium montem,& Magalonam inſulam Narbonenſis Galliæ fruticat, ita ut & maritimum & montanum dici poſſit: in quo Epipolium notavimus.

IV. Polium maritimum ſupinum Venetum.
Polium 1. Dod.gal.
Polium repens 3. Dod.ico at 4. deſc.
Polium Venetum, Ad.
Polium 4. Cluſ.hiſp.Lugd.
Polium montanum, Caſt.Cæſ.
Polium mont. purpureum, Lob.Tab.Ger.5.purpureum, Cluſ.hiſt.
Origanum 3. genuinum Dioſcoridis, Quad.
Hyſſopus Apulus Dioſc.& Serapionis, Col.

Illud erectum eſt, & omnibus partibus craſſius: hoc vero repit, tenuius & candidius eſt: utrumq; loco natali legimus.

V. Polium montanum ſupinum alterum.
Polium 5.Cluſ.hiſp.6.albo flore,Eid.hiſt.

Sola teneritate & floris colore à priore differt.

VI. Polio affinis Guacatane.
Guacatane plantula Polio montano haud abſimilis, ſed inodorum, Monard. & ex eo, Lugd. Caſt.
Guacatane piloſellæ comparare poſſumus,Frag.

AGERATUM.

Ἀγήρατον *Dioſcoridi l.4.c.59. cui nomen inditum,* διὰ τὸ ἐπιπολὺ τὸ ἄνθος ὁμοιοειδὲς φυλάττεσθαι, *quoniam flos in ſua coloris ſpecie diutiſſimè conſervetur: quaſi dicas ſenectutis expers, quod* ἀγήρως *dicitur: vel ut Plinius l.27.c.4. quoniam diutiſſimè non marceſcat.*

I. Ageratum foliis ſerratis.
Eupatorium Meſuæ, Trag.Geſ.hor.Matth.Lon.
Ageratum, Matth.Geſ.hor.Lac.Caſt.deſc.Lugd. Cam.Tab.Col.Eyſt.
Ageratum Septentrionalium, Ad.Lob.Eyſt.
Mentha corymbifera minor, Cord.hiſt.
Coſtus minor hortenſis,Geſ.
Herba Julia, Ang.Geſ.col.
Balſamita minor, Dod.
Balſamita fœmina, Ger.
Camphorata, Cæſ.

Floribus eſt luteis,rarius candidis,& hoc
Ageratum floribus candidis, Ad.Lob.Tab.Cam.
Ageratum 2. Matth.Lugd.

Hoc etiam majus eſt & minus: nam quod in Hetruria provenit multò minus eſt, quod
Ageratum minus, Cam.in Matth.

Circa Monſpeliũ etiam Corymbis longioribus & magis compactis reperitur.

II. Ageratum foliis non ſerratis.
Ageratum 3. Matth. Lugd.
Ageratum minus, Lob.Cam.Tab.

III. Ageratum ſerratum alpinum.
Ageratum purpureum & Moſchatella cærulea Germanis quibuſdam, Lugd.

PULEGIUM.

ΓΛΗ'ΧΩΝ *Dioſcoridi l.3.c.36. cui & βλήχων, à βληχῇ balatu, quoniam dum floret, guſtatum à pecoribus βληχὼ ὑπὸ τ. πλεόντων balatum concitet: quod & Plinius l.20.c.14. notavit. Pulegium latinis, quod ejus flos recens incenſus, pulices interficiat.*

Genera duo Plinius fecit, ſativum & ſylveſtre: illud marem & fœminam: mas candidum, fœmina purpureum florem habet, quo ſolo inter ſe differunt: ſylveſtre, quibuſdam Dictamnus dicitur.

I. Pulegium latifolium.
Pulegium, Brunf. Trag. Matth. Fuch. Tur. Cord. in Dioſc. & hiſt. Dod. Lon. Cæſ. Caſt. Cam.
Pulegium vulgatum, Ang.
Pulegium fœmina, Fuch. in ico.
Pulegium aquaticum, Geſ. hor.
Pulegium regium, Ad. Lob. Lugd. Eyſt.
Floribus eſt cæruleis ex roſeo albicãtibus, rariſſimè albis.

II. Pulegium latifolium alterum.
Pulegium, Caſt. mas Plinii, Lob. ico.

III. Pulegiũ foliis Nummulariæ: in Prod. deſcribitur.

IV. Pulegium anguſtifolium.
Pulegium cervinum, Geſ. hor. Lugd. Cam. Eyſt.
Pulegium alterum foliis oblongis, Dod.
Pulegium anguſtifoliũ, ſive cervinum, Ad. Lob.
In foliis aliqua notatur differentia; hinc Pulegium Creticũ & Pulegiũ Maſſilioticũ, Tab.
Pulegium mas & Pulegium regium, Ger.

DICTAMNUS.

ΔΙΚΤΑ'ΜΝΟΥ *Dioſcorides l.3.c.37. meminit, & aliquibus γλήχων ἀγρία Pulegium ſylveſtre dici. Videtur δικτάμνου vox, ἀπὸ τοῦ τίκτειν deduci, eò quod, ut Dioſcorides & Theoph. ὀξυτόκον ἐστι: cum non modo potum, ſed appoſitum quoq; partus defunctos ejiciat. δίκταμον Theoph. 9. hiſt. 16.*

Genera tria Dioſcoridi & Theoph. Creticum, pulegio ſimile at majoribus & lanuginoſioribus foliis: Pſeudodictamum, minus illo acre, & ut Theoph. minus, & viribus longè inferius: & Dictamnum Creticum alterum folio Siſymbrii, floribus origani ſylveſtris: quod Theoph. veluti æquivocè ſic appellatum ſcribit, nec enim ſpeciem, nec vim eandem habere. Idem Plinius l.25.c.8. Officinæ Dictamnum album etiam habent.

I. Dictamnus Creticus.
Dictamnus, Brunf. Dictamnus, Ang. Tur.
Dictamnum, Matth. Lac. Ad. Lob. Caſt.
Dictamnum Creticũ, Matth. Cęſ. verũ, Dod. Lug.
Dictamnus vera, Cord. in Dioſc. Geſ. hor.
Dictamnus Creticus, Trag. Dod. gal. Lon. Cam.
Qui ex Creta adfertur, craſsioribus & villoſioribus foliis: qui ex hortis Italię majoribus, minusq; incanis: monet Cluſ. hiſt. ap. in Sardinia minoribus, cãdidioribus & odoratiſsimis foliis reperiri.

II. Pſeudodictamnus verticillatus inodorus.
Pſeudodictamnũ, Matt. Dod. gal. Lac. Caſt. Cam. Lugd. qui & Matth. & Dod. figuram proponit.
Pſeudodictãnũ florib. verticillatis, Ad. Lob. Eyſt.
Καλλιμαϑεια, Ang.
Pſeudodictamni nomine ex Creta, Cæſ.
Gnaphalium Dioſcoridis, Ponæ.

III. Pſeudodictamnus alter odoratus, quid?
Dictãni 3. genus, ſive Dictã. nõ Creticũ, Dod. gal.
Pſeudodictamnum, Eid. in ico.

IV. Pſeudodictamnus acetabulis Moluccæ.
Pſeudodictamnus Cydoniæ, ſive Dictamnus 2. Theoph. Ponæ.
Ex horto Clariſsimi Contareni.

V. Dictãnus albus vulgo ſive Fraxinella: quia vulgo Dictamnus dicitur, huc retulimus, alias rectius in aliam claſſem referretur.
Dictamus putatus, Brunf.
Dictãnus vulgaris, Trag. Geſ. h. Cam. Offic. Lon.
Pæonia maſcula, Eidem.
Dictamnum album, nonnulli pumila fraxinus, Matth. Lac. Cæſ. Caſt.
Tragium, Dod. gal. Geſ. hor. (qui tamen negat) primum Dioſcoridis, Ad.
Tragium Creticum, Guil. the.
Dictamnus noſtra, Cord. in diſ.
Fraxinella, Cord. hiſt. Dod. Lugd. Cluſ. pan. & hiſt. Ger. Eyſt.
Natrix Plinii, Ang.
Diptamum album, Belli ep. 3. ad Cluſ.
Polemonium, Tab.
Plinio l.27.c.12. Natrix vocatur herba, cujus radix evulſa virus hirci redolet. Tragium Dioſcor. l.4. c.49. in Creta tantũ naſcitur habens folia Lentiſco ſimilia & ramos & fructus, minora tamen omnia. Tragium negat Belli, quia hirci odorẽ non ſpiret, ſed gravem, neq; in tota Creta inveniri.
Duplex eſt: 1. elatius, oblongiore ſpica ſaturatiore, foliis nigricantibus: 2. humilius læviore ſpica, floribus & foliis dilutioribus.

ORIGANUM.

ὈΡΙ'ΓΑΝΟΣ Dioſcoridi l.3.c.32. διὰ τὸ χαίρειν ὄρεσιν dicitur, Euſtachio volente, qui ab ὄρος & γάνος derivat: alii παρὰ τὸ ὁρᾶν καὶ γανοῦν, quia viſus claritati conducat, deducunt.

Genera quatuor Dioſcoridi: ἡρακλεωτικός: ὀνῖτις, quaſi aſinis pabulo gratum ſit: ἀγριορίγανος, & τραγορίγανος: Theophraſtus 6. hiſt. 2. duorum tantùm meminit: nigri ſterilis, & candidi fructuoſi. Plinius l.20.cap.16. Origanum Heracleoticum Græcorum, quod Cunilam gallinaceam Romani appellent, refert: at c.17. Onitidis, quod praſion appellent Hyſſopo non diſsimile, & Tragorigani Heraclii, cujus tria ſint genera (Dioſcoridis utrumq; Tragoriganum intelligens) Cretici, Smyrnæi, tandẽ Heracleotici, quod Oniten vocent, hiſtoriam ſed confuſiorẽ tradit.

I. Origanum ſyl. Cunila bubula Plinii.
Origanum, Brunſ. Ang. Tur.
Origanum vulgare, Trag. Matth. Lon. Lugd. Eyſt.
Origanum ſyl. Dod. Cord. in Dioſc. Fuch. Geſ. hor. Lac, Tab. Cam. *I = Origanum vulgare, L. mill. dict.*
Origanum onitis majus, Ad.
Agrioriganum ſive Onitis major, Lob.
Origanum Italicum, Cæſ. Anglicum, Ger.
Foliis langioribus, rotundioribus variat: floribus ex cãdido rubentibus, phœniceis, ſanguineis.
Tragoriganum Dioſcoridis quibuſdam.

II. Origanum ſyl. album.
Origanum ſyl. Cam.
Origanum album, Tab. Ger. deſc.

III. Origanum ſyl. humile: in Prod. deſcriptũ.

IV. Origan. Heracleoticum: Cunila gallinacea Plinii. *IV = Origanum heracleoticum, L. mill. dict.*
Origanum peregrinum 1. vel 6. Trag.
Origanum Heracleoticum, Matth. Geſ. hor. Lac. Ad. Lob. Lugd. Caſt. Cam. Ger. 1. & 2. Tab.
Origanum Græcum, Ang.
Origanum alterum, Cæſ.
Eſt floſculis ex albo purpuraſcentibus: eſt & cãdidis.

V. Origanum Creticum. *V = Origanum creticum, L. mill. dict.*
Origanũ Heracleoticum in Creta, Cord. in Dioſcorid.
Origanum Creticum, Geſ. hor. Cæſ. Cam.
Origanum Anglicanum, Dod.
Hyſſopus Dioſcoridis, Ang.
Origanum Syriacum ſylveſtre, Ad.

VI. Origanum Onites; & Matth. Geſ. hor. Lac. Lon. Caſt. Lugd.
Origanum Heracleoticum, Rueſ.
Marum quibuſdam, Dod. gal. Lac. Lugd.
Hyſſopus genuina Græcorum, Ad. Lob.
Hyſſopus legitimus & Meſuæi, ſcarſapepe Hetruſcis, Cæſ.
Majorana major Anglica, Tab. Ger.
Origanum ſyl. potius quàm majorana, Col.

VII. Origanum Onites fl. albicantibus.
Origanum Onites, aliud à Matthioli, Cam. hor.
Origanum onites dictum, Eyſt.

IIX. Origanum folio ſubrotundo.
Origanum onitis Galloprovinciæ minus.
Origanum Monſpeliacum, Cam. ep. Matth. & hor. Tab. *IIX = Origanum creticum, L. var. β mill. dict.*

IX. Origano cognata Zatarendi: quid?
Zatarendi, Alpino, quod ſiccatum, inſtar Origani pro obionio comedunt. *IX = Origanum aegyptiacum, L. mill. dict.*

II = O. vulgare, L. var. β mill. dict.

TRAGORIGANUM.

ΤΡΑΓΟΡΙ'ΓΑΝΟΣ Dioſcoridi l.3.c.35. (origani 4. genus eidem, quod aliqui hircinum interpretantur, cum ſic dictum videatur, quaſi capris gratum ſit) quod pro locorum ratione variat: quoddam ſpecioſius latioribus foliis: alterum gracilius, foliis exilioribus, quod aliqui πράσιον vocant. Plinio l. 20. c.17. Tragoriganum ſimilius eſt Serpyllo ſyl. Is Tragorigani differentias à Dioſcoride propoſitas, ſub Origano Heracleo recenſet.

I. Tragoriganum Serpyllifolium.
Tragoriganũ, Matth. Lac. Caſt. Lugd. Ger. 1. Tab.

II. Tragoriganum latifolium.
Marum, Matth. Caſt. Lugd. Tab.
Tragoriganum, Dod. Lugd.
Tragoriganum alterum, Geſ. hor. Ad. Lob.
Thymum Creticum, Ger. ico.

III. Tragoriganum anguſtifolium.
Tragoriganum 2. Cluſ. hiſp. & hiſt. Dod. Lugd. Cam. ep. Tab.
Tragoriganum flore albo, Lob.

IV. Tragoriganum Creticum.
Tragoriganum Cretenſe apud Venetos, Ad. Lob.
Tragorigani 2. altera ſpecies, Cluſ. hiſp.
Tragoriganum Hiſpanicum 3. Eid. hiſt.
Thymum magnum, Alp. *IV = Thymus tragoriganum, L. mill. dict.*

SAMPSUCHUM, ſive AMARACUS; MARUM, ſive MAJORANA.

ΣΑΜΨΥΧΟΝ *in Cyzico & Cypro laudatiſſimum, ſecundum locum ſibi vendicat Aegyptium: vocatur à Cyzicenis & Siculis* ἀμάρακον *Dioſcorides l.3.c.47. Et Theophraſto 1.hiſt.15.6 hiſt.1. & 7. Amaracum (vel ut Gaza reddit Samſucum vel Sampſuchum) ſuffrutex eſt & coronaria herba minutis foliis condita ut Serpyllum &c. Amaracum Diocles medicus & Sicula gens appellavere, quod Aegyptus & Syria Sampſuchum. Plinius l.21.c.11.& 12. Sampſuchum ſive Amaracum in Cypro laudatiſſimum & odoratiſſimum, ex quo oleum, quod Sampſuchinum & Amaracinum &c.* Μάρον ἢ ὕσσωπον *Dioſcoridis l.3.c.49. Majoranam eſſe volunt.*

Genera duo Plinio l.12.c.24. Maron in Aegypto naſcitur pejus quam Lydium, majoribus foliis ac variis: illa brevia ac minuta & odorata.

I. Sampſuchus ſive Marum, Maſtichen redolens.
Clinopodiũ, Dod.gal.Geſ.hor.(cui & herba Sampſucho cognata) Cam.
Heleniũ, Theoph.fortè Tragoriganũ Dioſc.Ang.
Marum, Geſ.hor.Caſt.Tab.Ger.peregrinũ, Eyſt.
Marum, Maſtic Gallorum & Anglorum, Ad.
Marum, an Helenium odorum Theoph. Lob.
Marum verum, vulgo Maſtic, Lugd.
Marum vulgare ſive Clinopodium, Dod.
Tragoriganum 1. Cluſ. hiſp. & Tragoriganum Hiſpanicum 1. cujus ſemen Ambræ dulcis nomine miſſum, Eid.hiſt.

Ludit foliis nunc longioribus, nunc rotundioribus, modò anguloſis & hederaceis.

II. Marum repens verticillatum.
Sampſuchus Dioſc.ſive Amaracus ſerpens, Ad.
Marum ſupinum, Lob.
Marum ex Sicilia allatum, Sampſuch.Dioſc.Cæſ.
Marum repens, Tab.
Pulegium anguſtifolium, Ger.ico.

III. Majorana Syriaca vel Cretica.
Marum Syriacum, Ad.Lob.Lugd.Tab.Ger.
Marum Cretenſe, Alp.

IV. Majorana tenuifolia.
Majorana nobilis. Brunf.Ang.ſativa, Trag.Lon.
Majorana gentilis, Tur.tenuifolia, Tab.Ger.
Amaracus ſive Majorana tenuif.Matt.Caſt.Lug.
Amaracus, Sampſuchum, Geſ.hor.
Majorana tenuior & minor, Dod.
Amaracus tenuior, Ad.Lob.tenuif.urbana, Cam.

Hæc apud nos in Majoranam vulgarem degenerat: & huic Cuſcuta circumnaſcitur, quæ Epimajorana, Tab.Ger.

V. Majorana vulgaris.
Majorana, Brunf.Dod.
Amaracus, Matth.Fuch.Lugd.qui Matt. & Fuch. iconem proponit.
Sampſuchus ſive Amaracus, Latinis Majorana, Cord. in Dioſc. & hiſt.
Amar.vulgatior, Ad.Lob.ico.Eyſt.major, Caſt.
Amaracus, Majorana, Sampſuchum, Geſ.col.
Sampſuchus, Lac.Lob.
Majorana vulgo, Maron, Dioſc.Cæſ.
Majorana ſive Amaracus major, Geſ.h.Tab.Ger.
Amaracus ſyl. annua, Cam.

Hanc latis admodum foliis & capitulis rotundioribus ſub Majorana latifolia Eyſt.proponit.

VI. Majorana ſyl. perennis: & Cam.
Majorana ſyl. Trag.Geſ.hor.
Origano cognata majorana major, Eid.

Hanc Londino foliis ſubluteis accepimus.

VII. Majorana ſyl. latifolia.
Amaracus ſyl. foliis latioribus, Cam.
Majorana ſyl. Eid.

Hanc ex horto Sprēgeri Heidelberga habemus.

CLINOPODIUM & ACINOS.

ΚΛΙΝΟΠΟΔΙΟΝ *Dioſcoridi l.3.c.109. quod flores habeat* ὡς κλίνης ποδὶν ὅμοια: *Et Plinio l.24.cap.15 quod orbiculato florum ambitu ſpeciem pedum lecti præbeat, ex intervallis Marrubii modo diſpoſitis: quod ſane Clinopodio primo pulchro convenit. Verum ab aliis Ocymoides nominari monet, & Serpyllo ſimilem, ſurculoſam palmæ altitudine: quæ de ſecundo dici rectè poſſunt, propter foliorum formam cum Serpyllo, & odorem cum Ocimo.* Ἄκινος ἢ ἄκονος *herba coronaria ocimo ſimilis, ſed hirſutior atq; odorata, Dioſc.l.3.c.50.*

I. Clinopodium Origano ſimile.
Origanum 4. & minus, Trag.
Clinopodiũ, Cord.in Dioſc.Geſ.h.Lac.Caſt.Tab.
Clinopodium vulgare, Matth.majus, Cam.

Betonica

Betonica Pauli, Guil.
Pulegium montanum, Lon.
Origanum ſyl. Eid. verticillatum, Thal.
Calamintha 1. Tur.
Acynus ſive ſterilis, Ad.
Acinos, Lob. Ger.
Acinos, ſive Clinopodium ſyl. Lugd.
Clinopodium 1. Matth. Cluſ. pan. Lugd.
Herba origano vulgari ſimilis, Cæſ.

Duplex eſt: elatius majore folio: humilius alterum, minore: flore communiter purpuraſcente, rarius albo.

II. Clinopodium arvenſe Ocimi facie.

Baſilicum 3. Trag.
Calaminthum montanum, Eid.
Pſeudoclinopodium, & Clinopod. alterum, Matt.
Acinos, Dod. gal. Fuch. ico. Lac.
Ocymaſtrum, Fuch. Lugd.
Pulegium petræum, Geſ. hor.
Ocimum parvum, Lon.
Ocimum ſyl. ſive Acinos, Dod. Ger.
Clinopodium, Ang. Tur. Cæſ. majus, Thal.
Clinopodium alterum Matthioli, Lugd. Tab.
Clinopodium aut Lectipes, Ad.
Clinopod. vulgare, Lob. Cluſ. hiſt.

Foliis eſt modò latioribus, modò anguſtioribus, ratione loci: modò erecta, modò repens: aliquando hirſutiſsima, aliquando penè lævis: floribus cæruleis, rarius albis.

Hanc Matth. ut ex ejus deſcriptione patet, Manardum ſecutus, & hiſt. Lugd. Acinos nomine exhibuere.

III. Clinopodium Ocimi facie alterum.

Acinos Anglicum, Cluſ. pan.
Acinos Dioſcoridis fortè, Eid. hiſt.

IV. Clinopodium montanum.

Clinopodium Auſtriacum, Cluſ. pan. & hiſt.

Flore eſt purpureo intenſo ſed violaceo: rarius albo.

V. Clinopodium alpinum hirſutum.

Clinopodium alpinum, Ponæ.

VI. Acinos latifolia.

Acinos, Urtichella olitoribus, Col.
Acinos Dioſcoridis nomine ab Imperato accepimus.

ERINUS.

ΕΡΙΝΟΣ Dioſcoridi l. 4. c. 29. foliis eſt Ocimi minoribus, & lacteo ſucco turget, &c. Plinio l. 23. c. 7. Herba quam Græci Erineon vocant &c.

Erini nomine quatuor à recentioribus plantæ proponuntur.

1. Erini ſeu Ocimi aquatici nomine à Matth. quem ſequuntur Lac. Lon. & Lugd. hiſt.
Baſilicum aquaticum, Caſt. cujus folia inciſuris carent: pro hac
Hieracium Sabaudum latifolium, Guilandinus nobis oſtendit.

2. Erinus Dalechampii, in hiſt. Lugd. ſed quid?

3. Erinus Cæſ. & Columnæ: eſt Rapunculi minimi ſpecies.

4. Erinos vel Caprificus, Nicandro & Plinio, fortè Eſula dulcis, Tragi: vel altera Eſula ſyl. ejuſdem, Adverſar.

OCIMUM.

ΩΚΙΜΟΝ Dioſcoridi l. 2. c. 171. Theoph. 7. hiſt. 3. cui, ut & Varroni & Plinio l. 19. c. 7. à celeritate proveniendi dicitur. Recentioribus Græcis βασιλικὸν, id eſt, regale: unde ab Aëtio ὤκιμον βασιλικὸν appellatur.

Genera plura recentioribus, quæ potiſsimum differunt magnitudine foliorum, quæ latiora, anguſtiora, plana vel criſpa: colore eorundem quæ viridia, nigricantia, maculata: florum, qui candidi, vel purpuraſcentes: & odore, cum in aliquibus caryophyllos, in aliis citrum redoleant.

I. Ocimum latifolium maculatum vel criſpũ.

Ocimum latifolium, Cæſ.
Baſilicum Indicum, vel potius Hiſpanicum, Cam.
Ocimum aut Baſilicum criſpum exoticum aut Hiſpanicum, Cam. ex Matth.
Ocimum criſpum Hiſpanicum, Tab.
Ocimum Indicum, Cluſ. hiſt.
Baſilicum Indicum maculatum, Eyſt.

Eſt majus & minus.

II. Ocimum viride foliis bullatis.

Ocimum Indicum viride majus, foliis protuberantibus, Eyſt.

III. Ocimum foliis fimbriatis viridibus.

Ocimum criſpum viride, Eyſt.

Odore eſt inter Camphoram & Citrum confuſo.

IV. Ocimum caryophyllatum maximum.

Ocymus in viridariis Alexandriæ, Alp.
Ocimum latifolium magnum, Eyſt.

Foliis eſt oblongis colore rubro ſuffuſis eximiè odoratis.

V. Ocimum caryophyllatum majus.
Baſilica major, Trag. Lon.
Ocim. majus, Matth. Fuch. Dod.gal. Lac. magnũ, (Tur.
Ocimum maximum, Dod. Lugd.
Ocimum nigrum, Cord. in Dioſc. & hiſt.
Ocimum maximum caryophyllatum, Ad. Lob.
Ocimum caryophyllatum, Geſ. hort.

Hoc cum magis minúsve hirſutum ſit, ab aliis hirſutum, ab aliis læve pingitur: color tam foliorum, quàm florum, in alio albus, in alio niger eſt.

VI. Ocimum citri odore.
Ocimum citratum, Geſ. hor. Cæſ. Eyſt.
Ocimum maximum citratum, Lob.
Ocimum medium ſive citratum, Ad. Tab. Ger.

VII. Ocimum vulgatius.
Baſilicum ſive Ocimum, Brunf.
Ocimum medium vulgatius, Ad. Eyſt.
Baſilica minor, & Baccharis Germanica, Trag.
Ocimum medium, Matth. Caſt. Cam. Lugd. qui Matth. & Fuch. figuram exhibet.
an Ocimum Nabathæum, Cord. in hiſt.
Ocimum mediocre, Fuch. 3. & medium, Cæſ.
Ocimum ſive Baſilicum medium vulgatius, Lob.
Ocimum magnum, Tab. Ger.

IIX. Ocimũ minus anguſtifoliũ foliis ſerratis.
Ocimum minus anguſtifolium flore albo, Eyſt.

IX. Ocimum aniſi odore.
Ocimum aniſatum, Eyſt.

Medio vulgatiori, figurâ reſpõdet, odore Aniſi.

X. Ocimum minimum.
Ocimum criſpum, Brunf. Lon.
Ocimum garyophyllatum, vel minus, Matth.
Ocimum exiguum, Fuch. minus, Dod. gal. Tur.
Baſilicum minus, Caſt.
Ocimum minus garyophyllatum, Cord. in Dioſ. Tab. Ger.
Ocimum minimum Amaraci figura garyophyllatum, Lob. Eyſt.
Ocimum parvum, & Ocimum garyophyllatum, Lugd. duæ figuræ.
Ocimum alterum tenuifolium, Cæſ.

XI. Ocimo affinis.
Albahaca herba, quæ odoris gratia in nova Hiſpania excolitur, Joſeph. Acoſta l.4.c.27.

SECTIO QUINTA.

MENTHA; MENTHA SYLVESTRIS ſive MENTASTRUM; MENTHA AQUATICA, ſeu SISYMBRIUM; MENTHA CATARIA; Calamintha; Meliſſa; Marrubium; Galeopſis ſive Lamium & Urtica mortua; Urtica; Alyſſon; Sideritis; Euphraſia; Melampyron & Cratæogonon; Betonica; Serratula; Scrophularia & Ruta canina; Stachys.

MENTHA.

MENTHA *veteribus Græcis, Plinio l.19.c.8. auctore,* μίνθη *dicebatur: at odoris ſuavitas nomen apud Græcos mutavit, &* ἡδύοσμος *ab* ἡδὺς *&* ὀσμὴ, *id eſt, ſuavis odor, vocatur, qua voce Dioſcorides l.3.c.41. uſus eſt. Hydioſmi Theoph. 7. hiſt. 7. ubi Gaza Mentaſtrũ cõvertit: at Mentæ (fortè Mentaſtrũ intelligẽs) 6. hiſt. 7. meminit.*

Genera: Dioſcoridi ſativa eſt & ſylveſtris, quam Mentaſtrum dici, volunt interpretes, Plinium ſecuti. Galenꝰ 6. ſimpl. Mentha eſt odorata, quæ Dioſcoridi ſativa eſt, & altera inodora, quam Calamintham vocitent. Et Plinio, l.c. & l.20.c.14. Mentæ genus ejus ſylveſtre Mentaſtrum eſt. Sic l.20.c.14. Nepetæ mentionem facit, ex qua, ut & Mentaſtro, Origano, Cunila, Serpillo, Marrubio vinum confici, l.14.c.16. oſtendit.

Mentha ſativa.

I. Mentha hortenſis corymbifera.
Balſamita, Brunf. major, Dod. gal.
Aliſma, Trag.
Mentha Sarracenica, Nicolao in Martiat. Ang. Cord. in Dioſc. (qui Chryſocome cognatã vult) Lac. Lon. Cam. Eyſt.
Mentha Græca, Matth. Geſ. hor. Caſt.
Mentha Romana, Lac.
Mentha corymbifera major, Cord. hiſt.
Coſtus hortorum, Geſ. hor. Ad. Lob. Lugd.
Ovaria, Geſ. hor.
Herba S. Mariæ vulgo, Cæſ.

Hæc quibuſdam Lepidium Dioſcoridis: at Cæſal-

Cæſalpino Melilotus Dioſc. Plinii & Avicennæ.

II. Mentha corymbifera anguſtifolia.
Menthę Sarracenicę ſpecies altera, Myconi, Lugd.
an Męthę Sarrac. ſpecies ſyl. in ſylva Martia, Cam.

III. Mentha hortenſis verticillata ocimi odore.
Mentha hortenſis 4. Fuch. Tur.
Mentha ſativa 4. Dod. Lugd.
Mentha 3. Geſ. hor. 4. Lon.
Mentha Romana anguſtifolia, Ad. Lob.
Mentha cardiaca, Cam.
Calamintha ocymoides, Tab.
Ocymoides repens, Ger. ico.

IV. Mentha criſpa verticillata: & Eyſt.
Mentha ſativa 1. Fuch. Dod. gal. Lac.
Mentha ſativa, Tur. ſativa criſpa, Lugd.
Mentha vulgata ſerpens rotundiore folio, pulegii flore, Ad. Lob.
Mentha cruciata, Lob. ico. titulo tranſpoſito.
Mentha altera, Cam. ep. Matth.

V. Mentha rotundifolia criſpa ſpicata.
Mentha ſativa ſeu criſpa, Trag. Cord. in Dioſc.
Mentha ſativa altera, Matth. Fuch. Dod. Tur. Lac.
Mentha criſpa, Lon. Cam. ſive Balſamita.
Mentha rotundifolia altera flore ſpicato, ſive cruciata mentha, Lob.
Mentha vulgata, ſive fuſca ſacra, Lob. ico. tit. traſp.
Mentha hortenſis rotundifolia, ſeu Romana, Cæſ.
Mentha ſativa minor, Caſt.

Menthæ ſpicatæ quinq; varietates Lobelius exhibet.

VI. Mentha rotundifolia ſpicata altera.
an Mentha rubra, Trag. Lon.
Siſymbriũ 1. Ang. hortẽſe, Matth. Lac. Caſt. Lugd.
Mentha hortenſis altera, Geſ. hor.
Siſymbria mentha agreſtis, Lob.

VII. Mentha anguſtifolia ſpicata.
Mentha, Brunf. Ang.
an Nepeta aquatica, vel Mentha agreſtis 3. Trag.
Mentha 1. Matth. Caſt. hortenſis 1. Geſ. hor.
Mentha ſativa, vel hortenſis 3. Dod. Fuch. Tur.
Siſymbrii 1. altera ſpecies, Cord. in Dioſc.
Mentha acuminata, Lon. acuta, Tab. Cam. in Matt.
Mẽtha Rom. ſive pſtantior anguſtifolia, Ad. Lob.
Mentha ſativa, Lugd. cruciata, Ger.
Mentha hortenſis oblongo folio, Cæſ.
Mentha odorata anguſtifolia, Cam.

Latioribus aliam, aliam anguſtiſsimis & longiſſimis foliis in hortis obſervavimus.

IIX. Mentha ſpicata folio variegato.
Mentaſtrum alterum, Dod.
Mentaſtrum Anglicum cinereum & niveum, Ad.
Mentaſtrum niveum Anglicum, Lob. Lugd. Eyſt. cujus ſolum nomen apud Tabernæmontanum.

Interdum in eodem ramo folia quædam nivei coloris, quædam partim nivei partimque viridis, in quibuſdam nihil nivei.

Mentha ſylveſtris ſive Mentaſtrum.

I. Mentha ſyl. rotundiore folio: & Geſ. hor.
Mentaſtrum, Cord. in Dioſc. Tab.
Mentaſtrum foliis orbiculatis, Geſ. ap.
Mentha aquatica, Ger.

II. Mentha ſyl. longiore folio: & Geſ. hor.
Mentha equina, Brunf.
Menthaſtrum, Trag. (vel mentha agreſtis altera) Matth. Fuch. Dod. Cord. hiſt. Lac. Ad. Lob. Caſt. Cluſ. hiſt. ico.
Menthaſtrum ſyl. Eyſt. vulgare, Lugd.
Siſymbrium campeſtre, Ang.
Mentha ſyl. Tur. Lon. ſyl. altera, Cæſ.

III. Mentha ſylv. longioribus nigrioribus & minus incanis foliis.
Mentaſtrum aliud, Lob.
Mentaſtrum Campenſe, Lugd.

IV. Mentha ſyl. anguſtifolia.
Pulegium aquaticum, ſeu paluſtre ſpicatum, Eyſt.

V. Mentha montana verticillata.
Menthaſtrum montanum, & 1. Cluſ. pan.
Menthaſtrum montanum pannonicum, Eid. hiſt.
Menthaſtrum pannonicum, Cam.

VI. Menthaſtrum cæruleum, Cam. quid?

VII. Mentha tuberoſa radice.
Menthaſtrum tuberoſa radice, Cluſ. pan. & hiſt. (Cam.

IIX. Mentha radice geniculata: quæ 2. in Prod.

Mentha aquatica, ſive Siſymbrium.

Σισύμβριον, ἕρπυλλον ἄγριον: *Siſymbrium, alii Serpillum ſyl. vocant, Menthæ hortenſis ſimilitudine, ſed latioribus foliis atque odoratis, Dioſcoridi l. 2. c. 155.*

Genera duo fecit: alterum Menthæ ſimile: alterum quod Cardamine dicitur: & Plinius l. 20. c. 22. Siſymbrium ſyl. à quibuſdam thymbræum appellatum, pedali non amplius altitudine: quod in riguis naſcitur ſimile Naſturtio eſt, & l. 19. c. 8. Siſymbrium lætiſsimè naſcitur in piſcinis & ſtagnis.

I. Mẽtha rotũdifol. paluſtris, ſeu aquatica major. | Menta rubra, Brunf.

Balſamina agreſtis & Nepeta 3. Trag.
Siſymbrium ſyl. Matth. Lugd.
Siſymbrium, Fuch. Dod. primum, Thal.
Siſymbrii 1. ſpecies prima, Cord. in Dioſc.
Calamentum 3. Ang.
Calamintha aquatica, Geſ. col. Tab.
Siſymbrium agreſte aquaticum, Geſ. hor.
Menta ſyl. altera, & Menta aquatica, Lon.
Menta ſyl. 1. Cæſ.
Aquatica, ſive Siſymbria mentha, Ad. Lob.
Siſymbria mentha, Ger.
Balſamita officinarum, Eyſt.

Hæc aliquando tota rubet: magis minúſve hirſuta exiſtit.

II. Mentha rotundifolia paluſtris minor, ſive flore globoſo: pro 5. in Prodromo deſcripta.

III. Mentha paluſtris folio oblongo.
Mentaſtri folia aquatica hirſuta, Ad. Lob. Lugd.
Calamintha 3. Dioſcoridis, Lob. ico.
Mentaſtrum minus ſpicatum, Lugd.
Mentaſtrum aliud hirſuto folio, Cam.

Mentha cataria.

I. Mentha cataria vulgaris & major.
Menta non odorifera, Brunf.
Napeta vulgaris, Trag.
Nepeta fruticoſa, Cord. in Dioſc.
Herba gattaria, Matth. Caſt.
Calaminthę 1. genus, Fuch. 3. genus, Dod. gal. Tur. Thal.
Calaminthæ ſpecies quibuſdam, Geſ. hor.
Calamintha montana, Lon.
Balſamita major, Lac.
Cattaria herba, Dod.
Cattaria, ſive Mentha catti, Ad.
Mentha cataria, Lob.
Gattaria vulgò, Calamintha 3. Dioſcoridis, Cæſ.
Herba felis, Lugd.
Mentha felina, Tab. Ger. Eyſt.
Nepeta Germanica, Cam.

Alii Calaminthæ, alii Meliſſæ, alii Nepetæ, alii Urticæ, quæ Herculanea Plinio, ſpeciem faciunt: alii inter Calamintham & Meliſſam mediam volunt.

II. Mentha cataria minor.
Cataria minor, Cluſ. pan.
Cattaria tenuifolia Hiſpanica, Eid. hiſt.
Nepeta minor, Cam. II = Nepeta Cataria, L. mill. dict.

III. Mentha cataria minor alpina: pro 4. in Prodromo deſcripta.
Nepetella, Eyſt. III = Nepeta italica, L. mill. dict.

IV. Mentha cataria latifolia.
Mentha cataria peregrina latifolia, Lob. Lugd.
Menta felina ſativa Latifolia, Tab.
Menta cattaria altera, Ger.
Nepeta peregrina, Eyſt.

V. Mentha cataria anguſtifolia major.
Mentha cataria peregrina anguſtifolia, Lob. Lug.
Cattaria folio longiore, Dod.
Mentha felina ſativa anguſtifolia, Tab.
Salvia Romana, Ger. ico.

VI. Mentha cataria anguſtifolia minor: ſub 3. in Prodromo deſcripta.

I = Nepeta Cataria, L. mill. dict.

CALAMINTHA.

ΚΑΛΑΜΙΝΘΗ, *quaſi bona & utilis mentha, nidore enim ſuo, ut habet Ariſtophanes, ſerpentes, vel accenſa, vel ſubſtrata, ait Dioſcorides l. 3. c. 43. fugare ſolet.*

Genera tria Dioſcoridi: 1. foliis Ocimi, montibus familiaris: 2. pulegio ſimilis, ſed major, quam ἀγρίαν γλήχωνα *pulegium ſyl. Romani* νεπέταν *vocant (& Plinius l. 20. c. 14. Nepetæ obiter meminit) 3. Menthæ ſylveſtri cognata eſt, foliis oblongis, caule & ramis, quam ſuperiora majoribus, ſed viribus inefficacior.*

I. Calamintha incana ocimi foliis.
Calamintha 2. incana, Lob. Lugd.
Calamintha Cretica, Cam. I = Melissa Cretica, L. mill. dict.
Calamintha montana incana minor, Tab.
Calamintha montana vulgaris. Ger.

II. Calamintha pulegii odore, ſive Nepeta.
Calamintha altera, Matth. Lugd. (fortè pulegium Dioſc.) Lac. ico. Lugd. (duplici figura) Cam.
Nepeta agreſtis, Cord. in Dioſc.
Calamintha Italica pulegii odore. Geſ. hor.
Calamintha altera odore gravi Pulegii, foliis maculatis, Ad. Lob.
Pulegium ſyl. ſive Calamintha altera, Dod.
Calaminthum, quod vulgo Nepeta, Cæſ.
Calamintha arvenſis 2. Tab.
Calamintha montana præſtantior, Ger. ico.
Calamintha anguſtis foliis, Eyſt.

II = Melissa Nepeta, L. mill. dict.

III. Calamintha vulgaris, vel officinarum Germaniæ. III = Melissa Calamintha, L. mill. dict.
Calamintha, Matth. 2. Thal. vulgaris, Cam.
Calamint. montana, Geſ. hor. Lac. Dod. Caſt. Lug.
Calamintha montana vulgaris, Lob. Tab. Eyſt.

Nepeta

Nepeta montana, Cord. in Dioſc.
Calamintha 3. Dioſcoridis Dalechampio, Lugd.
Mentha ſativa rubra, Ger. ico.

IV. Calamintha magno flore.
Calamintha montana præſtantior, Ad. Lob. Lugd.
Cam. Tab. Eyſt. IV = Melissa grandiflora, L. mill. dict.
Calaminthum 1. Ang.
Calamentum montanum, Cæſ.
Scordonia ſive Salvia agreſtis, Ger. ico.

V. Calamintha vulgaris exiguo flore: quæ in Prodromo deſcribitur.

VI. Calamintha arvenſis verticillata.
Mentaſtrum, Brunf.
Nepeta agreſtis, vel 4. Trag. Lugd.
Mentha aquatica exigua, & Pulegium ſyl. Eidem, & floris colore ſolum differt.
Calamintha aquatica, Matth. Lugd.
Calamintha aquatica Belgarum, an Polycnemon, quaſi multitibia, Ad. Lob.
Calamintha altera, Dod. gal. Fuch. Tur.
Calamintha arvenſis, Geſ. hor. Tab.
Nepeta, Lon.
Polycnemon Lobelii, Lugd.

VII. Polycnemon Dalechampii, Lugd. quid?

MELISSA.

ΜΕΛΙΣΣΟΦΥΛΛΟΝ & ΜΕΛΙΤΤΑΙΝΑ. *id eſt, Apiaſtrum, quod hac αἱ μέλιτται apes delectentur, Dioſcoridi l. 3. c. 118. Plinio l. 21. c. 20. Melyſſophyllon ſive Melittis: & prius l. 21. c. 9. Meliſſophyllon, quod Apiaſtrum. Latinis Meliſſa ab apibus, quæ etiam μέλισσαι dicuntur.*

I. Meliſſa hortenſis: & Lon.
Meliſſa, Brunf. Ang. Dod. Cæſ. Ger. officin. Eyſt.
Meliſſa domeſtica, vel 1. Trag. deſc. noſtrâs, Cam.
Meliſſophyllum, Matth. Geſ. hor. Caſt. Lug. Tab.
Melyſſophyllum vulgare vel adulterinum, Fuch.
Apiaſtrum, Matth. Cord. in Dioſc. Lac. Tur. Ad. Lob. I = Melissa officinalis, L. mill. dict.
Citrago, Geſ. hor.

Hanc in montibus ſponte naſci Matth. aſſerit, quam Meliſſophylli ſyl. genus Matthioli, Geſ. hor. nominat.

II. Meliſſa peregrina folio oblongo.
Meliſſa Moldavica, Matth. Caſt. Lugd.
Meliſſa vel Cedronella, id eſt, Citrago Turcica, Geſ. hor. Dracocephalum moldavica, L. 830
Meliſſophyllon Turcicum, Ad. Lob.
Meliſſæ genus ex Oriente, Cæſ.
Meliſſa Turcica Dalechampii, Lugd. Cam. Tab. Ger.

Variat magnitudine: hinc duæ figuræ in Lugd. hiſt. colore quoque flores, qui cæruleus, purpurocæruleus, & albus.
Meliſſa Moldavica flore cæruleo, & flore albo, Eyſtett.

III. Meliſſa Moluccana odorata.
Meliſſa Conſtantinopolitana, Matth.
Cardiaca Melica, ſive Molucca Syriaca, Ad.
Moluca lævis, Dod. Ger.
Cardiaca melica, ſive Moluca minus aſpera, Lob.
Moluca ſive Meliſſa Conſtantinopolitana, Cam. 1. Caſt.
Molucha 1. Cæſ.
Moluca ſive Meliſſa Turcica Dalechampii, Lug.
Meliſſophyllum Conſtantinopolitanum, Eid.
Cardica Syriaca, Tab.
Moluca odorata ſpinoſa, Caſt. Eyſt.

Alteram lævem, alteram aculeatam Matthiolus dicit: aculeis carentem nullam vidimus.

IV. Meliſſa Moluccana fœtida.
Melica, vel Moluca aſperior, Ad. Cam.
Moluca aſperior Syriaca, & Maſeluc Turcorum, Lob.
Molucca ſpinoſa, Dod. Lugd. Ger.
Molucha altera, Cæſ.
Molucca, vel Meliſſa Conſtãtinopolitana 2. Caſt.
Cardiaca Syriaca aſpera, Tab.
Molucca lævis inodora, Eyſt.

Utramque Moluccam Alyſſo Galeni congenerem, ut & Dioſcoridis & Plinii Cæſalpinus voluit.

MARRUBIUM.

ΠΡΑΣΙΟΝ *Dioſcorides l. 3. c. 119. id quod Marrubium album dicitur, nominat: at quod nigrum,* Βαλλωτὴ ἢ μέλαν πράσιον *l. 3. c. 117. vocat. Plinius l. 20. c. 22. Marrubium, quod Græci Praſium vocant: & l. 27. c. 8. Balloten, alio nomine Melampraſion Græci vocant.*

Genera duo Theophraſtus 6. hiſt. 1. & 2. propoſuit: aliud folio herbido, inciſuris profundioribus, quo unguentarii

utuntur: alterum rotundius ſquallens, inciſuras habens obſcuriores (Praſium innuere videtur.) Et Plinio l.20.c.22. duo genera, ex Caſtoris ſententia, nigrum, & quod magis probat candidum.

Marrubium nigrum.

I. Marrubium Cardiaca dictum, fortè primũ Theophraſti.
Marrubium mas, Brunf.
Meliſſa ſyl. Trag.
Cardiaca, Matt. Dod. gal. (& Sideritis 1.) Geſ. hor. Lac. Lon. Ad. Lob. Cæſ. Thal. Caſt. Lug. Tab. Ger.
Lycopſis, branca lupina, Ang.
Cardiaca, vel Lycopus, Fuch.
Alyſſon Galeni & Aëtii eſſe, Cæſalpinus cenſet.

II. Marrubium paluſtre glabrum.
Marrubium aquaticũ, Trag. Ad. Lob. Dod. Thal. Lugd.
Marrubium paluſtre, Dod. gal. Lon.
Sideritis 1. Matth. Ang. Geſ. hor. Lac. Lugd. Caſt. Cam. 2. Lon.
Lancea Chriſti, Geſ. hor.
Verbenæ alterum genus, Cæſ.

III. Marrubium paluſtre hirſutum: quod 1. in Prodromo.

IV. Marrubium nigrum fœtidum, Ballote Dioſcoridis.
Marrubium majus, vel 1. Trag. nigrum, Geſ. hor. Lon.
Ballote, Matth. Fuch. Tur. Cord. in Dioſc. Lac. Dod. Lob. Cæſ. Caſt. Lugd.
Marrubium nigrum fœtidum, Ad.
Marrubiaſtrum, Tab.
Marrubium aquaticum, Ger.
Variat foliis majoribus & minoribus.

V. Marrubium nigrum rotundifolium.
Ocimaſtrum Valentinum, Cluſ. hiſp. & hiſtor. Lugd.
Marrubium Hiſpanicum odore Stœchados, Lob.
Marrubium Hiſpanicum, Tab. Ger.

VI. Marrubium nigrum longifolium.
Herba venti Monſpelienſiũ, Geſ. hor. Lob. Lugd.
Sideritis Monſpelienſium, Lugd.
Parietariam Monſpelienſium à Cordo vocari. Lob. & Lugd. aſſerunt.

Marrubium album.

I. Marrubium album vulgare.
Marrubium fœmina, Brunf. candidum, Trag.
Marrubium, Matth. Cord. in Dioſc. Fuch. Dod. Tur. Lac. Cæſ. Caſt. vulgare, Cluſ. hiſt. Eyſt.
Marrubium album odorum, Ad.
Marrubium, Geſ. hor. Lob. Lugd. Tab. Ger.
Praſium, Ang.

II. Marrubium album villoſum, an Praſium Dioſcoridis: quod 2. in Prodromo.

III. Marrubiũ albũ criſpũ: quod 3. in Prodr.

IV. Marrubium album latifolium peregrinũ.
Marrubium candidũ, Dod. Ger. Hiſpanicũ, Tab.
Marrubium cãdidum alterum Hiſpanicum, Lob.
Marrubium alterũ pannonicum, Cluſ. pan. & hiſt.
Marrubium Creticum, Cam.

V. Marrubium albũ anguſtifoliũ peregrinum.
Marrubium Creticum anguſtiore folio, Ad. Lob. Eyſtett.
Marrubium Creticum, Dod, Ger. Tab. Lugd. qui à priore non diſtinguit.
Marrubium Creticum aliud, Cam.

VI. Marrubium album peregrinum brevibus, & obtuſis foliis.
Marrubium Creticum anguſtis foliis inodorum, Eyſtett.

GALEOPSIS ſive LAMIUM vel URTICA MORTUA.

ΓΑΛΙΌΨΙΣ ἢ ΓΑΛΕΌΒΔΟΛΟΝ, *toto frutice, cum caule & foliis Urticam refert: at folia læviora & trita graviter olent: flores tenues ſunt ac purpuraſcentes, Dioſcoridi l.4.c.95. Et Plinio l.27.c.9. Galeopſis aut Galeobdolon &c. Urtica mortua & iners, quod foliis innoxia ſit, quam Plinius l. 21.c.15. inter Urticas recenſens, Lamium vocavit eam quæ innoxia ſit & morſu careat: & l.22.c.14. addit album habere in medio folio, &c.*

I. Lamium purpureum fœtidum, folio ſubrotundo, ſive Galeopſis Dioſcoridis.
Urtica labeo mas, Brunf.
Lamium, Trag. (vel Urtica 8.9.10.) Fuch. Dod. gal. Lugd.
Galeopſis Ericio Cord. Cord. in Dioſc. Lon. Cæſ. 2. Tab.
Galeopſis vulgaris fœtens purpurea, Ad. ſive Urtica non mordax, Lob.
Galeopſis purpurea, Lugd. Caſt.
Urtica mortua, Geſ. hor.
Urtica iners altera, Dod.
Urtica non mordax vulgaris fœtens purpurea, Lob. ico.
Lamium, ſive Urtica non mordax vulg. & fœtida, Cluſ. pan.

Habe-

Habetur major & minor: flore quoque purpuraſcēte, vel rubro communiter: rarius albo, luteo, & vario: eſt & reptilis magis humique procumbens.

II. Lamium purpureum vel album non fœtens folio oblongo.
Urtica labeo fœmina, Brunf.
Galeopſis, Trag. (vel 5. 6. 7. Urtica) Matth. Lac. Lugd.
Lamium ſive Archangelica fl. albo, Ad. Lob. Lug.
Urtica iners ſive Lamium 1. Dod.
Galeopſis flore verticillato, Thal.
Leucas 3. Cæſ.
Lamium purpureū & album, Tab. rubrum, Ger.
Galeopſis vera Dioſcoridis, Cluſ. hiſt.

Tres ſpecies flore tantum differentes: eſt purpureo, vel ex rubro albóve purpuraſcente, labellis albis venis notatis: albo: luteo & croceo.

III. Lamium folio oblongo luteum.
Galeopſis flore croceo, vel Urtica 6. Trag.
Urtica iners 3. ſive Lamium flore luteo, Dod.
Lamium luteum, Ad. Lob. ico. Tab. Ger.
Leucas montana, Cæſ.
Galeopſis flore luteo, vel Urtica labeo, Cam.

Flores majore ex parte & non nihil rubicundi & cærulei coloris, quare
Urtica fatua aquatica, ſive Lamium πολύμορφον, aut πολύχροον, Thal.

IV. Lamium maculatum.
Urtica fatua λευκόστικτος, Thal.
Galeopſis 1. Tab.
Lamium album, Ger.
Urtica mortua maculis albis reſperſa, Col.

V. Lamium alba linea notatum.
Urtica lactea, Matth.
Lamium Plinii, Ang. Cam.
Milzadella vulgo, Leucas Dioſcoridis fortè, Cæſ.
Lamium Plinii montanum Campoclarenſe, Col.

Huic linea ſemper per medium folii decurrit: cujus altera ſpecies foliis brevioribus, profundius inciſis & linea anguſtiore, &
Lamium Æquicolorum, Col. dicitur.

VI. Lamium foliis caulem ambientibus majus.
an Lamium 3. vel peregrinum, Cluſ. pan.
an Lamium pannonicum 3. Cluſ. hiſt.
Ballote criſpa major, Lugd.
Marrubium χαμαιπίτυς, Thal.
Alſines ſpecies, Tab.
Alſine hederula altera, Ger.

VII. Lamium folio caulem ambiente minus.
Morſus gallinæ folio hederulæ alterum, Lob. ico.
Leucas 4. Cæſ.
Ballote criſpa minor, Lugd.

IIX. Lamium maximum ſylvaticum fœtidum.
Heraclea vel Urtica 11. Trag.
Urtica ſylvana, Lon.
Urtica fœtida maxima πορφυρανθινον, Thal.
Urtica Heraclea, Lugd. herculea, Tab.
an Sideritis alia, Lugd.
Galeopſis legitima, vel vera Dioſcoridis, Cluſ. hiſtor.

Huic ſimile aliud, foliis non ita amplis, ſed inferius incanis & lanuginoſis, (Lamium incanum dici poterit) Thal.

IX. Lamium maximum ſylvaticum alterum.
Galeopſis maxima pannonica, Cluſ. pan. & hiſt.

X. Lamium montanum Meliſſæ folio.
Meliſſa 1. Trag. ico. ſyl. Lon.
Meliſſophylli ſpecies, Dod. gal.
Meliſſophyllum verum, Fuch. ſyl. Cord. obſ.
Meliſſophyllum Fuchſii, Geſ. hor. Lob. (& Herba ſacra Agrippæ) Lugd.
Meliſſa Fuchſii, Lob. ico. Cam. Eyſt.
Herba ſacra quorundam Dalechampii, Lugd.
Meliſſa altera, Cæſ.

Variat floribus communiter pallidè purpuraſcentibus: reperitur & albis & verſicoloribus, hinc
Lamium pannonicum 1. verſicolore flore, &
Lamium pannonicum 1. albo flore, Cluſ. hiſt.

Eſt & altera caulibus infirmioribus & frequentioribus, & foliis paulò anguſtioribus, &
Lamii pannonici 1. ſpecies altera, Eid. dicitur.

XI. Lamium peregrinum, ſive Scutellaria: in Prodromo deſcripta.
Betonica ſyl. Pauli, Quadramio.
Scutellaria, Cortuſo.
Caſſida, Colum.
Scordotis 2. Plinii, Ponæ.

Floribus eſt purpureis, rarius albis.

URTICA.

ἈΚΑΛΗΦΗ *Dioſcoridi l. 4. c. 94. Et Theoph. 7. hiſt. 7.* παρὰ τὸ μὴ ἔχειν καλὴν ἁφὴν, *quòd injucūdo ſit tactu & pruritū cieat, Athenæo dicitur &* κνίδη, *quaſi pruriginoſa, à* κνίζειν *quòd pungat & ſuo morſu ſenſū laceſſat.*

Latinis

Latinis Urtica ab urendo dicta, quod pruritum & puſtulas igni ſimiles excitet, Plinio.

Genera duo Dioſcoridi: una agreſtior, altera non æque aſpera &c: at Plinio l.21.c.15. plures ſunt differentiæ: ſylveſtris, quam fœminam vocant, mitior: & in ſylveſtri quæ dicitur Canina, acrior: quæ verò odorem fundit, Herulanea: quæ innoxia morſu carens, Lamium vocatur. Vide etiam l.22.c.13.& 14. Diſtinguimus in pungentes & non pungentes: pungentes in majorem & minorem: non pungentes, in fœtidas & non fœtidas, & has in maculatas, & non maculatas: quæ floris colore purpureo, albo, luteo variant.

Urtica urens.

I. Urtica urens maxima.
Urtica major, Brũſ. Fuch. Dod. gal. Lõ. Thal. Tab.
Urtica vulgaris urens 1. Trag.
Urtica 2. Matth. Lac. Cæſ. Lugd. Caſt.
Urtica, Cord. in Dioſc. urẽs, Ger. urẽs altera, Dod.
Urtica ſyl. major, Geſ. hor. ſyl. aſperior, Lob.
Urtica communis, ſive major & fœmina, Ad.
Hujus & caulis & radix aliquando parum rubent, & dicitur
Urtica rubra, Tab. Ger.

II. Urtica urens altera.
Urtica vulgaris urens altera, Trag.
Urtica olygophyllos (à foliorum paucitate) Lug.

III. Urtica urens minor.
Urtica minor, Brunſ. Fuch. Dod. gal. Cord. hiſt. Lon. Thal. Tab. Ger. ſyl. minor, Geſ. hort.
Urtica 3. Trag. Matth. Lac. Lugd. Caſt.
Urtica exigua, Cæſ. urens minima, Dod.
Urtica minor ſive Cania Plinii acrior, Ad.
Urtica minor acrior, Lob.

IV. Urtica urens pillulas ferens: 1. Dioſcoridis ſemine lini.
Urtica, Ang. legitima, Cluſ. hiſt.
Urtica Romana, Trag. Fuch. (& vera) Tur. Geſ. hort. Eyſt.
Urtica ſyl. ſive Romana offic. ſemine Lini, Ad.
Urtica Romana vel maſcula, Lob. Cam. Tab. Ger.
Urtica 1. Matth. Lac. Cæſ. Caſt. Lugd.
Urtica 1. quæ in Alexandria Angiar dicitur, Alp.
Urtica ſylveſtris, Dod. gal.
Urtica urens prior, Dod.

Urtica fatua aculeata.

I. Urtica aculeata foliis ſerratis.
Cannabis ſyl. Trag. Lugd. ſpuria, Ger.
Cannabis ſyl. ſpuria altera, Lob. ico.
Cannabina alba, Tab.
Floribus communiter purpureis; rarius candidis.

II. Urtica aculeata foliis ſerratis altera.
Cannabis ſyl. ſpuria tertia, Lob. ico.
an Sideritis Cordi, Thal.
Alyſſum arvenſe album, Tab.
Urtica mortua 4. Dod. poſt.

III. Urtica aculeata foliis non ſerratis.
Sideritis altera Matthioli, ipſi Lugd.
Cannabis ſpuria facie Urticæ, Lob. ico.
Urtica fatua ſyl. aculeata, Thal.

ALYSSON.

ΑΛΥΣΣΟΝ Galeno 2. de Antidotis, herba eſt Marrubio ſimilis, orbes habens in ſurculorum ſummitatibus, aſperiores & magis ſpinoſos: flores ad cæruleum vergentes: ſic dicta eidem. 6. ſimpl. quod demorſos à cane rabido mirificè juvet. Sed hæc à Dioſcoridis l.3.c.105. quæ foliis eſt rotundis, & fructu duplicium ſcutulorum effigie, planè diverſa: ut & Plinii l.24.c.11. licet eandem nominis rationem aſſignet, cui & alia eſt, & ad Rubiam lævem refereda.

I. Alyſſon verticillatũ foliis profundè inciſis.
Alyſſon Galeni, Cluſ. hiſp. & hiſt. Dod. Lob. Caſt. Ger.
Alyſſon Galeni aliud, Cam.
Alyſſum Galeni Hiſpanicum, Tab.
Moluccam ſpinoſam Cluſium pro Alyſſo pingere ſuſpicatur, Lugd.
Planta Hiſpanica Marrubio ſimilis, Col.
Ex horto clariſsimi Contareni.

II. Alyſſon verticillatum foliis crenatis.
Sideritis Alyſſon, & Sideritis Heraclea Dioſcoridis, Alyſſon Antonii Coi ex Galeno, Col.

SIDERITIS.

ΣΙΔΗΡΙΤΙΣ (ἀπὸ σιδήρου ferro, ob vim vulnera glutinantem) Dioſcoridi l.4.c.33.

Genera: Dioſcoridi triplex eſt: 1. aliquibus Heraclea foliis Marrubii: 2. folia longis pediculis hærentia, ceu filicis, utrinque numeroſa: quæ Heraclea Crateva foliis Coriandro ſimilibus. Plinius l.25.c.5. ſub Achillæa ſex differetias recenſuit: prima Achillæa, quæ & Dioſcoridis: altera eſt Myriophyllon Dioſc. tertia eſt Sideritis Heraclea 1. Dioſc. quarta & quinta Sideritis Heraclea Crateva & tertia Dioſc. ſexta eſt Sideritis ſecunda Dioſcoridis.

Sideri-

Sideritis hirſuta.

I. Sideritis foliis hirſutis profundè crenatis.
Sideritis herbariorum 5. Tab.
Sideritis Monſpeliaca Scordioides, Ad. floribus luteis, Lob. Lugd.
Tragoriganum Praſſaoides, Peninii.

II. Sideritis hirſuta procumbens.
Sideritis Heraclea, Cluſ. hiſp. at 3. in hiſt.
Tetrahit herbariorum, Lob. Lugd.
Herba Judaica, Dod.
Sideritis Herculea Dioſcoridis, Cæſ.
Sideritis 1. Herculea, Cam.
Sideritis herbariorum 4. Tab.

III. Sideritis hirſuta procumbens altera minimum crenata.
Sideritis 4. & 5. Cluſ. hiſt.

IV. Sideritis vulgaris hirſuta erecta.
Sideritis 1. Fuch. Tur. Cord. in Dioſc. Geſ. h. Thal.
Sideritis vulgaris, Cam. in Matth. vel. 2. Cluſ. hiſt.
Sideritis quarta, Lon.
Sideritis Heraclea, Cord. hiſt. Tab.
Sideritis ſive ferruminatrix, Ad. Lob. ico.
Sideritis Herculea altera in vineis, Cæſ.
Herba Judaica, Geſ. col.
Tetrahit, Lugd.

V. Sideritis hirſuta vulgaris humilior.
Sideritis 2. Cluſ. pan. & hiſt.
Illius flos candidus, rictu ſanguineis notis aſperſo: hujus flos amplior, albus luteo palleſcens paucis rubris punctis aſperſis.

VI. Sideritis hirſuta pallido flore.
Sideritis pannonica 3. Cluſ. pan. at 6. in hiſt.

VII. Sideritis montana parvo varioq; flore.
Siderit. mõtana parvo flore nigro purpureo, Col.
Caput purpureo nigreſcit, umbilico luteo & collo candicante, à D. Columna accepimus.

IIX. Sideritis alpina Hyſſopifolia.
Sideritis montana, Ad. Lob. ico. Lugd.
Sideritis herbariorum 6. Tab.
Sideritis 7. Cluſ. hiſt.
Variat foliis quandoque anguſtioribus, quandoque latioribus & in ſummitate crenatis, qualem ex Pyrenæis habemus.

IX. Sideritis querno folio, Dalech. Lugd.
Huic ſimilem Britannicæ nomine, anno 1578. in horto Patavio legimus.

X. Sideritis alſine Trixaginis folio: quæ 2. in Prod.

Sideritis glabra.

I. Sideritis arvenſis latifolia glabra.
Sideritis 2. Matth. quamvis hiſt. Lugd. velit eſſe Cannabinam ſpuriam Lobelii: alii Marrubium pannonicum Cluſii.
Sideritis Heraclea altera, Cæſ.
Sideritis arvenſis flore pallido, Cam.
Sideritis 1. arvenſis ſpecies altera, Thal.
Alyſſum majus, Tab.
Alyſſum Germanicum, Ger.

II. Sideritis glabra oblongo ſplendente folio: quæ 1. in Prod.

III. Sideritis arvenſis anguſtifolia rubra.
Sideritis alia in vineis flore purpureo, Cæſ.
Sideritis arvenſis flore rubro, Cam.
Sideritidi 1. congener ſecunda, Thal.
Ladanum ſegetum Plinii, & Tetrahit anguſtifolium aliis, Lugd.
Alyſſum Galeni flore purpureo, Tab.
Plinius lib. 26. cap. 8. inquit, Ladano ſiſtitur alvus utroque quod in ſegetibus naſcitur contuſo & cribrato: hæc ille. Flore eſt purpureo, rarius albo.

EUPHRASIA.

EUPHRASIAM olim Εὐφροσύνην dictam aliqui volunt, eò quod oculos eorum caliginem diſcutiendo, delectet: hinc nonnullis Ophthalmica & Ocularia: quæ cum paulò ſupra ducentos annos inventa fuerit, veteribus indicta videtur. Fortè hæc vox à Bugloſſa mutuata, quæ etiam εὐφροσύνη dicitur: quod eo modo quo Bugloſſa in vinum conjecta, animi lætitiam faciat, ſic & Euphraſia quam primo loco proponimus, oculos juvet: hinc Germanis, oculorum ſolatium.

I. Euphraſia officinarum.
Eufragia alba, Brunſ. vulgaris, Col.
Eufragia, Matth. Ang. Cæſ. Caſt. deſc. altera major, Thal.
Euphraſia & Eufraſia, Fuch. Dod. Lac. Geſ. Ad. Lob. Lugd. Tab. Ger. vulgaris, Lon.
Euphraſia Argentinenſium, vel 2. & 6. Trag.
Ophthalmica ſive Ocularia, Eric. Cord.
Altera major eſt & ramoſior, foliis minoribus: altera minor foliis latioribus, & in montibus ferè ſemper unicaulis, quandoque in alpibus Helvetiorum parva, luteis floribus: floris colore variat,

variat, communiter ex luteo albicat, aliquando eleganter ex cæruleo purpuraſcit: hinc
Euphraſia ramoſa pratenſis flore albo, &
Euphraſia minus ramoſa, flore ex cæruleo purpuraſcente, Eyſt.

II. Euphraſia foliis lini anguſtioribus.
Eufragia linifolia, Col.par.2.

Hæc flore, fructu, ſemine ac ſapore congener & dodrantem non excedit.

III. Euphraſia pratenſis rubra.
Eufraſia altera, Dod.Lob.Lugd.Col.
Sideritis pratenſis rubra, Lugd.
Ericoides rubrum, Thal.
Criſtæ alterius generis prima, Cæſ.
Odontites, Tab.
Cratæogonon Euphroſyne, Ger.

Habetur brevis & palmaris.

IV. Euphraſia pratenſis Italica latifolia.
Eufragia 3, non ſcripta, ſive media, Col.

Brunellæ Italicæ nomine in Phytopinace: ac in Prod. ſub Euphraſia purpurea minore deſcripta: quæ floris colore purpureo, vel candido variat.

V. Euphraſia Italica latifolia altera.
Eufragia major ſyl. purpurea latifolia, Col.

VI. Euphraſia pratenſis lutea.
Sideritis pratenſis lutea, Lugd.
Ericoides luteum, Thal.
Criſtæ alterius generis altera, Cæſ.
Odontites 2. flore luteo, Tab.
Eufragia ſyl. major lutea anguſtifolia, Col.

VII. Euphraſia lutea alſinefolia, radice ſquāmata: pro I. in Prod. deſcripta.
Anonyma radice dentariæ, Col.par.2.

MELAMPYRUM.

Μελαμ'πυρον, id eſt Triticum nigrum, Galeni 1. aliment. ult. quod ex tritici mutatione generari cenſetur: & Theophraſto, 8. hiſt. 5. de noſtro 1. & 2. intelligere oportet: quod quibuſdam Plinii l. 21. c. 17. Stelephuros, aliis ejuſdem Alopecuros, cui nomen à ſpica molli & lanugine denſa, vulpium caudis non diſſimili, cui proxima Stelephuros, niſi quod illa particulatim floreat: hæc Plinius. An forte Aera Plinii l. 18. c. 17. Triticum ſimili modo enecat aera: quamvis hoc nomen & jam Lolio tribuatur.

I. Melampyrum purpuraſcente coma.
Trifolium majus, Brunf.ico.
Triticum vaccinum, Trag.Dod.Lon.Lugd.
Melampyrū, Dod.gal.Ad.Lob.Cam.Tab.5.Thal.
Parietaria ſyl. 3. Cluſ.pan.& hiſt.

Variat floris colore: flore eſt infernè ſurperneq; puniceo, medio candido, foliis laciniatis: ſic infernè puniceo, ſupernè luteo, foliis minoribus: flore luteo in ſummo albicante: infernè candido ſupernè luteo: ſic ex albo viridiq; mixto.

II. Melampyrum cærulea coma.
Parietaria Lipſenſium, Trag.
Parietaria. ſyl. Cam. ſyl. 1. Cluſ.pan. & hiſt.

Coma, coloris eſt, modo violacei, modo purpurei, nūc dilutioris, nunc ſaturatioris: modo cādidi.

III. Melampyrum lanuginoſum Boeticum.
Parietaria montana Boetica, Cluſ.cur.poſt.

IV. Melampyrum luteum latifolium.
Parietaria ſyl.2.Cluſ.pan.& hiſt.ſyl.Eyſt.
Cratæogonon, Ad.Lob.Lug.rubrū & albū, Ger.
Satureia lutea Dalechampii, Lugd.
Hyſſopus nemorenſis & lutea, Lugd.
Melampyrum, 1. Thal.
Criſta 1. Cæſ.
Milium ſylvaticum 1. & 2. (ſolo colore floris differunt) Tab.

Κρατ-αιόγονον Dioſcorides l.3. c.139. foliis Melāpyro ſimilibus deſcribit &c. quæ notæ huic conveniunt. At Plinio l.27.cap.8. Cratæogonon duplex, alterum Dioſcoridis reſpondens, alterū fortè Perſicaria erit.

V. Melampyrum luteū anguſtifolium: quod ſub Melampyro 4. in Phytopinace, & pro Melampyro luteo linariæ folio, in Prod. deſcribitur. an Melampyrum 6. Thal.

VI. Melampyrum luteum minimum
Melampyrum perpuſillū luteū, Ad.Lob.ico.Lug.
Melampyrum luteum, Tab.

BETONICA.

Κε'στρον à remediorum copia & varietate: ψυχότροφον quod frigidis locis inveniatur: Romanis Βεττονικὴ Dioſcoridi l.4.c.1. Vettonica quæ dicitur in Gallia, in Italia Serratula, à Græcis Ceſtron, aut Pſychotrophon, Plinio l.25.c.8.

I. Betonica

I. Betonica purpurea.
Betonica, Brunſ. Trag. Matth. Ang. Fuch. (purpurea, Eid. ico.) Dod. Geſ. hor. Tur. Lac. Lon. Ad. Lob. Cæſ. Thal. Lugd. Caſt. Tab. Ger.
Betonica vulgaris, Cluſ. hiſt.
Vetonica, Cord. in Dioſc. & hiſt.

Duplex eſt: altera ſpica breviore, altera longiore, molliore, ſerius florente, & altius excreſcente.

II. Betonica alba.
Betonica alba, Brunſ. Tab.
Betonica albo flore, Dod. Cluſ. pan. & hiſt. Cam.
Betonica candida, Trag. Lob.
Vetonica alba, Cord. hiſt.

III. Betonicæ folia capitulo Alopecuri.
Alopecuri genus, ſive Alopecuros montana, Lugd.

SERRATULA.

SERRATULA à foliis minutim ſerratis nomen accepit.

Serratula, Matth. Dod. Ad. Lob. Cluſ. hiſt. Lugd. Caſt. Cam. Ger.
Serratula tinctoria, Tab. tinctoris, Eyſt.
Cerretta ſive Serretta, Cæſ.
Centauroides, vel Centaurium majus ſyl. Germanicum Thal. qui vult Schartam ſeu Tinctoriū florem à Trago nominari: quod ego, ſed malè, aliâs credidi.
Solidago Serracenica 4. Lon. ico.

Differentia in foliis ratione inciſurę quadruplex eſt, ut rectè Thalius:

1. Foliis omnibus ſerratis, ſed inciſura carentibus, etiam flore candido, quæ
Serratula tinctoria 1. Tab.
Serratula purpurea, Ger.

2. Foliis ad radicem integris, reliquis profundè inciſis, quæ
Serratula 2. Tab.
Serratula flore albo, Ger.

3. Primum folium ad radicem integrum habet, reliqua omnia diſſecta, quemadmodum Lobelius 1. figurâ pinxit.

4. Folia utroque latere omnia ſimilibus diviſionibus divulſa ſunt, quæ
Serratula 3. Tab. Ger. & 2. apud Lob.
Serratula tinctoris, Eyſt.
Majorem & minorem Cæſalpinus agnoſcit.

BEHEN ALBUM & RUBRUM.

Serratulæ affinis capitulo ſquammoſo luteo ut & flore.

Behmen abiad Arabum: id eſt Behen albū, nam rubrum Behmen Ackmar incolæ appellant, Rauwolff. & Lugd. ap.

Behen Arabibus, ut Serapioni ſunt radices paſtinacæ radicibus ſimiles: quare Haliabbas ſcribit Behen & Paſtinacæ ſyl. radices, nullum inter ſe diſcrimen habere. Equidem in officinis radices duę nomine albi & rubri oſtenduntur, ſed quid ſint controvertitur: Album aliqui Polemoniæ ſive Lychnidis, quæ Papaver ſpumeum & Behen album Monſpeliēſibus dicitur eſſe exiſtimant: Ben verò rubrum, alii Limonii maritimi, alii Valerianæ rubrę, alii Biſtortæ eſſe autumant: aliqui verò, Garzia & monente & reprehēdente, Zerumbeth eſſe ſtatuūt. Quare aliqui in deſcriptionibus Arabū, ſubſtituunt Eryngiū, alii Tormentillā, alii Angelicā, alii deniq; Garyophyllatā. Licet Actuarius & Myrepſius Behen Hermodactylos eſſe velint.

SCROPHULARIA.

SCROPHULARIA & à radice nodoſa & ab effectu, quod ad Scrophulas prodeſſe credatur, nomen accepit. Alia tamen radice eſt nodoſa, alia fibroſa nodis carens.

I. Scrophularia nodoſa fœtida.
Scrophularia major, Brunſ. Geſ. hor. Tur. Lon. Ad. Lob. Cæſ. Thal. Lugd. Cam. Tab. Ger.
Scrophularia, Matth. Lac. Dod. Caſt.
Ocimaſtrum alterum, Trag.
Galeopſis, Dod. gal. Fuch. cui minor, in ico.
Clymenum mas, Geſ. hor.

Sunt qui Galeopſin: alii Clymenum Plinii l. 25. c. 7. cui hederæ folia tribuit: alii Chryſippeam ejuſdem l. 26. c. 9. (cujus tamen notas nullas addidit) velint. Aliis Millemorbia, Ficaria, Ferraria, ſive Caſtrangula.

II. Scrophularia paluſtris nō fœtida, ſive aquatica minor.
Scrophularia fœmina, Cā. ep. Matt.
Betonicæ aquaticæ ſeptentrionalium ſpecies minor, Lob. obſ.

III. Scrophularia aquatica major.
Ocimaſtum majus, Trag.

Galeopſis 2. Dod.gal.
Scrophulariæ majoris altera ſpecies, Geſ.hor.
Clymenon fœmina, Eid.
Clymenon, ſive Betonica aquatica, Tur.
Betonica aquatica, Dod.Ad.Lob.Lug.Tab.Ger.
Scrophularia major aquatica, Thal.

IV. Scrophularia folio Urticæ.
Galeopſis, Ang.
Scrophularia peregrina, Cam.
an Scrophularia Cretica 2. Cluſ.hiſt.

V. Scrophularia flore luteo.
Lamium pannonicum, 2. Cluſ.pan. alterum ſive exoticum, Eid.hiſt.
Scrophularia montana maxima, Col.
In Phytopinace Matthiolo & Prod. deſcripta.

VI. Scrophularia foliis laciniatis: quæ 2. in Prod.

VII. Scrophularia foliis filicis modo laciniatis, vel Ruta Canina latifolia.
Scrophularia Cretica 1. Cluſ.hiſt.

IIX. Scrophularia, Ruta canina dicta vulgaris, Sideritis 3. Matth. Cam. qui addit forte à pictore non rectè expreſſam.
Sideritis altera Dioſc. Lac.Caſt.Tab.prima, Lon.
Galeopſis 3. Dod.gal.
Ruta canina, Ad.Lob.Lugd.Tab.Cluſ.hiſt.
Scrofulariæ ſimilis planta major: Sideritis 2. Dioſcoridis, Cæſ.
In Matthioli figura folia inferiora cum Tanacetum referant, aliqui Tanacetum inodorum eſſe ſuſpicantur: at Rutam caninam ipſum exprimere voluiſſe non dubitamus, cum à Nobiliſs. Cortuſo Sideritidis 3. nomine, Rutam hanc acceperimus, qui eam Matthiolo communicaverat.

STACHYS.

ΣΤΑ΄ΧΥΣ frutex eſt Marrubio ſimilis, ſed longior, foliis ſubhirſutis, duris, odoratis, candidis, Dioſcoridi l.3.c.120. At Plinio l.24.c.15. Stachys porri ſimilitudinem habet, longioribus & pluribus foliis, odoris jucundi, coloris in luteum inclinati. Stachys id eſt ſpica.

I. Stachys major Germanica.
Marrubium agreſte vel 3. Trag.
Stachys, Matth.ed.prim. Fuch. Dod. gal.Cord.in Dioſc.& hiſt.Tur.Lac.Lon. Ad.Caſt.Lugd.Tab. Ger.Dioſcoridis, Lob.
Sphacelus aliis Stachys, Guil.
Stachys Germanica, Geſ.ap.minor, Cam.
Pſeudoſtachys, Matth.Lugd.
Salvia ſylveſtris, Cæſ.
Marrubium montanum alterum, Thal.
Sideritis Heraclea, Col.
Floribus eſt purpuraſcentibus, rarius albis.

II. Stachys Cretica: pro Pſeudoſtachyde 1. in Prodromo deſcribitur.

III. Pſeudoſtachys alpina,
Marrubium montanum 1. Thal.
Alpenkraut/ fortè Sphacelus Theophraſti, Lon.
Salvia ſyl. nigrior, Cæſ.
Salvia alpina, Tab.Ger.
Hujus altera ſpecies gravi odore carens: utraq; ſub Pſeudoſtachyde 2. in Prodromo deſcripta.

IV. Stachys minor Italica.
Stachys, Matth.Dod.Lug.Tab.Ger.minor, Cam.
Stachys floribus gratioris odoris, Geſ.ap.
Stachys ſpuria Flandrorum, Ad.Lob.ob.
Stachys lychnitis, Eid.ico.
Salvia ſylveſtris 3. Cæſ.

V. Stachys Luſitanica, Lob.Lugd.

VI. Stachys ſpinoſa Cretica.
Stachys ſpinoſa & Gaiderthymo, id eſt Aſininum Thymum, Cluſ.ap.1.
Gaiderothymum Creticum, Hon. Belli ep. 5. ad Cluſ. Ponæ Ital.

VII. Stachys paluſtris fœtida.
Stachys paluſtris Geſneri, Cam.
Betonica fœtida, Geſ.col.
an Herbæ Judaicæ cognata, Eid.
Sideritis 1. gravis odoris, Thal.
Clymenon minus, Lugd.
Tertiola, quod tertianas ſanet, Cæſ.
Marrubium aquaticum acutum, Ger.
Lyſimachia galericulata adulterina, Eyſt.

SECTIO

SECTIO SEXTA.

SALVIA; HORMINUM; VERBASCUM; BLATTARIA; AETHIOPIS; VERBASCULUM ſive PRIMULA VERIS; Sanicula Alpina vel Auricula Urſi; Pinguicula; Digitalis; Ephemeron.

SALVIA.

SALVIA, quod ad multa, præſertim ad fœcunditatem, ſalutaris ſit: cum ſteriles, hujus uſu frequenti gravidæ reddantur: quare Agrippa ſacram herbam vocavit, Aëtio auctore. ἐλελίσφακον *Dioſcoridi lib.3.cap.40. (quaſi in tabem redacta, cum herba ipſa ſemper retorrida & exucca videatur: id enim* σφακὸς *&* σφάκελος *ſignificat: folia enim attritis veſtibus comparantur) &* ἐλαφόβοσκον *&* σφαγνὸν *dicitur. Plinius lib.22.cap.25. Lenti ſylveſtri annumerat, putans Eleliſphacon à Lente dictum, ab aliis Phacon. Eſt, inquit, & ſylveſtris Eleliſphacos à Græcis dicta, ab aliis Phacos: Eſt ea ſativa lente levior & folio minore atque ſicciore & odoratiore (quibus Sphacelum Theophraſti innuit.) Eſt & alterum genus ejus ſylveſtris, odore gravi: hæc mitior: folia habet Cotonei mali effigie, ſed minora & candida (hæc eſt apud Dioſcoridem hiſtoria Salviæ, quam cum Phaco & Aphaca confundit) ſubjungit: noſtri, qui nunc ſunt herbarii, Eleliſphacon Græcè, Latinè Salviam vocant, mentæ ſimilem, canam, odoratam (majorem haud dubiè intelligit.) At lib.26.cap.6. Salviæ meminit: an verò de hac, vel Stachy, vel Sphacelo Theophraſti, vel Hormino vulgari, vel Aethiopide loquatur, ambigitur.*

Genera: Dioſcorides unius meminit: quæ major vulgaris eſt: at Theophraſto 6.hiſt.1. Salviæ plura ſunt genera: ſubjungens Sphacelum & Salviam inter ſe diſtare, quaſi alterum urbanum alterum ſylveſtre genus dixerit.

I. Salvia major, an Sphacelus Theophraſti?
Salvia latifolia, Brunf. deſ. Trag. Geſ. hor. Lon. Cluſ.hiſt.Cam.
Salvia major, Matth.Fuch.Dod.Tur.Lac.Lugd. Caſt.Tab.Ger.
Salvia hortulana, Eric.Cord.
Salvia, Ang.Cord.in Dioſc.domeſtica, Cæſ.
Salvia major ſcabrior Dioſcoridis, Ad.Lob.
Salvia major latifolia fl.cæruleo, Eyſt.

Varietas in foliis & floribus: foliis eſt viridibus, iisq; criſpis & non criſpis, purpuraſcentibus, verſicoloribus: ſic vel totis, vel partim albidis: floribus communiter cæruleis, rarius candidis.

II. Salvia nigra.
Salvia major alba, Dod.

Foliorum pediculi, ac nervi, & recens enata folia atrorubent.

III. Salvia minor aurita & non aurita.
Salvia nobilis, Brunf. Geſ.hor.
Salvia anguſtifolia & minor, Trag.
Salvia minor, Matth. Fuch. Dod. gal. Cord. in Dioſc. Lac. Tur. Lob. Cæſ. Tab. Ger. pinnata, Ad. Eyſt.
Salvia acuta, Lon.
Salvia anguſtifolia, Cluſ.hiſt.
Salvia tenuifolia auriculata, Cam.
Sphacelus verus Theophraſti, Lugd.

Variat foliis auritis, vel pinnatis, & non auritis: foliis aliquando Lavandulæ concoloribus, ſed latioribus, & gravioris odoris: rarius luteolis: flore cæruleo, rarius albo.

IV. Salvia minor altera: hęc odore & ſapore eſt Abſinthii, floreque rubente: quam primum Baſileæ in horto Pharmacopæi Johannis Heitzmanni: dein in horto Montebelgardiaco, legimus.

V. Salvia folio tenuiore.
Salvia Hiſpanica odoratiſsima, Cam.
Salvia Indica, Tab.Ger.
Salvia Hiſpanica fl.albo, Eyſt.

VI. Salvia latifolia ſerrata: quæ 1. eſt in Prodromo.

VII. Salvia anguſtifolia ſerrata.
Salvia Cretica anguſtifolia, Cluſ.hiſt.

IIX. Salvia anguſtifolia lanuginoſa: quæ 3. in Prodromo.

IX. Salvia baccifera.
Salvia fructum inſtar gallæ ferens, Matth.
Salvia Græca, quæ hodie φλασκομηλία, Ang.
Salvia Cretica, Dod.Tab.
Salvia coccifera ſive baccata Cretenſis, Ad.
Salvia Cretica baccifera, Lob.ico.Lugd.Cam.ep. Matth.

Hujus folia aliquando aurita, nonnunquam

appendicibus carentia: ſubinde quædam cauliculorum pars inter genicula in craſſitudinem extuberant ut gallarum (ſunt excreſcentiæ quædam) magnitudinem & ſimilitudinem, ſeu baccarum & pomorum orbiculatorum, in Creta aſſequantur. At in regionibus frigidis nulla profert: hinc duæ figuræ apud Cluſ.hiſt.

Salvia Cretica pomifera, & non pomifera.

X. Salvia folio ſubrotundo: quæ 2. in Prodromo.

HORMINUM.

ὌΡΜΙΝΟΝ *herba eſt foliis Marrubio ſimilis, caule quadrangulo, &c. Dioſcoridi l.3.c.145. dictum videtur* ἀπὸ τοῦ ὁρμᾶν, *quod* πρὸς τὴν συνουσίαν παρορμᾶν, *ad Venerem ſtimulet, ut Dioſcorides loquitur. Theophraſtus Hormini (Gaza Geminalem vertit) inter fruges meminit 8.hiſt.1. & 7. Galeno 8.ſimpl.* φόρβιον *: Aegineta* ὅρμινον *&* φόρμιον *dicitur. Plinius l.18.c.7. Horminum à Græcis dictum, Cumino ſimile ſcribit.*

Genera duo Dioſcoridi: ſativum & ſylveſtre: in ſylveſtri ſemen rotundum ac fuſcum, in altero nigrum & oblongum reperitur. Et Plinio l.22.c.25. Horminum Cumino ſimile, &c. duorum generum, alteri ſemen nigrius & oblongum, alteri candidius & rotundius: qui vires à Dioſcoride prius propoſitas ſubjungit.

I. Horminum ſativum.
Horminum, Matth.Ang.Lac.Dod.Ad.Lob.Cæſ.
Lugd.Tab.Caſt.ſativum, Dod.gal.Cæſ.Cam.
Orminum verum, Geſ.hor.minus, Lon.
Horminum ſyl.foliis purpureis, Ger.

II. Horminum Syriacum: & Eyſt. in Phytopinace Matthiolo & Prodromo deſcriptum.
Biſermas, Cam. Aman quibuſdam.

III. Horminum Sclarea dictum.
Gallitricum ſativum, Trag.
Gallitricum, Dod.gal.Lugd.Cam.Ger.
Sclarea, Matth.Caſt.Cam.Tab.vulgo & Centrum galli, Guiland.pap. III = Salvia Sclarea, L. mill. dict.
Sclarea hortenſis, Geſ.ap.
Sclarea Æthiopis, Ang.
Orminum ſativum, Fuch.Tur.Cord.in Dioſc.
Horminum & Orminum minus, Geſ.hor.
Scarlea, Ad.Lob.
Sideritis Heraclea, Fracaſt.cui & Alyſſon Galeni.
Scordium alterum Plinii, Dalech.in Plin.
Orvala, Dod.Caſt.
Horminum ſyl.1.Cluſ.hiſt.
Horminum hortenſe, Eyſt.
Matriſalvia major, Col.

Quibuſdam ſcopa regia Plinii, inter Sideritides l.25.c.5. & Tuſſilago altera, quæ quibuſdã Salvia, Plinii l.26.c.6. cum qua in multis convenit: aliis Phorbion Galeni: aliis Baccharis Dioſcoridis l.3. c.51. aliis Scordium alterum Plinii l.25.c.6. quibuſdam Alectrolophos Plinii l.27.c.5. in cujus deſcriptione ſeminis forma & uſus, cum Sclareæ ſemine convenit: aliis Horminum ſativum Dioſcoridis.

IV. Horminum luteum glutinoſum.
Orvala 3. Dod.
IV = Salvia glutinosa, L. mill. dict.
Colus Jovis, Ad.Lob.Cluſ.pan. Lugd.Cam. Eyſt.
Melinum, Cæſ.
Galeopſis lutea Dalechampii, Lugd.
Horminum ſyl.2.Cluſ.hiſt.
Camphorata quibuſdam, quia ſummitas Camphoram redoleat: Sphacelus aliis, quod ejus ſuccus in ulceribus malignis valeat. Stachys Plin. quibuſdam.

V. Horminum ſyl.latifolium verticillatum.
Horminum ſyl.1.vel ſyl.latifolium alterum, Cluſ. pan. V = Salvia verticillata, L. mill. dict.
Horminum ſyl.3.Eid.hiſt.

VI. Horminum pratenſe foliis ſerratis.
Salvia agreſtis, Brunf.flore purpureo, Eyſt.
Salvia ſyl.vera, Trag.ſyl.Geſ.hor.
Horminum ſyl. Fuch. Dodon.gal. Tur.Cord.in Dioſc.Geſ.hor.Lon.Ad.Lob.Lugd.Cam.majus, Thal. VI = Salvia pratensis, L. mill. dict.
Horminum ſyl.2. vel ſyl.4. flore violaceo, Cluſ. pan.
Hormini quarti ſpecies 1.Eid.hiſt.
Orvalæ ſyl.ſpecies 4.Dod.
Sideritidis Heracleæ ſpecies, Fracaſt.
Gallitricum vulgo, Cæſ.
Sclarea ſyl.Tab.
Colus Jovis, Ger.ico.Eyſt.
Quibuſdam Verbenacæ rectæ genus: aliis Alectorolophos Plinii.

Hujus differentiæ plures, florum colore non nihil differentes: ut flore cæruleo, violaceo, rubicundo: Sic Camerarius abſque ullo flore per æſtatem, ſed hyeme cæruleo, lupuli odore, obſervavit.

VII. Horminum pratenſe niveum foliis incanis. VII = Salvia pratensis, L. var. β. mill. dict.

Hor-

Horminum ſyl.4.niveo flore,Cluſ.pan.
Hormini ſyl.4.altera ſpecies,Cluſ.hiſt.
Horminum ſyl.Ger.
Sclarea ſyl.flore albo,Tab.
Salvia agreſtis flore albo,Eyſt.

IIX. Horminum ſyl.majus foliis profundius inciſis.
Hormini ſyl.4. altera ſpecies, vel dilutiore flore, Cluſ.pan.ſyl.4.ſpecies 3.Eid.hiſt.

Pars externa non purpuraſcit,ſed vireſcit: folia inferiora quaſi laciniata: flos dilutioris coloris, aliquando quaſi cinereus. Hoc etiam flore eſt minore & rubro,quod
Hormini ſyl.quarti ſpecies 4.Cluſ.hiſt.

IX. Horminum ſyl.Lavandulæ flore.
Hormini ſyl.ſecundi ſpecies 3.Cluſ.pan.4.ſpecies 5.Eid.hiſt.
Sclarea Hiſpanica,Tab.
Gallitricum alterum,Ger.

X. Horminum ſyl.ſalvifolium majus,vel maculatum.
Horminum ſyl.Matth.Cæſ.Caſt.Lugd.
Verbaſcum ſalvifolium,Lob.ico.
Verbaſcũ nigrum ſalvifolium,Ad.Lob.ob.Lugd.
Orvala altera,Dod.
Hormini ſyl.tertii altera ſpecies,Cluſ.pan.
Hormini ſyl.quinti altera ſpecies,Eid.hiſt.

XI. Horminum ſyl.ſalvifolium minus.
Horminum ſyl.3.vel Horminum ſyl.5.ſalvifolio, Cluſ.pan.
Hormini ſyl. quinti ſpecies prior,Eid.hiſt.

Flos ex cæruleo purpuraſcens & quaſi violaceus,interdũ colore dilutiore,nonnunquam quaſi cineraceo.

XII. Horminum minus ſupinum.
Horminum ſyl.6.ſive minus ſupinum Creticum, Cluſ.hiſt.

XIII. Horminum anguſtifolium laciniatũ: quod 2.eſt in Prodromo.

Folia inferiora aliquando in profundas lacinias dividuntur; aliquando Scolopendriæ folia referunt.

XIV. Horminum minus album Betonicæ facie: quod 3.in Prodromo.

XV. Horminum tenuifolium anguſtis foliis Erythrodani ſylveſtris longioribus,Thalii,quid?

VERBASCUM.

VERBASCUM ΦΛΟ'ΜΟΣ *Dioſcoridi lib.4.cap.104. ἀ φλέγω uro, quaſi φλόγος flamma,quia hujus pro elychniis uſus eſt.*

Genera ſumma duo Dioſcoridi: album & nigrum: in albi genere mas eſt & fœmina: mas foliis albis, oblongis, anguſtis: fœminæ folia braßicæ latiora,candida: flores candidi aut ex luteo palleſcentes. Nigrum foliis eſt albo latioribus & nigrioribus. Eſt ſylveſtre foliis Salviæ,flore verticillato luteo. Sunt & Phlomides duæ hirſutæ,humiles,rotundis foliis. Tertia præter has eſt quæ Lychnitis & Thryallis, foliis craßis ad lucernarum elychnia aptis. Et Plinio lib.25.cap.10. Verbaſcum Græci Phlomon,genera habet prima duo: album in quo mas: alterum nigrum, in quo fœmina: tertium, non niſi in ſylvis reperitur. unt folia braßicæ latiora piloſa,&c. Sylveſtri folia Eleliſphaci alba, ramis lignoſis. Sunt & Phlomides duæ hirſutæ,rotundis foliis humiles. Tertia Lychnites vocatur,ab aliis Thryallis, foliis ad lucernarum lumina aptis.

I. Verbaſcum mas latifolium luteum.
Verbaſcum 1.Matth.Cord.in Dioſc.Lugd.Cęſ.
Verbaſcum mas,Ang.Ad.Caſt.Tab.
Verbaſcũ candidũ mas,Lac.Lon.albũ mas,Thal.
Verbaſcum latius,Dod.latifolium mas,Eyſt.
Verbaſcum mas & Candela regia,Lob.
Verbaſcum aut Phlomos vulgaris mas,Lob.
Thapſus barbatus,Ger.

II. Verbaſcum mas anguſtioribus foliis floribus pallidis.
Verbaſcum 2.Matth.Lac.Caſt.Lugd.
Verbaſcum ſyl.majus Lon.

III. Verbaſcum fœmina flore luteo magno.
Verbaſcum ſive candela regia,Trag.
Verbaſcum nigrum,Fuch.Lon.
Verbaſcum album fœmina luteo flore, Dod.gal. Lugd.
Verbaſcum album mas,Ang.
Verbaſcum maximum album fœmina flore ſubpallido,Lob.ico.
Verbaſcum alterum flore aureo,Cæſ.
Verbaſcum luteum,Tab.
Verbaſcum lychnite minus,Ger.

IV. Verbaſcum fœmina flore albo.
Verbaſcum ſylveſtre,Trag.
Verbaſcum candidum mas, Fuch.Dod.gal.Tur. Geſ.hor.
Verbaſcum 3.flore candido,Cæſ.

Verba-

Verbaſcum album fœmina, Ang. Lon.
Verbaſcum anguſtius, Dod.
Verbaſcum flore albo, Tab.
Thapſus barbatus maximus odoratus Septentrionalium, Ad. fœmina flore albo, Lob. ico.
Thapſus barbatus flore albo, Ger.

Varietas in foliis obſervatur, quam notarunt nomine
Verbaſci albi 2. Tab.
Verbaſci albi, Ger.

V. Verbaſcum Lychnitis flore albo parvo.
Verbaſcum 1. Brunf.
Verbaſcum lychnite, Matth. Lac. Tab. Ger.
Verbaſcum candidum fœmina, Fuch. Geſ. hor.
Verbaſcũ albũ fœmina, albo flore, Dod. gal. Lugd.
Verbaſcum fœmina, Ad. Lob. obſ. Lugd.
Verbaſcum 4. Cæſ. Eyſt.
Phlomos mas alter, Lob. ico.
Phlomos lychnitis, Lugd.
Verbaſci 3. altera ſpecies, Caſt.

VI. Verbaſcum nigrum folio papaveris corniculati: & Cam.
Verbaſcum aliud, Matth.
Verbaſcum laciniatum, Lugd.
Verbaſcum ſyl. 3. Dod.
Verbaſcũ ſyl. ſalvifoliũ, fruticoſum, lignoſũ, Ad. ubi legendum Verbaſcum purpur. Erucæ folium.
Verbaſcum ſyl. Salviflorum laciniatum, Lob. ob.
Verbaſcum Intubaceum, Tab.

VII. Verbaſcum nigrum flore ex luteo purpuraſcente.
Verbaſcum nigrũ, Trag. Dod. Lob. ico. Tab. Ger.
Verbaſcum 3. Matth. Lac. Caſt. Lugd.
Verbaſcũ ſyl. Fuch. Tur. Geſ. hor. ſyl. minus, Lon.
Verbaſcum nigrum ſalvifolium purpureo flore, Ad. Lob.
Verbaſcum nigrum latifolium, Thal.
Blattaria Plinii, ſeu Verbaſcum nigrum, Eyſt.

Flore variat: alterius ex citrino purpuraſcit: alterius ex flavo cãdidus: alibi flore prorſus candido.

IIX. Verbaſcum foliis ſubrotundis flore Blattariæ: in Phytopinace & Prodromo deſcribitur.

IX. Verbaſcum humile Creticum laciniatũ.
Arcturus Creticus, Belli ep. 1. ad Cluſ. Ponæ.
Verbaſcum Braſsicæ folio, Col.
Verbaſcum fruticoſum auriculatum, Ponæ Ital.

Variat: nam illud foliis eſt latioribus, capitulis rotundis: eſt & alterum, longioribus & anguſtioribus foliis, capitulis oblongiuſculis, & hoc eſt Arcturi ſecunda ſpecies, Ponæ Ital.

Verbaſcum Salvifolium.

I. Verbaſcum latis Salviæ foliis.
Verbaſcum ſyl. Matth. Ang. Lac. Geſ. hor. Lugd. Cluſ. hiſp. & hiſt. Caſt.
Verbaſcum ſyl. alterum, Dod.
Verbaſcum ſyl. Salvifolium fruticoſum lignoſum, Ad.
Verbaſcũ ſalvifoliũ fruticoſum, luteo flore, Lob.
Verbaſcum ſyl. foliis Salviæ, Cam.
Verbaſcum 4. Lob. ico. 7. Cæſ.

II. Verbaſcum anguſtis Salviæ foliis.
Verbaſcum ſyl. Dod. Geſ. hor. Lugd. Cæſ.
Verbaſcũ ſyl. Salvitenuifoliũ Norbonenſiũ, Ad.
Verbaſcum ſyl. foliis Salviæ tenuifoliæ, Lob.
Phlomis lychnitis, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd. duplici figurâ.
Salvia ſyl. Monſpelienſium, Geſ. hor.

Hæc Angarathi aliquibus dicitur.

III. Verbaſcum acuto ſalviæ folio.
Phlomos lychnitis altera Syriaca. Lob.
Verbaſcum ſyl. folio Salviæ tenuifoliæ, Lugd.

IV. Verbaſcum ſubrotundo Salviæ folio.
Verbaſcum ſyl. Salvifolium exoticum, Lob. Lug.

Hoc Verbaſci ciſtioidis nomine ex horto clariſſimi Contareni habemus.

BLATTARIA.

BLATTARIAM *Plinius l. 25. c. 9. ſic expreſſit: Eſt ſimilis Verbaſco herba, quæ ſæpe fallit pro ea capta, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. Hæc abjecta blattas in ſe contrahit, ideoq; Romæ Blattariam vocant, hæc ille. Hoc Dioſcorides l. 4. c. 104. Verbaſco ſylveſtri cui flos eſt aureus tribuit.*

I. Blattaria lutea folio longo laciniato.
Blattaria, Trag. Matth. Ang. Fuch. Dod. Geſ. h. (& Verbaſci nigri ſpecies) Lon. Lug. Caſt. Tab. Ger.
Chryſogonum, an potius Blattaria Plinii, Ad.
Blattaria, Lob. Plinii, Eid. ico.
Blattaria flore luteo, Eyſt.
Verbaſcum leptophyllum, Cord. hiſt.
Verbaſcum nonum, Cæſ.

Duplex eſt: altera quatuor cubitorum, tria, quatuor, quinque & plura vaſcula conjuncta habens: altera humilior, ſingula vaſcula proferens, foliis multò viridioribus.

II. Blat-

II. Blattaria alba.
Blattaria flore albo, Lob.ico.Cam.Eyſt.
an Verbaſcum 5.Cæſ.
Ad Verbaſcum lychnitis referri poteſt. Variat flore parvo, eoq; albo vel viridi, vel viridi purpuraſcente & magno flore, quare hæc
Blattaria altera: illa verò
Blattaria flore viridi,
Blattaria flore ex viridi purpuraſcente dicitur, Lob.ico.

III. Blattaria magno flore: & Lob.ico.
IV. Blattaria purpurea.
Blattaria flore purpureo, Geſ.hor.Lob.ico.Lugd. Cam.Ger.
Blattaria phœnicea, Tab.
an Verbaſcum octavum, Cæſ.
Foliis eſt nigrioribus non laciniatis, parumque ſerratis: flos modo dilutè rubet, obſoleto colore purpuraſcit: quandoque nigræ violæ colore eleganti nitet.

ÆTHIOPIS.

ΑἸΘΙΟΠΙΣ *Dioſcoridi lib.4.cap.105. folia Verbaſco ſimilia, perquam hirſuta habet, &c. Et Plinio lib.27.cap.4. Aethiopis folia habet Phlomo ſimilia, magna, multa & hirſuta, &c. à loco natali forte nomen habet, quia Plinio l.c. ex Aethiopia eximia venit: hac, inquit lib.26.cap.4. clauſa omnia tactu apperiri. At lib.24. cap.17. Aethiopida in Meroë naſcitur, ob id Meroidum appellarunt folio Lactucæ, &c. hic ſanè aliam quàm Dioſcorides intelligit.*

I. Æthiopis foliis ſinuoſis.
Æthiopis, Matth. Ang. Lac. Dod. Geſ. hor. Lon. Cæſ. Lugd. Caſt. Tab. Ger. Eyſt.
Æthiopis ſive phlomitis, Ad. Lob.
An potius Verbaſcum lychnites Dioſcoridis: cùm hujus Æthiopidis vaſcula, non ſolùm bina ſemina nec ervi magnitudine contineant, nec radicem viſcidam habeat, neque in exiccata cornu durities ſentiatur, quæ à Dioſcoride ſuæ tribuuntur.
II. Æthiopis foliis in profundas lacinias diviſis: quæ in Prodromo deſcribitur.

VERBASCULUM *ſeu* PRIMULA VERIS.

PRIMULAE VERIS, *quod primo Vere floreant, Dioſcoridis lib.4.cap.104.* φλομίδες *& Plinii lib.25. cap.10. Phlomides cenſentur. Aliis verò Plinii lib.25.cap.4.& lib.26.cap.11. Dodecatheon, cui ſunt folia ſeptem, Lactucis ſimillima, à lutea radice exeuntia. Verum apud Plinium lib.25.cap.10. alterum genus Aliſmatis in ſylvis, nigrius, majoribus foliis, videtur.*

Verbaſculum flore ſimplici.
I. Verbaſculum pratenſe odoratum.
Herba Paralyſis, Brunſ. Caſt. deſc.
Herba Paralyſis vulgaris, Trag. altera, Cæſ.
Dodecantheon, Ang.
Primula veris, Matth. Lugd. Tab. hortenſis, Thal.
Primula veris major fl. luteis odoratis, Dod.
Primula pratenſis, odora lutea, Ad. Ger.
Primula veris flore luteo, Eyſt.
Primula pratenſis, Lob.
Primula veris flavo flore elatior, Cluſ. hiſt.
Verbaſculum odoratum, Fuch. Dod. gal.
Arthritica, Geſ. hor. ſimplex luteo flore, Cam.
Aliſma pratorum, Col.
II. Verbaſculũ pratẽſe vel ſylvaticũ inodorũ.
Herba Paralyſis alba, Brunſ. ſyl. Trag.
Primula veris altera, Matth. Lugd.
Verbaſculum non odoratum, Fuch.
Verbaſculum album, Dod. gal.
Primula veris major, (fl. albidis inodoris) Dod. (Ger.
Primula pratenſis pallida, Ad.
Primula pratenſis inodora luteopallida, Lob.
Primula veris, Paralyſis ſyl. Thal.
Primula ſyl. 3. Tab.
Primula veris pallido flore elatior, Cluſ. hiſt.
III. Verbaſculũ ſylvarũ majus ſingulari flore.
Verbaſculum minus, Dod. gal.
Primula veris minor, Eid. Lugd. Ger.
Primula ſylvarum, Ad. Lob. Lugd.
Arthriticæ ſpecies flore ſingulari, Geſ. hor.
Herba Paralyſis, Cæſ.
Primula veris pallido flore humilis, Cluſ. hiſt.
Aliſma ſylvarum, Col.
Primula ſyl. 2. Tab.
Primula veris ſyl. flore pallido, Eyſt.
Arthritica caule exiguo vel nullo, Cam.
Flore eſt pallido, reperitur etiam niveo, quæ Sylvarum primula alba, Ad.
IV. Primula veris montana incana lutea.
Paralytica rotundifolia montana, Col.

Verbaſculum flore multiplici.

I. Verbaſculum hortenſe multiplex.
Arthriticæ genus daſypodium, ſive denſifolium, Geſ.hor.
Arthritica pleno flore, Cam.
Primula hortenſis Anglica flore pleno, Ad.Lob. Lugd.Ger.
Primulæ veris flos multiplex, Dod.multiflora, Tab.
Primula veris Angſicana fl.pleno, Eyſt.

II. Verbaſculum ſyl.magno plenoq; flore.
Primula veris ſylvarum fl.pleno ſpecioſo, Ad. Lob.ico.Eyſt.
Primula veris ſylvarum flore multiplici, Lugd.
Primula veris multiflora ſyl.Tab. veris fl. pleno, Ger.

III. Verbaſculum ſyl.minus ſingulari flore.
Primula ſylvarum fl.obſcurè virentibus fimbriatis, Ad.Lob.Lugd.
Primulæ veris minoris altera ſpecies, Dod.
Primula ſyl.flore viridi, Tab.Ger.

IV. Verbaſculum proliferum.
Primula veris flore gemino altero alteri innato, Lob.Lugd.
Primula veris prolifera, Tab.
Primula veris flore geminato, Ger.Eyſt.

Verbaſculum alpinum.

I. Verbaſculum umbellatum alpinum minus.
Majele, Cord.obſ.
Lerchenblümle/ Geſnero, monente Cam.
Verbaſculus alpinus ſive cæruleus, Lugd.
Sanicula alpina minor ſive media, Lob.Lugd.
Primula veris flore rubro, Cluſ.pan.& hiſt.Ger.
Arthritica flore purpureo, Cam.
Primula alpina media, Tab.
Primula veris anguſtifolia rubra & alba, Eyſt.

Flore eſt ſubcæruleo, aut carnei coloris, aut dilutiore purpurà nitente, interdum ſaturatius rubente: rarò candido & exalbido, omnes tamen circa umbelicum luteoli ſunt.

II. Verbaſculum alpinum umbellatum majus.
Keiſerlin/ Simlero de alpibus.
Paralitica alpina, Sanicula anguſtifolia major, Lob.Lugd.
Primula veris albo flore, Cluſ.pan.& hiſt.Ger.
Primula alpina anguſtifolia, Tab.

Variat floris colore: eſt albo: rubro: rubore & candore confuſo.

SANICULA ALPINA vel AURICULA URSI.

SANICULA *à ſanandis vulneribus: Auricula Urſi à forma foliorum dicitur: an Ἄλισμα ſive Δαμασώνιον foliis Plantaginis ſed anguſtioribus, & in terram convexis, &c. Dioſcoridis lib.3.cap.169. Et Plinii lib.25.cap.10. Aliſma ſive Damaſonion foliis Plantaginis, ſed anguſtioribus, magisq; lacinioſis, convexisq; in terram, &c.*

Sanicula alpina foliis ſerratis.

I. Sanicula alpina lutea.
Sanicula ſive Auricula Urſi, Matth.
Arthriticæ genus alpinum, & Sanicula alpina, Geſ.hor.
Lunaria arthritica, Eid.de lun.& fracto.
Auricula urſi, Dod.Caſt. (Ger.
Auricula urſi 1. vel luteo flore, Cluſ.pan. & hiſt.
Paralytica alpina, Sanicula ſive auricula urſi, Lob. flore luteo, Ad.
Auricula urſi ſeu lupi, Cæſ.
Primula veris pachyphyllos, Lugd.
Auricula urſi floribus luteis, Cam.Tab.Eyſt.
Aliſma ſive Damaſonium Dioſcoridis, Col.

Variat foliis & floribus: foliis lævibus & viridibus, interdum incanis vel caneſcentibus: denſioribus, tenuioribus: majoribus & minoribus: floribus pallidis, luteis, aureis. rariſsimè candidis vel cæruleis, iisque modò majoribus, modò minoribus, modò denis, vicenis, tricenis, hinc
Auricula urſi floribus pallidis & candidis,
Auricula urſi floribus luteis,
Auricula urſi fl.aureis & cæruleis, Tab.

II. Sanicula alpina purpurea.
Britannica, Ang.
Arthriticæ ſpecies flore purpureo, Geſ.hor.
Paralytica alpina, Sanicula flore purpureo, Ad.
Auricula urſi, Caſt.ico.flore purpureo, Lob.ico.
Auricula urſi ſuaverubens, Ger.
Auricula urſi 2.Cluſ.pan.& hiſt.
Primula alpina latifolia, Tab.
Sanicula alpina rubra, Eid.

Flore eſt purpuraſcente, rubeſcente ſanguinis modo, & atro colore.

III. Sanicula alpina foliis rotundis.
Auricula urſi 5.Cluſ.hiſt.

Hæc etiam minoribus foliis reperitur, quæ Auriculæ urſi 5. ſimilis, Cluſ.ap.alt.auct.

IV. Sanicula alpina flore variegato.
Auricula urſi 3.Cluſ.pan.& hiſt.

Auri-

Auricula urſi floribus guttatis, Tab.
Floribus eſt rubris, albis maculis aſperſis.
V. Sanicula alpina anguſtifolia.
Auricula urſi 5. Cluſ. pan. 7. in hiſt. at 8. in cur. poſt.
Auricula urſi 8. Tab. flore purpureo, Ger. Eyſt.
Flores dilutè rubent: huic ſimilis brevioribus tamen foliis, cujus Cluſ. in cur. poſt. meminit.
VI. Sanicula alpina foliis quaſi farinâ aſperſis.
Auricula urſi 7. Cluſ. cur. poſt.
Flores exalbidi carneo colore perfuſi.
VII. Sanicula alpina minima carnea.
Arthritica cæruleis floſculis, Geſ. hor.
Sanicula alpina minima, Lob. Lugd. Tab.
Auricula urſi 6. Cluſ. pan. 8. Eid. hiſt. 10. cur. poſt.
Auricula minima, Ger.
IIX. Sanicula alpina minima nivea.
Auricula urſi minima flore niveo, Cluſ. pan. & hiſt. Tab. Ger.
an Auricula urſi flore albo, Eyſt.
Folia palleſcunt & flos omnino niveus, cum illius viridia folia & flos dilutè rubens ſive carneus.
IX. Sanicula alpina foliis borraginis villoſa.
Auricula urſi Myconi, Lugd.
Auricula urſi ex Pyrenæis, Cluſ. hiſt. ap. alt. auct.
Auricula urſi 9. Eid. cur. poſt.

Sanicula foliis non ſerratis.

I. Sanicula alpina rubeſcens, folio non ſerrato.
Auricula urſi 4. Cluſ. pan. & hiſt. 7. Tab.
Auricula urſi rubeſcens, Ger.
II. Sanicula alpina alba foliis non crenatis.
Auricula urſi 6. Cluſ. hiſt.
Similis flore pallido, quæ
Auricula urſi pallido flore, Cluſ. cur. poſt.
III. Sanicula alpina minima piloſa: quæ pro 2. in Prodromo deſcripta.

Sanicula rotundifolia.

I. Sanicula montana latifolia laciniata.
Cortuſa, Matth. Caſt. Lugd, Cam.
Caryophyllata Veronenſium fl. Saniculæ urſinæ, Ad. Lob.
Sanicula montana, Cluſ. hiſt. altera, Eid. pan.
Sanicula alpina, Tab. Ger.
Duplex figura apud Cluſium, Taber. & Gerardum.
1. Sanicula montana, Cluſ. hiſt.
Sanicula alpina Cluſii, Tab. Ger.
2. Cortuſa Matthioli, Cluſ. hiſt. & cur. poſt.
Saniculæ alpinæ icon verior, Tab.
Cortuſæ rarior icon, Ger.
In figura Saniculæ Cluſii malè averſa parte puncta aſperſa ſunt,
Flore eſt eleganter rubro, & ad purpureum tendente: habetur & violaceis, rariùs albis floribus.
II. Sanicula montana rotundifolia major.
Sanicula alpina alia, Geſ. hor.
Garyophyllata, ſive Geum alpinum recentiorum folio hederaceo, Ad. Lob. ico, Lugd.
Sanicula montana 1. Cluſ. pan. altera, Eid. hiſt. Eyſt.
Sanicula alpina, Cam. ep. guttata, Eid. hort.
Cotyledon 3. Dalechampii, Lugd.
III. Sanicula montana rotundifolia minor.
Sanicula montana minor, Cluſ. pan.
Saniculæ montanæ alterius ſpecies 2. Eid. hiſt.
IV. Sanicula montana longifolia ſerrata.
V. Sanicula montana flore calcari donato.
Pinguicula (vel Liparis) Geſ. hor. Cluſ. pan. & hiſt.
Cucullata, quibuſdam Criâs Apuleii, Lugd.
Pinguicula vel λίπαρις, Viola humida aut paluſtris: Dodecatheon Plinii, Geſnero, Cam.
Variat floris colore, qui albus, purpureus & cæruleus.

DIGITALIS.

DIGITALIS quod flores digitale referant, nomen habet. Sunt qui ad Verbaſcum, alii ad Aliſmatis genus alterum Plinii referant. At Docliſs. Fabius Columna, Ephemerum Dioſcoridis lib. 4. cap. 85. cenſet.

Digitalis folio Verbaſci.

I. Digitalis purpurea folio aſpero.
Campanula ſyl. Trag.
Digitalis rubra, Dod. gal. purpurea, Fuch. Ang. Geſ. hor. & ap. Lon. Dod. Ad. Lob. Lugd. Cam. Tab. Ger.
Aralda Bononienſibus, Geſ. hor.
Verbaſcum digitale, Coſtæo.
Virga regia major flore purpureo, Cæſ.
Ephemeri alia ſpecies major, Col.
Flos purpureus, nigris punctulis inſignitus, ruber, incarnatus, ſive ex purpureo candidus intus

punctatus: aliquando flores in rotundam ſpicam in gyrum coli effigie in ſummo diſpoſiti ruſeſcũt ex luteo, intus guttis purpureis aſperis, hinc Digitalis flore rubeo, & flore incarnato, Eyſt.

II. Digitalis alba folio aſpero.
Digitalis 2. Dod. alba, Lob. Lugd. Eyſt.
Virga regia major flore pallido, Cæſ.
Ephemeri altera ſpecies major candida, Col.

Flos nivei candoris, intus nigris punctis intercurſantibus.

Digitalis folio vireſcente.

I. Digitalis lutea magno flore.
Campanula ſyl. flore luteo, Trag.
Digitalis lutea, Fuch. Ang. Lon. Thal. Lugd. Cam. Tab. Ger. flore luteo, Eyſt.
Digitalis minor, Geſ. hor. flore minore, Eid. col.
Digitalis lutea flore amplo, Ponæ.
Digitalis 3. Dod.
Calathiana viola Plinii, Dalech. in Plin.
Ephemeron Dioſcoridis, Col. (vario.

Flore eſt luteo, pallido, rariſsimè albo: & intus

II. Digitalis major lutea vel pallida, parvo flore.
Digitalis major, Geſ. hor. 4. Dod.
Digitalis flore minore albidiore, Geſ. col.
Digitalis lutea, Ad. parva, Lob. ico. ſub ramo minore exprimitur.
Virga regia: Aliſma & Damaſonium Dioſcoridis, & Fiſtula paſtoris Avicennæ, Cæſ.

III. Digitalis minor luteo parvo flore: in Prodromo deſcripta.

IV. Digitalis anguſtifolia lutea.
Digitalis lutea parva, Lob. ico.

V. Digitalis anguſtifolia flore ferrugineo.
Digitalis gilvo flore, alias ferrugineo, Lob.

EPHEMERON.

Cum doctiſſimus Fabius Columna, Digitalẽ cenſeat eſſe Ephemeron Dioſcoridis, pauca aſpergamus. Ἐφήμερον *ſive* Γ *εις ἀγεία caulem & folia lilii habet, ſed hæc tenuiora: flores candidos, amaros, ſemen molle, radicem unam digitali craſſitudine, longam aſtringentem, odoratam, &c. Dioſcoridi lib. 4. cap. 85. Ephemeron folia habet lilii, ſed minora, caulem parem, florem cæruleum, ſemen ſupervacuum, radicem unam digitali craſſitudine, Plinio lib. 25. cap. 13. Subjicimus & Matthioli & Lobelii Ephemeron utrumque nobis incognitum.*

I. Ephemeron quod aliqui ſylveſtrem Irin appellant, Matth. Lacunæ, Caſt. deſc.
Ephemerum non lethale Matthioli, Lugd. Tab.
Ephemerum Matthioli, ex ſpuriis appoſitis plantis eſſe videtur, Colum.

II. Ephemerum Matthioli, vel potius Ephemerum ſpurium, Lob. Dod.

Has duas eaſdem eſſe vix credimus: cum illi folia lilii & radix unica digitalis craſsitudine tribuatur: huic verò folia & radix Iſatidis adſcribatur: imò figurarum nulla eſt ſimilitudo: & Lobelii potius Lyſimachiam aliquam referat.

LIBER SEPTIMUS.
SECTIO PRIMA.

LYSIMACHIA; VERONICA; TEUCRIUM; SCORDIUM; CHAMAEDRYS; CHAMAEPYTIS; ALSINE; SPERGULA; *Anagallis; Elatine.*

LYSIMACHIA.

ΛΥΣΙΜΑ´ΧΙΟΝ ἢ, ΛΥ´ΤΡΟΝ *Dioſcoridi l. 4. c. 3. caules emittit cubitales fruticoſos, folia ſaligni ſimilia, flos flavus aureúsve, &c. Sic dicta à Rege Lyſimacho Agathoclis filio, ejus inventore: folia habet Salicis viridia, florem purpureum (aureum habet vetus) fruticoſa, &c. Plinius l. 25. c. 7. addit tantam ei vim eſſe, ut jumentis diſcordantibus jugo impoſita, aſperitatem cohibeat. Unde videtur innuere,* παρὰ τὸ τὰς μάχας λύειν *dictam eſſe. Salicaria etiam, à foliorum cum ſalicis foliis ſimilitudine vocatur. Hujus ſpecies eſt ſiliquoſa, quæ à ſiliquatò fœtu præcoci, qui auctu & incremento florum eruptioni antevertit, quaſi proles parente prior, Filius ante patrem vocitatur.*

Lyſima-

Lyſimachia lutea.

I. Lyſimachia lutea major: quæ Dioſcoridis.
Lyſimachia lutea, Trag. Fuch. Tur. Ang. Ad. Lob. Cæſ. Tab. Cam. Ger. Eyſt. lutea communis, Cluſ. hiſt.
Lyſimachia, Matth. Lac. Lug. 1. Lon.
Lyſimachia vera, Cord. in Dioſc. falſa, Caſt.
Lyſimachium verum, Dod. gal. legitimum, Eid.
Lyſimachium luteum, Geſ. hor. Thal.
Salicaria, Geſ. hor.

Foliis nunc ternis, nunc quaternis, nunc binis reperitur.

II. Lyſimachia lutea minor, foliis nigris punctis notatis.
Lyſimachia lutea in alis foliorum florens, Cæſ.
Lyſimachia lutea altera, Cluſ. pan. & hiſt.
Lyſimachia flore luteo majore, Cam.
Lyſimachia lutea Pannonica major, Eyſt.

Foliis eſt quaternis, etiam ternis.

III. Lyſimachia trifolia lutea ſpicata.
Lyſimachia lutea altera [illegible], Col.

IV. Lyſimachia bifolia flore globoſo luteo.
Lyſimachia lutea altera, Lob. Cluſ. hiſt.
Lyſimachium aquatile, Dod. belg.

Addit Cluſius Lyſimachiam luteam 3. ſive minorem, quæ à priore ſolùm radice & caule, quæ melius exprimuntur, differt.

V. Lyſimachia lutea corniculata.
Lyſimachię Virgineę nomine ipſum ſemen Patavio miſſum quod anno 1619. in horto eleganter crevit & ex ſemine deciduo ſe facilè hactenus propagavit.

Lyſimachia ſiliquoſa.

I. Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta magno flore.
Lyſimachia ſeu Salicaria altera, Trag.
Lyſimachia purpurea, Fuch.
Lyſimachiæ purpureę primũ genus, Eid. ico. Tur.
Lyſimachium purpureum 1. Dod. gal. Lugd.
Antoniana major hirſuta, Geſ. hor.
Epilobii 4. ſpecies, Geſ. ad Cord.
Lyſimachia ſiliquoſa, Ger. 1. Tab.
Lyſimachia 2. & 3. flore purpureo vel rubro, Lon.
Lyſimachii majoris purpurei 1. ſpecies, Thal.
Onagra campeſtris hirſuta, Cæſ.

Flore eſt majore violaceo, purpureo.

II. Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta parvo flore.
Lyſimachia ſiliquoſa 2. Tab.

Major eſt & minor, utraq; in Prod. deſcripta.

III. Lyſimachia ſiliquoſa glabra major.
S. Antonii herba 3. Geſ. ad Cord. cui & filius ante patrem. (hiſt.
Lyſimachia ſiliquoſa, Ad. Lob. Caſt. major, Cluſ.
Pſeudolyſimachium purpureum 1. Dod.
Onagræ genus alterum, Cæſ.
Lyſimachia ſiliquoſa flore albo, Tab.
Lyſimachia campeſtris, Ger.
Lyſimachii majoris purpurei 2. ſpecies, Thal.

Flore eſt parvo pallidè rubente, rarius albo: quibuſdam Delphinium Dioſcoridis cenſetur.

IV. Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor.
Panax Chironium Theophraſti, Ang. Cord.

II. Helenio ſimilis peregrina.
Faalim, Theveti: hujus iconem ex Theveti Coſmag. Lugd. habet: quid eſt?

III. Helenium Indicum maximum.
Planta maxima, Cortuſo in epiſt. ad Matth. edit. Ital. præfixa, Caſt. cui & Bellis Pliniana.
Solis flos Peruvianus. Lob.
Chryſanthemum Peruvianum, Dod. Lugd.
Helianthemum Peruvianum, Cam. ep.
Herba Solis, Monardi.
Sol Indianus, Lon.
Helenium Indicum, Cæſ.
Corona Solis, Tab.
Flos Solis gigantea, corona regia, crater Jovis, amoris tuba, roſa Hiericontis, Frag.

Flos

Flos Solis major, Ger.Eyſt.
Flos à Sole dictus: Joſeph.Acoſtæ l.4.c.27.
an Planta prægrandis flore Calendulæ forma, ex cujus ſemine panem & pultes in Virginia conficiunt: in deſcr. Virgineæ.

Variat magnitudine foliorum & florum, caulis altitudine: adoleſcit enim in Hiſpania ad 24. pedes. Flos (cujus folia in aliquibus longiora) aliquando tantæ magnitudinis, ut 2362. ſemina inventa fuerint: quem aliqui album viderunt.

IV. Helenium Indicum ramoſum.
Chryſanthemum Peruvianum alterum, Dod.
Helianthemum Peruvianum proliferũ, Cam.ep.
Flos Solis ramoſus, Cam.
Corona Solis 2. Tab.
Flos Solis minor, Ger.
Flos Solis prolifer, Eyſt.

In Italia viginti quatuor flores in una planta, plures in Hiſpania, ſæpius conſpiciuntur: in Germania etiam decem & plures obſervavimus.

V. Helenium Indicum mediũ laciniato folio.
Solis flos minor, Lob.Lugd.Cam.

VI. Helenium Indicum minus.
Corona Solis minor fœmina, Tab.
Flos Solis minor fœmina, Ger.
Ambo enim marem & fœminam exhibent.

VII. Helianthemum Indicum tuberoſum.
Flos Solis Farneſianus, ſive Aſter Peruvianus tuberoſus, Col.
Chryſanthemum latifolium Braſilianum, in Prodromo.
Chryſanthemum è Canada quibuſdam.
Canada & Artiſchoki ſub terra, aliis:
Gigantea, Burgundis.

SECTIO QUINTA.

PERFOLIATA; BUPLEURUM; CENTAURIUM MINUS; GRATIOLA; HYPERICUM; CORIS; SYMPHYTUM PETRÆUM; Polygonum; Anthyllis; Sedum; Cotyledon; Aloë.

PERFOLIATA.

PERFOLIATA *dicta, quod ſingula folia caulis penetret: quam alii Cacaliam Dioſcoridis l.4. cap.123. ſuſpicantur: alii Cotyledonem ejuſdem l.4.c.92. pronunciarent, ni radix obſtaret. Alii Seſeli Aethiopicum ejuſdem l.4.c.61. cenſent.*

I. Perfoliata vulgatiſsima, ſive arvenſis.
Perfoliata, Brunf. Matth. Fuch. Eric. Cord. Dod. ut: Ang. Geſn. hor. Lon. Cord. hiſt. Lugd. Tabern. Eyſt.
Perfoliata vera, Thal. vulgaris, Ger.
Perfoliata major, Trag.
Cacalia, Lac.
Perfoliatum vulgatius flore luteo folio umbilicato, Ad.Lob.
Seſeli Æthiopicum Dioſcoridis, Cæſ.

II. Perfoliata flore multiplici.
Perfoliata criſpa ceu muſcoſa, Cam.

III. Perfoliata montana latifolia.
Perfoliata montana, Geſ.Lugd.Cam.

IV. Perfoliata montana floſculis parvis.

V. Perfoliata alpina latifolia minor: hæc 1. in Prodromo.

VI. Perfoliata alpina anguſtifolia major, ſive folio anguloſo: hæc 2. in Prodromo.

VII. Perfoliata alpina anguſtifolia media: quæ 3. in Prodromo.
an Perfoliata largifolia Dalechampii, Lugd.

IIX. Perfoliata alpina anguſtifolia minor: quæ 4. in Prodromo.

IX. Perfoliata alpina gramineo folio, ſive Bupleuron anguſtifolium alpinum.
Sedum petræum Bupleuri folio, vel Bupleuron petræum gramineo folio, Ponæ.

X. Perfoliata minor anguſtifol. bupleuri folio.
Odontitis lutea, Lugd.
Perfoliatum anguſtifolium montanum, Col.

XI. Perfoliata alpina anguſtifolia minima: vel Bupleuron anguſtifolium Pyrenaicum: 5. loco in Prod. deſcribitur.
an Seſeli Æthiopicum parvum foliis gramineis, Cæſ.

XII. Perfoliata minor ramis inflexis: quæ 6. in Prodromo.

BUPLEURON.

BΟΥΠΛΕΥΡΟΝ Hippocrati & Nicandro in Theriacis. Plinius l. & c.22. Bupleuri meminit, ubi aliqui Ammi vulgatius intelligendum cenſent: licet Bupleuron Plinii, rectius Valerianæ campeſtri, quæ etiam Lactuca agnina dicitur tribui videatur. Quare aliis hoc noſtrum Bupleuron, βούπρεστις dicitur, cujus Theophraſtus 7.hiſt.8. inter olera mentionem facit: Et Bupreſtis Plinio l.& c.22. Sunt qui ad Panaces Chironium Dioſcoridis, alii ad Elaphoboſcum referunt.

I. Bupleuron folio rigido.
Beupleurum, Ang.majus, Geſ.hor.
Elaphoboſcum & Gratia Dei Gallis, Eid.
Bupleurum alterum latifolium, Ad. Lob. Dod. Lugd.
Bupleurum latifolium, Tab. Monſpelienſiũ, Ger.
Panaces Chironium quorundam, Lugd.

II. Bupleuron folio ſubrotundo, ſive vulgatiſsimum.
Herba vulneraria, Trag.
Iſophyllon, Cord.hiſt.
Beupleurum, Dod.gal.Geſ.hor. Ad. Lugd.
Auricula leporis Monſpelienſium, Geſ.hiſt.anim.
Panax Chironium Dioſcoridis, Lon.
Bupleurum anguſtifolium, Dod.Tab.
Bupleurum anguſtifolium Monſpelienſiũ, Ger.
Bupleurum anguſtifolium herbariorum, Lob.
Sanamunda quibuſdam.

Folia inferiora ſubrotunda, quæ in caule longa & anguſta ſunt.

III. Bupleuron anguſtiſsimo folio.
Bupleuron minimum, Col.

CENTAURIUM MINUS.

CENTAURIUM duplex eſt: majus de quo ſupra capite de Lapatho: minus aliud, quod κενταύρειον τὸ μικρὸν καὶ λιμναῖον. quoniam loca rigua amet Dioſcoridi l.3.c.9. At Theophraſto 9.hiſt.4. Πάναξ λεπτόφυλλον Panax tenuifolium dicitur. Plinio l.25.c.6. Centaurium alterum cognimine lepton, quod aliqui Libădion vocant, quoniam ſecundum fontes naſcatur: Fel terræ propter amaritudinem ſummam dictum. Gallis Exacon (ἀπὸ τοῦ ἀκεῖσθαι à medendo) quoniam omnia mala medicamenta potum è corpore exigat per alvum: Tertia eſt Centauris cognomine triorchis, &c. hæc Plinius.

I. Centaurium minus.
Centaurea, Brunſ. Cæſ. minor, Brunſ.
Centaureum minus, Trag. Matt. Fuch. Ang. Dod. ut: Tur. Cord. in Dioſc. Geſ. Lac. Lon. Cam. Thal. Lugd. Caſt. Tab.
Centaur. minus flore rubro, Eyſtett. quod & fl. albo pingit.
Centaureum parvum, Ad. Lob. Ger.

Flos communiter è puniceo colore in purpura rubet: aliquãdo albus eſt: rariꝰ ferruginei coloris. Variat etiam ratione ſoli, Theophraſto 4. hiſt. 5. monente; in humidis enim, altius excreſcit: in aridis, vix duas aut tres unicas æquat.

II. Centaurium minus ſpicatum album: in Phytop. Matth. & Prodromo deſcriptum.

III. Centaurium luteum perfoliatum.
Perfoliata Achillæa, Geſ.hor.
Centaureum luteum, Ad. Cluſ.hiſp.prius, Lugd. Eyſtett.
Centauriũ floribus luteis ſive citreis pallidis Meſuæi, Lob.
Centaurium luteum perfoliatum, Cam.ep.
Achilleos, Cæſ.
Centaurium parvum flavo flore, Cluſ. hiſt. luteum, Ger.
Centaurium minus luteo flore perfoliatum, Tab.

Hoc videtur Achilleon vera Plinii l. 25. cap. 5. quam ſcribit eſſe ſcapo cęruleo pedali, ſine ramis, ex omni parte ſingulis foliis rotundis eleganter veſtitam: vulneribusq; mederi. Et Meſuæo, l. 2. purg. 10. Centaurium floribus citreis pallidis.

Duplex eſt: alterum foliis anguſtioribus & non perfoliatis: alterum latioribus & caulem ambientibus: caule ramoſo & non ramoſo, & hoc eſt Centaurium luteum alterum, Lugd.

IV. Centaurium luteum puſillum.
Centaurium luteum novum, Col.

GRATIOLA.

GRATIOLAE ſive Gratia Dei nomen, recentior ætas tribuit, propter ſingulares vires, tam per ſuperiora, quam per inferiora humores expurgandi, & recentia vulnera conſolidandi: Hæc veteribus indicta videtur,

quámvis

quámvis aliqui Papaver ſpumeũ Dioſcoridis l.4.c.67.alii Eupatorium Meſues eſſe velint. Centaurida alii faciunt, nec malè cum Centaurii minoris ſpecies eſſe videatur: & inter ſpurias Centaurii minoris appellationes, Helleborines & Multiradicis appellationes exſtant, quæ Gratiolæ competere videntur, cum Hellebori modo purget, & radicibus complurimis firmetur. Sunt qui Perſicariam minorem apud Sylvaticum credant.

Gratiola centauroides.
Gratiola, Matth. Dod. ut: Geſ.hor. Ad. Lob. Lug. Caſt. Cam. Tab. Ger.
Gratia Dei, Lac. altera, Cæſ.
Gratia Dei, cujus ſemen Gelbenech, papaver ſpumeum fortè, Ang.
Limneſium ſive Centauroides, Cord. hiſt.
Eupatorium Meſue, Cord. ſchol.

Gratiola ſive Centaurium aquaticum, fortè Polemonium paluſtre amarum Hippocrati veterinario, Geſ. col.
Gratiola vulgo dicta, quę quibuſdam verius Hyſſopum vulgare cenſetur, Col.
Gratiola flore albo & Gratia Dei, Eyſt.
Flos communiter purpuraſcens, aliquando albus, rarius luteus: folia minus magisvè crenata.

HYPERICUM.

Ὑπερικὸν οἱ δὲ Ἀνδρόσαιμον, οἱ δὲ κόριον, οἱ δὲ χαμαίπιτυς. quoniam ſemen odore pineam reſinam imitetur, Dioſcoridi l.3.c.171. Et Plinio l.26.c.8. Hypericon quod alii Chamæpityn, alii Corion appellant. Perforata vulgo, quod folia Soli objecta innumeris foraminibus ſcatere videatur: hinc & poroſa quibuſdam.

Genera: Dioſcorides, præter vulgatum Hypericum & alterum ſequenti capite exhibet, quod Ἄσκυρον, οἱ ἀσκυροειδὲς, οἱ ἀνδρόσαιμον dicatur, hypericigenus eſſe magnitudine diſtans, cum majus & fruticoſius ſit: & Androſæmon dici, quod fructus, qui reſinoſi odoris eſt, attritu digiti veluti cruententur. Et ſequenti capite Ἀνδρόσαιμον, οἱ Διονυσιάδα, οἱ δὲ Ἄσκυρον. ab Hyperico & Aſcyro differt, &c. Plinio l.c. & l.26.cap.15. duplex eſt Hypericum: aliud oleraceo frutice tenui, cubitali, rubente &c. Aliud quod Corin appellant folio Tamaricis &c. Eid. l.27.c.5. Aſcyrum ſive Aſcyroides Hyperici genus eſt, cujus comæ tritæ velut cruentant: quâ de cauſa quidam hanc Androſæmon vocavere. Idem. c.4.

I. Hypericum vulgare.
Hypericum, Brunf. Matth. Fuch. Ang. Tur. Lac. Lon. Dod. Ad. Lob. Cæſ. Lugd. Caſt. Cam. Tab. Ger. Eyſt.
Herba perforata, & Hypericum vulgare, Trag.
Aſcyron, Dod. gal. Cord. in Dioſc.
Androſæmon minus, Geſ. col.
Apud Dioſcoridem inter Rutas ſylveſtres (cum ipſius ſpecies credatur) hujus deſcriptio etiam legitur.
Foliis modo latioribus, modo anguſtis variat, quod Tragus duabus figuris expreſſit: caules quoq; ejus, quod in humentibus provenit, quadrati ſunt, alibi verò rotundi. Hujus etiam minor ſpecies caule quadrangulo, foliis non perforatis.
II. Hypericum nummulariæ folio: quod in Prodromo deſcribitur.
III. Hypericum folio breviore.
Hypericum Syriacum & Alexandrinum, Lob.
Hypericum Syriacum, Lugd. Ger.
Hypericum Alexandrinum, Tab.
IV. Hypericum minus erectum.
Hypericum pulchrum vel quartum, Trag.
Androſæmum, Lon.

an Hyperici minor ſpecies, Thal.
Hoc cum utriculis circa caulem reperitur.
V. Hypericum minus ſupinum, vel ſupinum glabrum.
Hypericum exiguum & primum, Trag.
Hypericum minus, Geſ. col. Dod.
Hypericum minimum ſupinum Septentrionale, Lob.
Hypericum ſupinum tertium minimũ, Cluſ. hiſt.
Aſcyro adpinxit, Cam. ep.
Hoc interdum exiguum eſt, aliquando magno ceſpite ſerpit: hoc, Lobelius in obſer. illud, in iconibus expreſſit.
VI. Hypericum ſupinum tomentoſum majus vel Hiſpanicum.
Hypericum ſupinum, Cluſ. hiſp. tomentoſum Hiſpanicum, Eid. hiſt.
Hypericum minimum ſupinum Septentrionaliũ, Lob. obſ. ico.
Hypericum humi ſtratum, Lugd.
Ruta ſylveſtris Dioſcoridis, Johanni Placæ, quæ à Ruellio inter notha rejecta.
VII. Hypericum ſupinum tomentoſum minus, vel Monſpeliacum.
Hypericum ſupinum, Dod.

Hyperi-

Hypericum alterum tomentoſum, Ad.
Hypericum tomentoſum, Lob. Lugd. Tab. Ger.
Hypericum tomentoſum ſecundum, Cluſ. hiſt.
Androſæmum album Dalechampii, Lugd.
Lobelius cum priore idem dicit: at Cluſius negat idem eſſe.

Hypericum Aſcyron dictum.

I. Aſcyrum ſupinum villoſum paluſtre.
Aſcyrum ſupinum ἐλῶδες, Cluſ. hiſt. ap. alt. auctario.
II. Aſcyrum, ſive Hypericum bifolium glabrum non perforatum.
Hypericum in dumetis naſcens primum, Trag.
Aſcyrum, Matth. ep.
Androſæmon, Matth. fol. Fuch. Tur. Lac. Cord. in Dioſc. Caſt. Geſ. col. (& Aſcyroides) Caſt.
Hypericum aliud, Dod. gal.
Androſæmon Campoclarenſe, Col.
III. Aſcyrum magno flore: in Prod deſcribitur.
IV. Androſæmon hirſutum.
Hypericum in dumetis naſcens 2. Trag.
Androſæmon, Matth. ep.
Aſcyrum, Matth. Fuch. Ang. Tur. Lac. Geſ. col. Dod. Ad. Lob. Lugd. Caſt. Thal. Cam. Cæſ.
Hypericum, Dod. gal.
Androſæmon alterum hirſutum, Col.
V. Androſæmon alterũ foliis Hyperici, quod aliquibus Hypericoides.
Androſæmum magnum, Ad.
Androſæmon, Lob.
Ruta ſyl. Hypericoides, Dod.
VI. Androſæmon perfoliatum & perforatũ.
Androſæmon alterum Apulum, Col.
VII. Androſæmon maximum fruteſcens.
Androſæmum, Dod. ut: Geſ. hor. Lugd. Cæſ. majus, Cam.
Androſæmum aliud, Lugd.
Clymenum, Ang. Geſ. hor. Caſt. ico.
Clymenum Italorum, Ad. Lob. Ger.
Siciliana, Geſ. hor. Col. Eyſt.
Herba Siciliana, Tab.
Androſæmon Dioſc. Galeni & Plin. & Centeria Theophraſti, Cæſalpino.
Clymenon Plinii l. 25. c. 7. Anguillaræ, quod potius Periclymenum Dioſcoridis eſt.
IIX. Androſæmum fœtidum, capitulis longiſsimis filamentis donatis.
Tragium Creticum, Bellon.
Tragium, Belli ep. 3. ad Cluſ. legitimum, Ponæ.
Androſæmum minus, Cam.
Aſcyrum legitimum, vulgo ἀγύδυρο. Belli ep. 1. ad Cluſium.
Androſæmum fœtidum ſeu tragodes, Eyſt.

CORIS.

KO'PIΣ *quod aliqui Hypericum vocant, Dioſcoridi l. 3. c. 174. frutex eſt folio Ericæ: Et Plinio l. 26. c. 8. eſt aliud Hypericum quod alii Corin appellant folio tamaricis.*

I. Coris lutea.
Coris, Matth. Geſ. hor. Lac. Lob. Lon. Cæſ. Lugd. Caſt. Cam. Tab.
Coris Matthioli, Ad.
Coris legitima Ericæ ſimilis, Belli ep. 1. ad Cluſ.
Coris legitima Dioſcoridis, Ponæ.
II. Coris cærulea maritima.
Coris Monſpeliaca, Ad. Lob. Cam. Tab.
Coris quorundam, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Flore eſt cæruleo, rariſsimè rubro.

SYMPHYTUM PETRÆUM.

ΣΥ'ΜΦΥΤΟΝ ΠΕΤΡΑΙ'ΟΝ *in petris naſcitur, ramulis Origano ſimilibus, foliis Thymi, &c. Dioſcoridi l. 4. c. 9. Alum nos vocamus, Græci Symphytum petræum: naſcitur in petris, ideo petræum cognominatum, &c: Plinius l. 27. c. 6.*

Symphytum petræum foliis Thymi.
Symphytum petræum, Matt. Lac. Lon. Lug. Tab.
Symphytum petræum Matthiolo creditur, Ad.
Symphytum petræum Matthioli, ad Coridem Gallicam plurimum accedere videtur, Cluſ. hiſt.
Hoc ex agro Goritenſi, ubi & Matthiolus notavit, à Doct. Agerio accepimus: quod à Coride Monſpeliaca diverſum eſt.

POLYGONUM.

ΠΟΛΥ'ΓΟΝΟΝ *Dioſcoridi l. 4. c. 4. à copioſis geniculis quibus caules cinguntur, dictum. Plinio l. 27. c. 12. Polygonon Græci vocant, quam nos Sanguinariam.*

Genera

Genera duo Dioſcoridi, mas & fœmina, de qua inter Equiſeti ſpecies: mas, à ſeminibus ſub ſingulis foliis turgeſcentibus, flos ei candidus, aut puniceus. Plinius l.c. qui plura genera Polygoni faciunt, hanc marem intelligi volunt, appellariq́, à multitudine ſeminis, aut denſitate fruticis Calligonon. Alii Polygonaton, à frequentia geniculorum, &c. ubi quatuor genera recenſentur: primum eſt Polygonum vulgare: alterum Herniaria: tertium Polygonum fœmina Dioſcoridis: quartum quibuſdam Caſia lignea Monſpelienſium videtur: ſed rectius tribuitur ei plantæ, quam Polygoni nomine Cluſius propoſuit.

Polygonum majus.

I. Polygonum latifolium.
Herba proſerpinaca (à ſerpendo) Apulejo.
Centumnodia, Brunſ.
Polygonon, ſive Polygonaton & Corrigiola, Eric.Cord.
Polygonum maſculum, Trag.Lac.
Polygonũ mas, Matth.Fuch.Dod.ut: Ang.Cord. in Dioſc. (& Sanguinalis maſcula à cohibẽdo ſanguine) Geſ.hor.Cæſ.Thal.Lug.Caſt.
Polygonum primum, Tur. vulgare, Cam.
Polygonum mas vulgare (Sanguinaria, Centumnodia) Ad.Lob.Ger.
Polygonum majus, Lon.Tab.
Aliud flore eſt candido, aliud ex purpura candicante, vel rubente.

II. Polygonum oblongo anguſto folio.
Polygonum tertium, Tab.

III. Polygonum brevi anguſtoque folio.
Polygonum ſecundum, Tab.
Polygonum mas minus, Ger.
an Polygonum maſculum fruticoſum, Thal.

IV. Polygonum ſaxatile: quod 1. in Prodrom.

V. Polygonum maritimum latifolium.
Polygonum marinum maximum, Ad.Lob.ico.
Polygonum marinum, Lob.ob.Cam.ep.& hor.
Polygonum marinum prius Dalechampii, Lugd.
Polygonum tertium in maritimis, Cæſ.
Floſculis eſt purpuraſcentibus, eſt & albis.

VI. Polygonum maritimum anguſtifolium.
Polygonum marinum alterũ Dalechampii, Lug.

Polygonum minus.

I. Polygonum cocciferum: & Cam.ep.
Radicibus coccum adnaſcitur elegantiſsimo colore commendatum.

II. Polygonũ anguſtiſsimo & acuto vel gramineo folio minus repens.
Polygonum, Germanis Knawel / Trag.
Polygonon 3. Dod.gal.exiguum, Eid.fol.
Saxifraga Anglica, Ad.Lob.ico.Lugd.
Polygonum minus ſeu fœmina, Lon.
Polycarpon à ſeminis copia, Lugd.
Polygonum minus polycarpon, Tab.
Polygonum ſelinoides ſive Knawel, Ger.
Varietas magna in hac planta obſervatur.

III. Polygonum gramineo folio majus erectum.
Polygonum minus alterum, Tab.
Anthyllis Valentina Cluſii, Ger.ico.

IV. Polygono anguſtiſsimo folio affinis.
Hæmorrhoidalis, quæ ad Caryophylleorum ſyl. claſſem referri debet, Cluſ.hiſt.ap.alt.ad l.6.
Hæmorrhoidalis Aldroandi nomine, quæ à ſanguine ſiſtendo nomen habeat, ex Italia, circa Ravennam natam (etiam ex Valeſia) accepimus.

V. Polygonum minus candicans.
Polygonum montanum minimum niveum & ſericeum, Ad.Lugd.
Polygonum montanum niveum minimũ, Lob.
Poronychia Hiſpanica, Cluſ.hiſp.& hiſt.
Polygoni Hiſpanici genus, Lugd.
Polygonum montanum, Tab.Ger.
an Herba Turca montana, Cæſ.
Variat ratione ętatis, nam adulta paleaceas membranulas niveas habet, quemadmodum Adv. & Lugd. pingunt: planta novella non item, ſicut Cluſ.& Lob. propoſuêre: Sic in Belgio nata multum de candore ſuo remittit.

VI. Polygonum montanum vermiculatæ foliis.
Vermiculata montana nova, Col.

VII. Polygonum Creticum Thymi folio: quod 2. in Prodromo.

IIX. Polygonum littoreum minus floſculis ſpadiceo albicantibus: quod 3. in Prodromo.

IX. Polygonum minus tenuifolium: quod 4. in Prodromo.

X. Polygonum maritimũ minus foliolis Serpilli.
Polygonum alterum puſillo vermiculato Serpilli folio, Ad.Lob.ico.
Polygonum alterum Serpilli folio, Lugd.

XI. Polygonũ minus, ſeu Millegrana major.
Empetrum, Trag.Lon.
Polygonum minus, Matth.Caſt.

Epipactis, Ang.
Millegrana, Cord.hiſt.
Herba cancri minor, Cord.ſch.
Herniaria, Geſ.hor.col.Dod.Lug. (cui & Lithontribon ab effectu) Thal.Cam.Tab.Ger.
Herniaria multigrana ſerpillifolia, Ad.
Herba Turca, Lob.Cæſ.
Polygoni genus Herniaria appellata, Cluſ.hiſt.

Hoc duplex eſt: aliud glabrum, aliud hirſutum. Eſt etiam Herniaria fruticoſa viticulis lignoſis, foliolis oblongiuſculis, brevis, denſiſſimus.

XII. Polygonum minus lentifolium: quod 4. in Prodromo.

XIII. Polygonum minimum, ſive Millegrana minima.
Millegrana minima, Lob.ico.
Herniaria altera, Thal.

XIV. Herba ad rupturas utilis Monardis & ex eo Lugdunenſis hiſtoriæ, quid eſt?

ANTHYLLIS.

ἈΝΘΥΛΛΙΣ *Dioſcoridi l.3.c.153. duplex eſt: altera foliis lenti ſimilibus, mollibus: altera foliis Ajugæ, de qua inter Chamæpitydes actum. Plinius l.26.c.8. illam Anthyllion vocat.*

I. Anthyllis maritima Chamæſycæ ſimilis.
Anthyllis marina Narbonenſium altera, Chamæſyces facie, Ad.Lob.ico.Lugd.
Huic ſimilis aut eadem eſt.
Anthyllis Valentina, Cluſ.hiſp.& hiſt.Lob.Lugd.
Peplion ſive Peplis, Dod.
Chamæſyce Dalechampii, Lugd.

II. Anthyllis maritima lentifolia.
Anthyllis prior lentifolia maritima Peplios effigie, Ad.Lob.ico.
Anthyllis prima, Caſt.
Anthyllis Portlandiæ lentifolia Penæ, Lugd.

III. Anthyllis maritima Alſinefolia.
Paronychia altera, Matth.Lugd.
Paronychia, Ang.Tab.
Gramen ſecundum Plinii, Ang.
Anthyllis marina incana alſinefolia Narbonenſium, Ad.Lob.ico.Lugd.
Centumgrana, Cæſ.
Παρωνυχία Dioſcoridis l.4.c.54. & Gramen ſecundum Plinii l.24. c.19. Anguillara credidit.

Variat foliis modò ſubrotundis, modò oblōgis.

IV. Anthyllis Chamæpityides fruteſcens.
Anthyllis altera Chamæpity ſimilis, Cord.in Dioſc.
an Chamæpitys vermiculata, Ad.Lob.ico.
an Chamæpitys Dioſcoridis Penæ, Lugd.
an Anthylloides minor, Thal.

SEDUM.

ἈΕΙΖΩΟΝ *Dioſcoridi l.4.c.89.* διὰ τὸ ἀειθαλὲς τῶν φύλλων, *quia folia perpetuò vireant: quare* Ἀείζωον *nōmen apud Theophraſtum 1.hiſt.16. Sempervivam Gaza vertit: cui hoc à natura ut ſemper humidum, virideq; durare valeat, eidem Theophraſto 7.hiſt.14.*

Genera Dioſcoridi tria ſunt: magnum, parvum, & tertium, quod aliqui ἀνδράχνην ἀγρίαν, ἢ τηλέφιον, *Romani* ἰλλέκεβραν *Illecebram vocant: quorum priora duo refrigerant, tertio vis eſt excalfactoria. Plinio l.25.c.13. Aizoi duo genera: majus, quod aliqui Buphthalmon vocant, alii Zoophthalmon, alii Stergethron, quod amatoriis conveniat: alii Hypogeſon, quoniam in ſubgrundiis ferè naſcitur. Italis Sedum magnum, aut oculus, aut digitellus. Alterum minuſculum, quod Erithales vocant, alii Trithales, quia ter floreat, alii Chryſothales, aliqui Iſoetes: Sed alii Itali Sedum, alii Aizoum utrumque, quoniam ſemper vireat: aliqui Sempervivum, &c. Huic ſimilis quam Græci Andrachnen agriam vocant: Itali Illecebram: hactenus Plinius ſecutus Dioſcor. Sedum inquit Feſtus, alii Sadum appellant, herbam quam Opilius Aurelius Seſuvium vocari ait, eamq; in tegulis ſeri: hoc fortè factum, quod nonnullis locis plebis animos invaſerit opinio, non feriri fulmine domum, in cujus tegulis Sedum vireat.*

Sedum majus.

I. Sedum majus arboreſcens floſculis candidis.
Aizoon magnū Dioſcoridis, ſi caulis altitudo & foliorum longitudo ſpectetur.
Sempervivum arboreſcens, Matth.Caſt.
Sedum majus verum Geſ.hor.
Sempervivum majus, Ang.
Sempervivū ſive Sedum arboreſcens majus, Dod.
Sedum arboreſcens Græcum, Illyricum & Anglicum, ſive maritimum, Ad.
Sedum arboreſcens majus Græcū, Lob.ico.Eyſt.
Sempervivi majoris alterum genus, Cæſ.
Sedum majus, Cluſ.hiſp. legitimum, Eid.hiſt.
Aizoon arboreſcens, Lugd.Cam.

II. Sem-

II. Sempervivum arboreſcens alterum, Matth. Caſt. Lugd. An diverſum à priore?

III. Sedum majus vulgare.
Aizoon magnum Dioſcoridis, quoad poſtrema Dioſcoridis verba.
Sempervivum majus, Brunf. Matth. Ger.
Umbilici Veneris ſpecies altera, Ang.
Sedum majus, Fuch. Cord. in Dioſcor. (& Vitalis major) Lac. Tab. magnum, Tur.
Sedum ſeu Sempervivũ vulgare majus, Geſ. hor.
Sempervivum primum, Lon. majus primũ, Cæſ.
Sempervivum majus, Dod. gal. Lob. Caſt.
Sempervivum majus alterum ſive Jovis barba, Dod.
Sempervivum, ſive Sedum majus crenatum Myrthifolium, Ad.
Aizoon majus, Lugd. Cam.
Cotyledon altera prima, ſive Sedum majus vulgare, Cluſ. hiſt.
Sedum vulgare, Eyſt.

IV. Sedum majus montanum dentatis foliis.
Cotyledon altera montana, Cluſ. pan.
Cotyledon altera ſecunda, Eid. hiſt.
Aizoon ſive Sempervivum majus, Thal.

V. Sedum majus montanum dentatis foliis alterum.
Cotyledon altera montana minor, Cluſ. pan.
Cotyledonis alterius altera ſpecies, Eid. hiſt.

VI. Sedum majus montanum foliis non dentatis, fl. rubentibus.
Cotyledon altera Taurica, Cluſ. pan.
Cotyledon altera tertia, Eid. hiſt.
Sedum minus flore rubente, Eyſt.

VII. Sedum Nicotianæ flore.
Sedum Malagaſcaricum, Cluſ. exot. quid?

Sedum minus.

I. Sedum minus teretifolium album.
Sempervivum minus album, Brunf.
Sempervivum fœmina, Eid.
Sedum minus primum, Trag. Cluſ. hiſt. alterum, Geſn. hor.
Sempervivum minus, Matth. Ang. Caſt. Cæſ.
Sedũ minus, Lac. offic. Ger. minus fœmina, Fuch.
Sedum fœmina, Tur.
Craſſula minor, Dod. gal.
Sempervivum quartum, Lon.
Tragus herba, Cord. in Dioſc.
Vermicularis & Illecebra major, Ad. Lob. Lugd.
Vermicularis flore albo, Cam.
Aizoon minus fœmina, Lugd.
Aizoi minoris ſpecies, Thal.
Sedum minus hæmatodes ſecundum, Tab.

II. Sedum minus teretifolium alterum.
Sempervivum tertium, Lon.
Aizoon minus Matthioli, Lugd.
Sedum medium teretifolium, Ad. Lob. ico.
Sempervivum parvum, Lob.
Sedum minus alterum, Cluſ. hiſt.

III. Sedum minus teretifolium luteum.
Sedi minoris 2. ſpecies, Trag.
Sempervivum minus æſtivum, Lob. Lugd.
Aizoon medium, Thal.

IV. Sedum minus folio circinato.
Aizoon daſyphyllum, id eſt denſifolium, Lugd.
Sedum minimum frigidum, Cluſ. hiſp.
Sedum minus ſeptimum, Cluſ. hiſt.

V. Sedum minus luteum folio acuto.
Sedum minus, Tur. mas, Fuch. hæmatodes, Tab. Gerar.
Sempervivum minus, Dod. gal. primum, Eid. fol.
Aizoon hæmatoides, Lob. ico.
Aizoon minus, Lugd.
Sedum minus quintum, Cluſ. hiſt.

VI. Sedum minus luteum ramulis reflexis.
Aizoon Scorpioides, Lob. ico.
Aizoon minus flore luteo inflexo, Cam.
Sedum minus quartum, vel Sedum minus Dioſcoridis primum, Cluſ. hiſt.

VII. Sedem arvenſe flore rubente: quod 9. in Prodromo.

IIX. Sempervivum minus vermiculatũ acre.
Aizoon tertium, Dioſcoridis.
Portulaca tertia, Brunf.
Sedum minus tertium & Vermicularis, Trag.
Sempervivum minimum ſive 3. Matth. Caſt.
Gramen 3. Plinii & Sempervivum 3. Ang.
Illecebra ſive Sempervivum 3. Dod. ut:
Sedi tertium genus, Fuch. Lac. Tur.
Aizoon minus, quod male pro Vermiculari accipitur, Cord. in Dioſc.
Aizoon acre, Cord. hiſt.
Sedum tertium Dioſcoridis, Geſ. hor.
Sempervivum tertium, deſc. at 2. icon. Lon.
Sedum minimum, Illecebra, Sedi tertium genus non ſempervirens, Ad.
Sempervivum minimum ſive Illecebra, Lob.
Sempervivum tertium minimum alterum, Cæſ.

Aizoon minus fervidi guſtus,Thal.
Aizoon minimum repens,tertium Dioſc.Lugd.
Sedum minimum,Tab.
Vermicularis ſive Illecebra,Ger.
Sedum minus octavum cauſticum,Cluſ.hiſt.
Sedum minus ſeu minimum cauſticum,Eyſt.
Aizoi facie planta quæ Dactylon 2.vel 3.Colum.

IX. Sempervivum minus vermiculatum inſipidum.
Aizoon minimum,Cord.hiſt.
Sempervivum tertium minimum,Cæſ.
Aizoon minus & Vermicularis inſipida,Thal.
Sedum minus,ſeu Vermicularis inſipida,Eyſt.

A'priore non ſolùm guſtu differt, ſed etiam foliolis magis teretibus & tenuibus: floribus eſt utraque luteis,rarius albis.

X. Sedum minus fruticoſum.
Sedum minimum arboreſcens vermiculatũ, Lob. Lugd.
an Polygonum maſculum fruticoſum,Thal.

XI. Sedum minus fruticoſum alterum.
Vermiculatæ fruticis varietas major,Lob.
Vermiculatus frutex major,Lugd.
Caſsiæ ligneæ ſimilis frutex tertius, Cæſ.

An ſit Chamæpitys altera Dioſcoridis dubitant, Lobelius & Lugdun.hiſt.Selaginem Plinii Cæſalpinus ſuſpicatur,& quibuſdam Sempervivum maritimum,aut Vermiculariam arboreſcentem dici.

XII. Sedum Portlandicũ, Ad.Lob.ico. quid?

Sedum ſaxatile & alpinum.

I. Sedum alpinum Saxifragæ albæ flore, vel grandiflorum.
Sedum minimum tertium,Lob.Lugd.
Sedum ſerratum,Dod. quoad ico.
an Sedum alpinum quartum,Col.part.2.

II. Sedum alpinum album foliolis compactis.
Sedi aut Phylli genus floſculis albis,Geſ.fra.
Sedum alpinum tertium,Cluſ.pan.
Sedum minus nonũ, ſive alpinum tertiũ, Eid.hiſt.

III. Sedum alpinũ hirſutum lacteo flore,hiſt.
Sedum alpinum quartum, Cluſ.pan.
Sedum minus decimum, ſive alpinum quartum, Eid.hiſt.
Jaſme montana, Lugd.

IV. Sedum alpinũ gramineo folio lacteo flore.
Sedum alpinum quintum, Cluſ.pan.
Sedum minus undecimum,alpinum 5.Eid.hiſt.

V. Sedum alpinum flore pallido.
Sedum alpinum primum,Cluſ.pan.
Sedum minus ſextũ,ſive alpinum primũ, Eid.hiſt.

VI. Sedum alpinum anguſtiſsimo folio, flore carneo.
Sedum alpinum ſecundum, Colum.par.2.

VII. Sedum alpinum exiguis foliis.
Sedum alpinum primum, Colum.part.2.

IIX. Sedum ſaxatile hirſutum purpureum: quod 5.in Prodromo.

IX. Sedum ſaxatile atrorubentibus floribus: quod 6.in Prodromo.

X. Sedum ſaxatile variegato flore: quod 7.in Prodromo.

XI. Sedum alpinum hirſutum luteum.
Sedum ſaxatile foliis margine piloſo,Geſ.hor.
Phyllon thelygonon,Dalech.in Dioſcor.
Phyllon arrhenogonon Dalechampii,Lugd.
Sedum petræum montanum,Ad.Lob.ico.
Sedum alpinum ſextum, Cluſ.pan.
Sedum minus duodecimũ, alpinum 6.Cluſ.hiſt.
Leucoion luteum aizoides montanũ, Colum.p.2.

XII. Sedum alpinum foliis crenatis aſperis: quod 8.in Prodromo.
an Sedum cujus folia marginibus aſperis brãchias piſcium referunt,Geſ.hor.

XIII. Sedum alpinũ floribus luteis maculoſis.
Sedi minoris genus floſculis luteis vel croceis maculoſis,Geſ.fra.

XIV. Sedum alpinum rubro magno flore.
Aizoon montanum,Lugd.

XV. Sedum montanum tomentoſum.
Sempervivum rubrũ mõtanum γναφαλῶδες Col.

XVI. Sedum alpinum ericoides purpuraſcens: quod 3.in Prodromo.

XVII. Sedum alpinum ericoides cæruleum: quod 4.in Prodromo.

Sedum foliis laciniatis.

I. Sedum alpinum trifido folio.
Sedum ſeptimum, vel alpinum Ajugæ folio, Cluſ.pan.
Sedum minus decimumtertium,Eid.hiſt.

II. Sedum tridactylites alpinum majus albũ.
Alſine tridactylites alpina, in Phytop.
Saxifraga alba petræa, Ponæ.

III. Sedum tridactylites alpinum pallidè luteum.

IV. Sedum tridactylites alpinum caule folioſo: hæc tria in Prodromo ſub Sedo 1.deſcribũtur.

V. Sedum tridactylites alpinum minus: quod 2.in Prodromo.

Sedo

Sedo alpino tertio ſimilis altera, Colum.par.2.

VI. Sedum tridactylites tectorum.

Hendelkraut / Trag.

Paronychia altera, Dodon. rutaceo folio, Ad. Lob.Lugd.Ger.

Umbilici ſpecies quibuſdam, Cæſ.

Dactyliobotanon alterum, Thal.

Alſine petræa rubra, & Paronychia tertia, Tabern.

Paronychia laciniata, Ger.

Sedum paluſtre.

I. Sedum paluſtre ſubhirſutum purpureum.

Sedi minoris quarta ſpecies, Trag.

Sedum paluſtre ſecundum, Cluſ.pan.

Sedum minus tertium, ſive paluſtre, Eid.hiſt.

Aizoon paluſtre, Cam.

Sedum paluſtre fl.incarnato, Eyſt.

Hujus ſpecies eſt altera major & candidior: altera minor & rubicundior, ſeu mas & fœmina: flos purpuraſcens aut carnei coloris.

COTYLEDON ſeu UMBILICUS VENERIS.

ΚΟΤΥΛΗΔΩ'Ν *Dioſcorides lib. 4. cap. 92. Sedo ſubjungit, quod ipſi & σκυτάλιον & κυμβάλιον dicitur: quod à figura folii Acetabulo ſimili nomen accepit: hinc Latinis, Acetabulum & Umbilicus Veneris. Plinio lib. 25 cap.13. Cotyledon.*

Genera duo ſunt Dioſcoridi: alterum folio acetabuli inſtar orbiculato & concavo, ita tamen ut cavum id aciem prope fugiat: alterum latioribus foliis, iisq; pinguibus, ac ceu lingulas referentibus, denſis & confertis circa radicem, & velut oculum in medio conſtituentibus, &c. Et Plinio, alterum folio eſt pingui & concavo ut coxendices: aliud ſordidis foliis, latioribus, denſioribusq; circa radicem velut oculum cingentibus, &c.

I. Cotyledon major.

Umbilicus Veneris, Matthiol. Lac.Tur.Lob.ico. Cæſ.Caſt.Lugd.Tab.Ger.major, Lon.

Umbilici Veneris ſpecies prima, Ang.

Cotyledon, Dod.ut: Ad.Lob.

Cotyledon ſive Umbilicus Veneris, Cluſ. hiſp.& hiſtor.

II. Cotyledon media foliis ſubrotundis.

Umbilicus Veneris alter, Matth.Lac.

Cotyledon altera, Dod.ut: Cluſ.pan.Lugd.

Cotyledon altera quarta, Cluſ.hiſt.

Phyllum thelegonum Dalechampii, Lugd. ſive Lichen primum Plinii & ſempervivum montanum.

III. Cotyledon media foliis oblongis ſerratis.

Onobletum Hippocratis, Ang.

Aizoum ſerratum, Cord.hiſt. Thal.cui & Craſſula ſerrata.

Cotyledon minus ſedi folio, Ad.Lob.

Umbilicus Veneris, Lob.ico.minor, Lon. Taber. Ger.

Phyllon primum, Cæſ.

Palmaria, Tabern. talis antequam caulem producat.

Cotyledon minus, Eyſt.

IV. Cotyledon media ſubhirſuta floribus punctatis.

Sedum foliis minoribus albicãtibus ſerratis, Geſ. hort.

Cotyledon minus montanum alterum, Lob.ico.

Cotyledon altera Etſcheriana, Cluſ.pan.

Cotyledon altera quinta, Cluſ.hiſt.

V. Cotyledon minor foliis ſubrotundis ſerratis: in Prodromo deſcribitur.

VI. Cotyledon ſtellata.

Aizoon peregrinum, Cam.

Sempervivum tertium, Colum.

ALOE.

ἈΛΟ'ΗΝ *Græci, Latini & officinæ pariter, Aloën tum herbam ipſam, tum & ejus ſuccum denſatum appellant, dicitur & ſtirps* Ἀμφίβιον, *quod nõ modò in terra, ſed & extra eam vivat. Aloë autem dicta videtur, quia maritimis gaudet. A' recentioribus Sempervivum & Sempervivum marinum, quod Sempervivi modo diu duret, appellatur: Sedum amarum Columellæ: & quia ejus ſuccus amarus eſt, idcirco & Gentianam, quæ amariſſima eſt, Aloën Gallicam Apulejus nominavit. De Aloë Dioſcorides l.3.c.25. quod folium habeat Scillæ ſimilitudine, craſſum, pingue, in rotunditate modicè latum, retrorſum pandum: utrinque ſpinulis raris & brevibus, &c. & Plinius lib. 27. cap. 4.*

I. Aloë vulgaris.

Aloë, Trag. Matthiol. Fuch. Ang. Dod. ut: Cord. Lac. Tur. Geſ. hor. Lon. Rauwolff. (quæ in Rama Judeæ copioſa) Ad. Lob. Cæſ. Caſt. Garz. Cluſ. hiſt. Eyſtett.

Aloë communis, Cam.

Aloë Dioſcoridis, Col.

Aloë in inſula Socotra, par. 2. Ind. or. c. 6.

Aloë ſive Sempervivum, Arab. Sebar, Area, Catecomor, Linſc. par. 4. Ind. or. c. 38. & fig. 19.

Azauar ſive Sempervivum quo campi pleni, par. 4. Ind. or.

II. Aloë folio in oblongum aculeum abeũte.

Aloë Americana, Dodon. Cluſ. hiſp. & hiſt. Caſt. Cam. Lugd. Tab. Eyſt.

Aloë in Piſano vireto, Ad.

Aloë folio mucronato, Lob. Ger.

Aloë, Acoſtæ.

Aloë alterum genus, Cæſ.

Allagucy Indis, Fil y agulla, id eſt filum & acus Hiſpanis, cujus ſpinæ venenatæ, Frag.

Aloë ſpinoſa ſive Americana, Cam.

America planta Aloës facie, Colum.

Manguey Mexiocanum, alio nomine Metl, Linſc. par. 4. Ind. or. fig. 19.

Manguey arbor, ex qua parantur aquæ, vina, oleum, acetum, mel, ſyrupi, fila, acus, & res aliæ infinitæ, in nova Hiſpania, quarum plerumque unam domibus ſuis, ad vitæ ſuſtentationem conſitam, colunt, &c. par. 9. Ind. occid. l. 4. c. 23.

Ex foliis ſuccus dulcis elicitur: & iiſdem cõtuſis & maceratis linum extrahitur, ex quo Indi lintea candidiſsima texunt.

III. Aloë monſtroſa Avinioni nata: de qua in Prodromo, & ad Cluſ. cur. poſt.

IV. Aloë paluſtris.

Stratiotes potamios, Dod. gal.

Planta foliis Aloës, quæ Stratiotes non eſt, Anguil.

Sedum aquatile, Dod. fol.

Stratiotes ſive Militaris aizoides, Ad. Lob.

Stratiotes aquatica, Lugd.

SECTIO SEXTA.

RADIX RHODIA; TELEPHIUM; SCORPIOIDES; PORTULACA; CEPAEA; CRITHMUM; KALI; TRAGUM; *Tithymalus; Pityuſa ſive Eſula; Apios ſive Tithymalus tuberoſus; Peplus ſive Eſula rotunda; Peplis; Chamæſyce; Lathyris; Hipophaes.*

RADIX RHODIA.

ῬΟ΄ΔΙ΄Α ῬΙ΄ΖΑ *Dioſcoridi lib. 4. cap. 45. ſic dicta, quod contrita roſas redoleat: hinc quibuſdam Roſea radix.*

Rhodia radix, Trag. Matth. Ang. Dod. ut: Cord. hiſtor. Geſ. hor. Lac. Cluſ. pan. & hiſt. Lugd. Caſt. Cam. Ger.

Rhodia ſive roſea radix, Fuch. Ad. Lob.

Roſea radix, Lon. Tab.

Flos nunc palleſcẽtis, nũc rubeſcentis coloris eſt.

TELEPHIUM.

ΤΗΛΕ΄ΦΙΟΝ *Dioſcoridi lib. 2. cap. 217. Portulacæ ſimile, alas binas in ſingulis foliorum geniculis habens, foliis cæruleis craſsis, lentis atque carnoſis refertum, flore luteo aut candido, &c. Et Plinio lib. 27. cap. 13. Telephion & caule & foliis Portulacæ ſimile. Sic dictum volunt, quod ulceribus malignis ac deploratis, quibus Telephus Myſiæ rex ab Achille vulneratus conſenuit, (quæ eam ob rem etiam Telephia vocantur) auxilietur. Vulgo Fabaria, à foliorum cum faba ſimilitudine: officinis Craſſula major. Verum Cotyledonis alterius deſcriptio Fabariæ, potius quàm Telephio, convenire Cæſalpino videtur: & ſanè Telephium Dioſcoridis non eſſe, cum ad folia alæ non ſint, cenſemus.*

I. Tele-

I. Telephium vulgare.
Scrophularia media, vel tertia, Brunf.
Fabaria, Matth. Guil. Lugd.
Telephium, Matth. Geſ. hort. Lob. Taber. Caſt. Cam. [I = Sedum Telephium, L. var. α Mant. alt.]
Telephium album, Fuch.
Acetabulum alterum, Cord. in Dioſcor. album, Fuch. ico.
Craſſula major, Dod. gal. Cæſ. Thal.
Anacampſeros, Geſ. hor.
Faba inverſa, Eid. Ad Lob. ico.
Telephium alterum, ſive Craſſula, Dod.
Telephium vulgare, ſive ſecundum, Cluſ. hiſt.
Craſſula ſive Faba inverſa, Ger.
Cotyledon alterum Dioſcoridis, Col.

Alii foliis crenatis & ſubrotundis, ut apud nos provenit, pingunt: alii oblongis & integris, ut Lob. Dod. & Cluſius. Flore eſt communiter albo, eſt & luteo: reperitur etiam flore purpuraſcente & foliis rarioribus, & eſt
Telephium tertium purpuraſcente flore, Cluſ. hiſtor.

Huc referendum id quod ſolo folio glauco cæruleóve à vulgato differt, quod
Telephium glaucum verius, Lob. ob.

II. Telephium purpureum majus.
Scrophularia ſeu Portulaca major, Trag.
Telephium purpuraſcens, Fuch. Lugd.
Acetabulum pupureum alterum, Eid. ico.
Telephium floribus purpureis, Lob. ico. Lugd. Cam. ep. Tab. Ger. [II = Sedum Telephium, L. var. β Mant. alt.]
Telephium quintum purpureo flore, Cluſ. hiſt.
Fabaria, Lon.
Craſſula montana, Cæſ.
Rapuntium umbellatum, Colum. part. 2.

Hoc foliis eſt longioribus & profundius crenatis: napis aliquando paucioribus, aliquando pluribus, quod poſterius
Telephium quartum eſt, Cluſ. hiſt.

III. Telephium purpureum minus: in Prodromo deſcriptum. [III = Sedum Telephium, L. var. γ Mant. alt.]

IV. Telephium latifolium peregrinum.
Telephium Hiſpanicum, Cluſ. hiſp. Lugd. Tab.
Telephium primum, Dodon. 1. ſive Hiſpanicum, Cluſ. hiſt. [IV = Sedum Telephium, L. var. δ Mant. alt.]
Telephium ſeu Craſſula major Hiſpanica, Lob.
Craſſula major Hiſpanica, Ger.
Floribus eſt albis, etiam rubris.
Huic ſimile, modo idem non ſit,
Telephium Auſtriacum, Cluſ. hiſp. & hiſt.

V. Telephium repens folio deciduo.
Telephium minus repens ſempervirens, Lob. Lugd. Cam. [V = Sedum Anacampseros, L. Mant. alt.]
Cepæa Pancii, Cluſ. hiſp. & hiſt. Cam.
Telephium tertium, Dod. ſextum, Cluſ. hiſt. forte Dioſcoridis.
Telephium minus, Tab.
Telephium ſempervirens, Ger.

VI. Telephium repens folio non deciduo.
Telephium Imperati in ſua hiſt. Cam.
Telephium 7. ſive legitimum Imperati, Cluſ. hiſt.

VII. Telephium Dioſcoridis, ſeu Scorpioides ob ſiliquarum ſimilitudinem.
Scorpioides, Matth. Ang. Lac. Caſt. Ad. Lob. Lon.
Scorpioides Matthioli, Dod. ut: Geſ. hort. Lugd. Cam.
Lunaria buriſſa aliquibus, Ang. Geſ. hor.
Telephyllon Crateuæ, Ang.
Telephium veterum verum, Guil.
Telephium, herba amoris, Cæſ.

SCORPIOIDES.

ΣΚΟΡΠΙΟΕΙΔΕ'Σ *Dioſcoridi l.4.c.195. quod ſemen habeat ad ſimilitudinem caudæ Scorpionis, & quod Scorpionum ictibus præſentaneo ſit auxilio: & Plinio l.22.c.15. cui Scorpius dicitur: quod Clymenum Dioſcoridis eſſe, Cæſalpinus & Columna volunt.*

I. Scorpioides Bupleuri folio.
Scorpioides, Dodon. gal. Geſ. hort. Lugd. prior, Dod. fol. [Scorpiurus sulcata L. sp. 1050]
Scorpioides repens bupleuri folio, Ad. Lob.
Scorpioides bupleuri folio, Cam. Tab. Ger.
Leporis auricula vulgo, Cæſ.
Catanancæ quorundam, Cam.
Clymenos Dioſcoridis, Colum.

II. Scorpioides Portulacæ folio.

III. Scorpioides montanum, Lugd. quid?

PORTULACA.

ἈΝΔΡΑ'ΧΝΗ *dicitur ipſa Portulaca Dioſcoridi lib. 2. cap. 150. cui genera duo, Andrachne, & Andrachne ſylveſtris, quæ foliis eſt priori craſſioribus atque denſis, in petroſis naſcitur: aliquando in hortis foliis oleæ, ſed minoribus multò, verum pluribus & teneris: cauliculis rubicundis, frequentibus, in terram incli-*

inclinatis, &c. At Theophraſtus Ἀνδράχνην *herbam 1. cauſ. plant. 10. & 4 ejuſdem 3. exhibet: dein* Ἀνδράχνην *arborem 1. hiſt. 8. & 15. 4. hiſt. 4. Portulacam Gaza reddit. Verum Plinius l. & c. 20. ſcribit, Portulacam quam Peplion vocant, non multùm ſativa efficaciorem eſſe: ubi Portulacam cum Peplio herba diverſiſsima confundit: cauſa erroris quod aliqui Peplion, portulacam agreſtem vocarint: confundit quin etiam vires ſylveſtris cum ſativa Portulacæ viribus.*

I. Portulaca latifolia, ſeu ſativa.
Portulaca hortenſis, Brunf. dei. Trag. Fuch. Dodon. gal.
Portulaca domeſtica, Matth. Ad. Lob. Caſt. Tab. Ger.
Portulaca, Tur. Cord. in Dioſc. Lon. ſativa, Ang. (γλιτεῖδα in Græcia) Cord. hiſt. Dod. gal. Lugd. Eyſtett.
Portulaca major, Cam. hortenſis, Geſ. hor.
Portulaca latioribus foliis, Cæſ.

II. Portulaca anguſtifolia ſive ſylveſtris.
Portulaca ſylveſtris, Trag. Matthiol. Ang. Fuch. Dod. ut: Ad. Lob. Lugd. Caſt. Ger.
Portulaca, Lac. arvenſis, Tab.
Portulaca ſponte naſcens, Cord. hiſt.
Portulaca minor, Geſ. hor. Cam.
Portulaca anguſtioribus foliis, Cæſ.
Cepæa, Cord. in Dioſc. Lon. deſ.

III. Portulaca arvenſis.
Portulaca exigua, Cam.

IV. Portulaca aquatica, Thalii, quid?

V. Portulaca marina, Tab. Ger. quid?

CEPÆA.

ΚΗΠΑΙ'Α *Dioſcoridi l. 3. c. 168. Portulacæ ſimilis eſt.*

Cepæa, Matth. Ang. Lac. Lon. ico. Ad. Lob. Matth. Caſt. Cæſ. Tab. Cluſ. hiſt.

Floſculis eſt albis, ex purpureo candicantibus, vel luteis.

CRITHMUM.

ΚΡΙ'ΘΜΟΝ *ſive* κρίταμον *Dioſcoridi lib. 2. c. 157. foliis pinguibus, albicantibus, portulacam referentibus, ſed craſſioribus, longioribus, ſalſoq́ guſtu, floribus candidis, &c. in muria ſervatur, cruda & cocta editur. Plinius lib. 21. cap. 15. Batin appellaſſe videtur, Batin marinam, & Batin hortenſianam, quam aliqui Aſparagum Gallicum vocant, ſine ullis notis proponens: Batis etiam lib. 21. cap. 27. meminit, quæ alvum molliat, nec plura habet.*

I. Crithmum, ſive Fœniculum maritimum majus, odore Apii.
Baticulæ alterum genus ex Sicilia, Cæſ.

II. Crithmum ſive Fœniculum maritimum minus.
Crithmum 1. Matth.
Crithmum, Ang. (& herba S. Petri) Dodon. gal. Cord. in Dioſc. Lac. Tur. Lugd. Caſt. Tab.
Crithmus, vulgo Creta ſeu Salſa marina, Geſ. ap.
Crethamum marinum, Cord. hiſt.
Crithmum marinum, Geſ. hor. Dod. Ger.
Fœniculum marinum, videtur verum Empetron, Rond. cap. de mem. læſa.
Fœniculum marinum, ſive Empetrum, Ad. aut
Calcifraga, Lob.
Batis, Geſ. hor.
Baticula quaſi parva Batis, Cæſ.
Creta marina, Lon.

III. Crithmũ maritimum flore Aſteris Attici.
Crithmum tertium, Matth. Lugd. Cam.
an Anthillis major, Cord. ob. ſyl.
Anthillis prima, Dioſcoridis, Cæſ.
Crithmum Chryſanthemum, Dod. (Aſter Atticus marinus quibuſdam) Lugd. Tab. Ger.
Chryſanthemum littoreum, Ad. Lob.

IV. Crithmum maritimum ſpinoſum.
Crithmum ſecundum, Matth. Caſt.
Secacul, Ang.
Crithmum ſpinoſum, Dod. Tab. Ger.
Crithmum ſyl. Eryngium foliis Apii Plinii, Cæſ.
Paſtinaca marina, Ad. Lob. Lugd.
Tribulus marinus quorundam, Lugd.
Cachry marinum, Cam.

Corymbi alii colore candido, alii ſubrubente, aut violaceo: in hortis cultum, lætius ac minus ſpinoſum redditur.

KALI.

KALI Mauritanorum, aliqui ad Anthillidem alterum Dioſcoridis: alii ad ejuſdem Tragon (cum tamen ſapore non ſit acerbo, nec acinis conſtet) referunt. Plinius lib.8.cap.22.ad Halymum retuliſſe videtur, dum inquit, alii olum maritimum ſalſum, & inde nomen, &c.

I. Kali majus cochleato ſemine.
Kali, Matth. (qui & hoc & Salicorniam unâ figurâ expreſsit) Dod.Caſt.
Kali magnum, Sedi medii foliis ſemine cochleato, Ad.
Kali magnum, Lob. Lugd.& Kali Dalechampii.
Soda, Lob.ico.
Kali cochleatum majus, Cam.
Anthillis altera ſalſa, Cam.
Salſolæ genus in hortis, Isgarum vulgo, Cæſ.

II. Kali minus album ſemine ſplendente.
Anthillis altera, Borda quibuſdam, Dod.gal. Lug.
Alcali minus, Geſ.hor.
Kali album, Dod.
Kali minus, Ad.Lob.ico.Lugd.Eyſt.
Kali alterum ſeu minus, Cam.
Salſola quædam in maritimis, Cæſ.

III. Kali minus alterum.
Kali parvum foliis oblongis, Cam.
Anthilloides, Thal.
Eſt majus & minus.
Huc referri debent,
Anthillis minor tertia, quinta & ſexta, apud Cord. in obſ.ſylv.

IV. Kali minus villoſum: quod 1. in Prodr.

V. Kali gramineo folio: quod 2. in Prodr.
Salſolæ congener ſemine Polygoni, Cæſ.

VI. Kali Arabum primum genus, Rauwolf. Lugd.ap.

VII. Kali Craſſulæ minoris foliis.
Kalli 2. ſpecies, Anthillis quibuſdam. Alp.
Kali floridum repens, Aizoides Neapolitârum, Col.par.2.

IIX. Kali Ægyptiacum foliis valde longis hirſutis.
Kalli tertia ſpecies, Alp.

IX. Kali geniculatum majus.
Kali, Matthiol. Ang. geniculatum, Lugd. Cam. Taber.
Salicornia, Dod.ut:Lugd.
Anthillis conſtans veluti tritici granis, Cord. ob.ſyl.
Alcali, Geſ.hor.Lon.
Kali geniculatum vermiculatum, Ad.
Kali ſive Sedum marinum, Lemnio.
Kali tertium, Cam.ep.
Kalli primum, Kellu Ægyptiis, Alp.
Salſolæ genus aliud, Cæſ.
Differentiæ duæ, unum ſimplicius & brevius, dodrantali altitudine, rectum & annuum: alterum multis ramulis fruticans, lignoſum & grandius, perpetuum. Habetur & rubrum & viride.

X. Kali geniculatum alterum, vel minus.
Kali Arabum 2. genus, Rauwolf. Lugd.ap.

TRAGUM.

ΤΡΑΓΟΣ, ſive Σκορπίον, aut Τράγανος à Dioſcoride l. 4. c. 51. & à Plinio l. 28. c. 13. Tragi & Scorpii nomine proponitur: foliis carere ſcribunt: & l. 22. c. 15. Scorpius alter.

I. Kali ſpinoſum cochleatum.
Drypis Theoph. Tab.
Kali ſive Alkali, Dod.belg.
an Hipophæſton Dalechampii, Lugd.
Sunt qui Tragos eſſe velint.

II. Kali ſpinoſo affinis.
Tragum, Matth. Lac. Caſt. deſ. Lon. Tab.
Tragus & Kali 2. genus, Dod.gal.
Tragon non eſt ſed Drypis, Guil.
Tragon improbus, Matth. Ad.
Tragon Matthioli, Lob. Lugd. Ger.
an Tragos, Cæſ.
Cum Dioſcorides Trago folia non tribuat, idcirco videntur Matthiolus & Tabernæmontanus ſine foliis pinxiſſe: at Lobelius & ex eo Lugdunenſis hiſtoria, folia adpinxêre, & quidem rectè, ut in Lio Venetorum obſervavimus. Non deſunt qui utramque hic propoſitam plantam eandem faciant, & forſan non ita malè: quàmvis poſterior longioribus & latioribus ſit foliis.

Oo TITHY-

TITHYMALUS.

ΤΙΘΥΜΑΛΟΣ *Dioſcoridi l.4.c.165.* τιθύμαλλος, *Theophraſto 9. hiſt. 12. Lactariam Gaza vertit. Plinio lib. 26. cap. 8. Tithymalus, quem noſtri herbam lactariam vocant, alii Lactucam caprinam. Sic etiam Columella: at Celſus, marinam vocavit: officinæ Eſulam dicunt. Lactaria nominata, ob lac omnibus commune, cum hæc leviter ſecta, vel folio abrupto, lac effluat.*

Genera Dioſcorides ſeptem recenſet: 1. mas χαρακίας, *quibuſdam* ἀμυγδαλοειδὴς *dictus: alterum fœmina* μυρσινίτης, *quem* καρυίτην ἢ μυρσινίτην *cognominat: 3.* παράλιος *quem* τιθυμαλίδα *appellarunt: 4.* ἡλιοσκόπιος: *5.* κυπαρισσίας: *6.* δενδροειδὴς: *7.* πλατύφυλλος *Theophraſto 9. hiſt. 1. Tithymallorum plura ſunt genera, maritimus: maſculus oleæ folio: myrtarius candidus, Myrti folio. Plinio l. c. genera ejus multa: 1. Characias, qui & maſculus exiſtimatur: 2. Myrſinitem vocant, alii Caryiten foliis myrti: 3. Paralius vocatur, ſive Tithymalus folio rotundo: 4. Heliotropium appellant, foliis Portulacæ, ſic dictum, quoniam caput cum Sole circumagit: 5. Cypariſſium vocant, propter foliorum ſimilitudinem: 6. platyphyllon, alii corymbiten, alii amygdaliten à ſimilitudine: 7. dendroides, aliis cobion, aliis leptophyllon.*

Tithymalus Characias, id eſt, vallaris, ſive amygdaloides, à foliorum aliqua forma.

I. Tithymalus Characias amygdaloides.
Tithymallus maſculus, Theoph.
Aſcebra magnum, Meſuæo.
Tithymalus characias, Ang. 1. ſive mas, Dod. ut: Lugd. Cæſ.
Tithymalus characias 2. Cluſ. hiſp. Cam.
Tithymalus characias amygdaloides, Lob.
Tithymali characiæ ſpecies, Thal.
Tithymalus amygdaloides, & amygdaloides latifolius, Tab.

II. Tithymalus characias rubens peregrinus.
Tithymalus characias, Matthiol. Lac. Lon. Lugd. Caſt. Tab.
Tithymalus characias legitimus 1. Cluſ. hiſp. & hiſtor.
Tithymalus characias alter, Dod. Cæſ.
Tithymalus platyphyllon, Ad.
Tithymalus characias Monſpelienſium, Lob.

III. Tithymalus characias folio lanuginoſo.
Tithymalo characiæ primo ſimilis, Cluſ. hiſp.
Tithymalus characias alter, Eid. hiſt.

IV. Tithymalus characias rubens Germanicus.
Tithymalus pentaclonos, Cord. hiſt.
Tithymalus characias quartus, Dod.
Tithymalus characias Pannonicus, Cluſ. pan.
Tithymalus characias tertius Auſtriacus, Eid. hiſtor.
Tithymalus fruticoſus alius ſtipitibus rubris, Camer.
an Tithymalus latifolius alter, Cæſ.

V. Tithymalus characias anguſtifolius.
Tithymalus myrſinites altera, Lob. Lugd.
Tithymalus myrſinites anguſtioribus foliis, Cæſ.
Tithymalus myrſinites 3. anguſtifolius, Tab.

VI. Tithymalus characias folio ſerrato.
Tithymalus characias quintus, Dod.
Tithymalus ſerratus Monſpelienſium, Ad. Lob. ico. Dalech. Lugd. cui & myrſinites ſerratus.
Tithymalus myrtites Valentinus, Cluſ. hiſt.

VII. Tithymalus ſylvaticus lunato flore.
Tithymalus platyphyllos, Ang.
an Tithymalus dendroides, Cord. in Dioſc.
Tithymalus in montibus, Cæſ.
Tithymalus lunato flore, Colum.

Tithymalus myrſinites, ſive myrtifolius.

I. Tithymalus myrtifolius arboreus.
Tithymalus dendroides, Matth. Geſ. hor. Lac. Ad. Lob. Lugd. Caſt.
Tithymalus characias tertius, Dod.
Tithymalus arboreus myrtifolius, Lob. ico.
Tithymalus arboreſcens, Cæſ.
an Tithymalus petræus, Ang. Cam.

II. Tithymalus dendroides ex Cod. Cæſareo, Dod. Lugd.

III. Tithymalus myrſinites latifolius.
Tithymalus myrſinites, Matth. Ang. Dod. ut: Geſ. ap. Lac. Lon. Lob. Cæſ. Lugd. Caſt. Cam.
Tithymalus myrſinites, myrtifolius, fœmina repens Dioſc. Ad.
Tithymalus myrſinites legitimus, Cluſ. hiſt.
Tithymalus myrſinites 1. Tab.

IV. Tithymalus myrſinites anguſtifolius.
Tithymalus myrſinites Dioſcoridis, Ad. Lob. ico.
Tithymalus myrſinites alter, Tab.
Tithymalus myrſinites in montibus, Cæſ.

V. Tithy-

V. Tithymalus myrſinites fructu verrucæ ſimili. Euphorbia verrucosa. L. 658
Eſula multicaulis & quarta, Trag.
Tithymalus helioſcopius, Dodonæi in ico. & Lugd.
Tithymalus verrucoſus Dalechampii, Lugd.
Alypum Guilandinus vocare ſolebat.

Tithymalus maritimus.

I. Tithymalus maritimus.
Tithymalus paralius, Matth. Ang. Dod. ut: Lac. Geſ.hor. Ad. Cluſ.hiſp. Lob. Lon. Caſt. Lugd. qui tres figuras habet, Cam. Tab.
Tithymalus maritimus, Cæſ.
Variat, is qui in maritimis natus, ab hortenſi, hinc duæ figuræ apud Dodonæum, ejus qui in maritimis & ejus qui in hortis creſcit.
II. Tithymalo maritimo affinis linariæ folio.
Eſula altera in humidis, Cæſ.
Tithymalus linifolius, Cam.
Tithymalus amygdaloides anguſtifolius, Tab.
Hic antequam floreat, à Linaria ſolo lacteo ſucco diſtinguitur.
III. Tithymalus maritimus ſpinoſus.
Glaſtivida altera, Belli ep. 4. ad Cluſ.
Glaſtivida 2. Cretica, Ponæ Bald. Ital.
IV. Tithymalus maritimus purpuraſcentibus floribus.
Eſula rara è Lio Venetorum inſula, Ad. Lob. Lugd.
an Alypum, Anguil.
Cum Eſulis nihil præter lac commune habet; Pityuſæ ſpecies Venetis, aliis Turbith nigrum.

Tithymalus latifolius.

I. Tithymalus latifolius Hiſpanicus.
Tithymalus platyphyllos, Cluſ.hiſp. & hiſt. Dod. Lugd. Euphorbia hyberna. L. 662
Platyphyllum Hiſpanicum, Lob.
Tithymalus latifolius, Cæſalp. Hiſpanicus, Tabern.
II. Tithymalus arvenſis latifolius Germanicus.
Tithymalus platyphyllos, Fuch. Tur. Lon.
Pityuſa major, Dod. Gal. ico, Thal.
Pityuſa ſive Eſula minor, Dodonæi, Lugd.
Major eſt, & minor, & hæc foliis leviter hirſutis.

Tithymalus helioſcopius.

Tithymalus helioſcopius. Euphorbia helioscopia
Eſula, Brunf. vulgaris & tertia, Trag.
Tithymalus helioſcopius, Matthiol. Ang. Fuch. Dod. ut: Cord. in Dioſc. Tur. Geſ. hort. Lac. Lon. Ad. Lob. Cæſ. Lugd. cum icone Matth. & Dod. Thal. Cam. Tab.
Tithymalus dendroides, Dod. in ico. Thal.
Alia eſt foliis crenatis, ſed non uſque ad caulem: alia non crenatis & rotundioribus: caule leviter hirſuto.

Tithymalus cypariſsias.

I. Tithymalus cypariſsias foliis punctis croceis notatis.
Eſula ſcabioſa, Geſ. col.
Tithymalus σκτόφυλλος, Thal.
Tithymalus arvenſis, Cam.
Duplex eſt, major & minor.
II. Tithymalus cypariſsias. Euphorbia cyparissias. L. sp. 661
Tithymalus cypariſsias, Matthiol. Fuch. Anguil. Dodon. ut: (& Pityuſa minor) Tur. Lac. Geſ. hort. Lon. Ad. Lob. ob. Caſt. Thal. Lugd. (qui Matthioli & Dodonæi figuram habet) Taber. Cam.
Tithymalus cupreſsinus, ſive humi pinus, Lob. icon.
Eſula officinarum, Cæſalp.
Variat: 1. foliis lini virentibus, comâ flavâ, aliquando ſubrubente: 2. in montibus candidior, foliolis anguſtis, Eſula candidior, Cæſalpino: 3. vix palmam altus, capitulo rubente.
III. Tithymalus ſive Eſula exigua.
Eſula exigua, Trag. Lob. minima, Lugd.
Tithymalus leptophyllos, Matthiol. Lugd. Cam. Thal.
Tithymalus minimus, Taber.
Papaver ſpumeum, Geſ. hor.
Peplis minor Dalechampii, Lugd.
IV. Tithymalus ſive Eſula exigua foliis obtuſis: 2. loco in Prodromo deſcribitur.
V. Tithymalus exiguus ſaxatilis: 3. in Prodr.

PITYUSA ſive ESULA.

ΠΙΤΥΟΥΣΑ, *à Cypariſsia Tithymalo ſpecie differre exiſtimatur, ideóque etiam in Tithymali genere connumeratur: caule eſt cubito altiore, geniculato, foliolis acutis & tenuibus, pini folia imitantibus: floribus*

exiguis pene purpureis: ſemine inſtar lenticulæ lato: radice candida, craſſa, lacteo ſucco referta: quibuſdam in locis frutex hic prægrandis invenitur, &c. Dioſcorides l.4.c.166. At Plinius l.24.c.6.cum honore & Pityuſa ſimili de cauſa dicetur, quum quidam in Tithymali genera numerant: frutex ſimilis eſt piceæ flore parvo purpureo. At Pityuſa videtur eſſe Eſula ſive Ezula, Arabum Alſcebra aut Alſcobra & Scebra. Ezulæ etiam nomen à πιτυούσε luxatum eſſe poteſt: duabus enim prioribus ſyllabis ſublatis, remanet ὖσα, cujus diminutivum Uſula, & vocali prima mutata, Eſula.

I. Tithymalus foliis pini, fortè Dioſcoridis Pityuſa.
Eſula vulgaris major & quinta, Trag.
Pityuſa Eſula vulgo dicta, Geſ.hor.
Pityuſa ſive pinea, Eſula minus offic. Ad.Lob.ob.
Tithymalus pinea, Eid.ico.
Eſula minor, Dod.Lugd.
Eſula major, Cæſalp.
Tithymalus cupreſsinus 2.Tab.

II. Tithymalus paluſtris fruticoſus.
Eſula major & ſecunda, Trag.
Pityuſa major, Dod.gal.dei.Cord.in Dioſc.
Pityuſa grandis, Thal.
Eſula major, Dod.Lugd.
Eſula major Germanica, Ad.Lob.Lugd.
Tithymalus paluſtris, Cæſalp.
Tithymal.fruticoſus Germanicus paluſtris, Cam.
an Tithymalus maximus, Taber.

III. Tithymalus montanus non acris.
Eſula dulcis (vel 7.) Trag. Geſ.hor.Lon.Lob.ob. Lugd.
Erino cognata herba, Geſ.hor.Ad.
Pityuſa ſive Eſula minor altera floribus rubris, Lob.Lugd.
Flos colore variat, eſt viridis, eſt rubri.

IV. Tithymalus incanus hirſutus: qui 1.in Prodromo.
an Pityuſa Anglicana, Cam.

V. Tithymalus foliis brevibus aculeatis.
Pityuſa, Matthiol. Ang. Lac. Lon. Caſt. Lugd.

APIOS ſive TITHYMALUS TUBEROSUS.

ἌΠΙΟΣ οἱ δὲ ἰσχάδα *radice eſt ad pyri formam accedente, rotundiore tamen, lactei ſucci plena, &c. Dioſcoridi lib. 4.c.177. At Theophraſto 9.hiſt.10. ἰσχὰς ἢ ἄπιος (Gaza reddit carica ſeu pyrus) ſolio eſt rutaceo, brevi, caulibus ternis aut quaternis humi ſtratis: radice qua albucum, verùm ſpumoſa: ἰσχὰς dicitur, quod ἰσχάδα, id eſt, caricam ſeu ficum aridam radix referat, Dodonæo monente.*

I. Tithymalus tuberoſa pyriformi radice.
Apios, Matth.Ang.Dod.gal.Lac.Lugd.Caſt.Tab.
Apios vera, Ad.Lob.
Tithymalus tuberoſus Dioſc.Lug. tuberoſa radice, Cluſ.hiſt.
Duplex eſt: 1. eſt radice craſsiore & majore, foliis & ramulis minoribus: 2. radice minore, ramulis longioribus & foliis majoribus.

II. Tithymalus tuberoſa oblonga radice.
Iſchas alter, Cluſ.hiſt.

III. Tithymalus tuberoſus Germanicus.
Tithymalus tuberoſus alter, Camer.

PEPLUS, ſive ESULA ROTUNDA.

ΠΕΠΛΟΣ. οἱ δὲ συκῆ, οἱ δὲ μήκωνα ἀφρώδη, *exiguus frutex lactei ſucci plenus folio parvo ceu rutæ, ac latiore: univerſa coma ferè dodrantali, rotunda, humi ſparſa: ſemine ſub foliis parvo, rotundo, minore quàm candidi papaveris, radicem habet unicam &c. Dioſcorides lib. 4. cap. 168. Peplos, quem aliqui Sycen, alii meconion aphrodes vocant, Plinio l.27.c.12.*

I. Peplus ſive Eſula rotunda.
Peplus, Matth.Fuch.Ang.Dod.utr.Cord.in Dioſc. & hiſt. Turn. Lac. Lon. Ad. Lob.Lugd.Caſt.deſ. Thal.Tab.Ger.
Peplis, Caſt.ico.
Eſula rotunda, Geſ.collect.

II. Peplios altera ſpecies.
Tithymalus Epithymi fructu, Colum.

PEPLIS.

ΠΕΠΛΙΣ, οἱ δὲ ἀνδράχνη ἀγρία. *Hippocrati πέπλιον, frutex eſt ramulos quoquo verſum expandens & candidi ſucci plenus, foliis hortenſis portulacæ rotundis, inferne rubentibus: ſemine ſub foliis rotundo, ceu pepli, fervente guſtu: radice tenui, ſingulari ac ſupervacua: in maritimis maximè naſcitur, &c. Dioſcoridi lib. 4. cap. 169. At Plinius lib. & cap. 22. Peplii meminit, ubi Portulacam ſylveſtrem ejuſdem generis ac naturæ cum*

cum Portulaca ſativa, cum Peplio herba diverſiſſima confundit, ideo quod nonnulli Peplion, agreſtem Portulacam vocarint.

I. Peplis maritima folio obtuſo.
Peplis, Matth. Tur. Ad. Cluſ. hiſp. & hiſt. Lobel. Lugd. Caſt. del. Cam. Tab. ico. Ger.
Peplus, Caſt. ico. minor, Tab.
Peplium, Cæſalpin.
Peplion Dalechampii, Lugd.
Variat caule rubro, albo.

II. Peplis montana folio Numulariæ.
Peplis altera, Ang.

CHAMÆSYCE.

Χαμαισύκη ἢ συκῆ ramos emittit quaternuum digitorum, per terram ſtratos, teretes, lactei ſucci plenos: folia lentis figura peplo ſimilia, parva, tenuia ac terræ inhærentia, ſemen ſub foliis rotundum ceu pepli, radicem tenuem ac ſupervacuam: ſed neque florem neque caulem promit, Dioſcoridi l.4.c.170. Chamæſyce lentis folia habet, in aridis petroſiſq́; naſcens, Plinio l.24.c.15.

Chamæſyce, Matth. Ang. Geſ. hor. Dod. Ad. Lob. Cluſ. hiſp. & hiſt. Cæſ. Lugdun. (qui duplicem figuram habet) Camerar. Tabernæmont. Gerar.

LATHYRIS.

Λάθυρις quam aliqui Τιθύμαλον vocant, & Tithymalorum numero aſcribunt, caule eſt cubitali digiti craſſitudine, inani: in cacumine ſunt alæ & folia, in caule oblonga amygdalinis proxima, &c. fructum gerit triplici loculamento diſtinctum, rotundum ceu capparum, in quo tria ſunt minuta ſemina, incurſantibus tuniculis inter ſe diſcreta, ervis majora, quæ decorticata candida ſunt, &c. totus frutex lacteo ſucco turget, Dioſcorides l. 4. c.167. Lathyris folia habet multa, lactucæ ſimilia, tenuiora, germina multa, in quibus ſemen tuniculis continetur ut capparis: quæ cum maruêre, eximuntur grana piperis magnitudine, candida, dulcia, facilia purgatu, Plinius l.27. c.11. Granum regium minus, Meſuæ.

I. Lathyris major.
Catapaucia, Brunſ. Cæſ. minor, Lob. Tab.
Lathyris, Brunſ. Matth. Fuch. Dod. ut: Cord. in Dioſc. Geſ. hor. Tur. Lac. Ad. Lon. Lugd. Cam. (Caſt.
Lathyris ſive Cataputia minor 2. Trag.
Cataputia vulgaris, Tartago Hiſpanorum, Eyſt.
Ratione ætatis, latiora vel anguſtiora folia habet: hinc apud Tabern.
Lathyridis latifol. & anguſtifoliç; apud Gerardũ, Lathyridis ſive Cataputiæ majoris & minoris nomine, figuræ exhibentur.

II. Lathyris minor conglomerato flore.
Lathyris minor Dalechampii, Lugd.

III. Lathyris minima.
Cataputia puſilla, Cæſalp.

IV. Lathyridi affinis
Semen Viſa dicta ex Bengala, Lathyridis grano ſimile, Acoſtę Cluſii cap. de Manna, quid?

HIPPOPHAES.

Hippophaës cum ſit ex iis, quæ lacteum ſuccum fundunt, de eo, licet nobis incognitum in præſens. Ἱπποφαὲς frutex eſt denſus, ſurculoſus. foliis longis oleagineis proximis, anguſtioribus, mollioribus, inter quæ ſpinæ candicantes. ſiccæ anguloſæ, floribus hederæ corymbos referentibus, racematim cohærentibus, ſed minoribus mollibusq́; & ex albido partim rubentibus: radice craſſa, molli, lactei ſucci plena, amara, ex qua velut è Thapſia liquor excipitur, ad bilioſa, aquoſa & pituitoſa detrahenda &c. Dioſcorides l.4. c.162. Hippophyes in ſabuloſis maritimiſq́; naſcitur, ſpinis albis, hederæ modo racemoſa eſt, candidis & ex parte rubentibus acinis, radix ſucco madet, qui aut per ſe conditur aut piſtillis farinæ, Plinius l.22. c.12.

I. Hippophaës quibuſdam *ἄκανθα καθάριον*, id eſt, Spina purgatrix, Anguil.
Hippophaës ex Codice Cæſareo, Dod. Lugd.

II. Planta lactaria, Xabra & Camarronũ Rhaſis, Rauwol. & Lugd. quid?

III. Dante radix quædam candida lacticina, Acoſtæ Cluſii cap. de Manna. quid?

LIBRI VII. FINIS.

LIBER OCTAVVS.

SECTIO PRIMA.

DE CONVOLVULIS.

SCAMMONEA; CONVOLVULUS ſeu SMILAX LÆVIS; SOLDANELLA; SMILAX ASPERA ET SALSAPARILLA; CHINA; Bryonia; Mecoacha; Lupulus; Vitis vinifera.

SCAMMONEA.

ΣΚΑΜΜΩΝΙ'Α *Dioſcoridi l.4.c.171. & Theophraſto 4.hiſt.6.& 9. hiſt.1.& 10. Latinis Scammonia, ex cujus radice ſuccus elicitur, ut lib.12. ſect.6. oſtendemus. Dioſcoridis deſcriptio noſtræ plantæ conveniret, niſi ſua ramos quadantenus hirſutos, folia item hirſuta tribueret: quam hirſutiem (neſcio an loci ratione) hactenus non obſervavimus: & Matthiolus in Dioſcoridea deſcriptione omiſit.*

I. Scammonia Syriaca.
Scammonia, Matth. Geſ. hor. Lon. Lug. Caſt. Cæſ.
Scammonea, Dod. gal. Cord. in Dioſc. Antiochena, Cam.
Scãmonium, Cord. hiſt. Dod. Syriacum, Ad. Lob.

II. Scammonia Monſpeliaca foliis rotundioribus.
Scammonia Monſpel. Geſ. hor. Eyſt.
Scammonium Monſpelienſe, Ad Lob. ico.
Scammonea Valentina, Cluſ. hiſp. Tab. Ger.
Scammonia maritima Monſpeliaca, Lugd. Cam.
Apocynum 4. latifolium, Cluſ. hiſt.

III. Scãmonię Mõſpel. affinis, foliis acutiorib⁹.
Periploca prior, Dod.
Scammonii Monſpeliaci varietas, Lob.
Apocynum 3. Cluſ. hiſp. 3. latifolium, Eid. hiſt.
Scammonii quoddam genus, Cæſalp.
Volubilis marina, Taber.

CONVOLVULUS ſeu SMILAX.

SMILACEM *duplicem Dioſcorides habet: alteram l.2.c.176. ubi Phaſeolum intelligere oportet. Alteram l.4.c.144.& 145. quam in aſperam & lævem diſtinguit; illa,* σμίλαξ τραχεῖα, *hec* σμίλαξ λεία *dicitur: Utriuſque & Plinius l.24.c.10. meminit. At Theophraſtus 3.hiſt.16. Smilacem arborem, quæ Ilici ſit ſimilis deſcribit, quam Plinius l.16.c.6. Ilicis genus facit: qui l.16.c.10. & Taxum à quibuſdam Smilacem vocari ſcribit. Smilax lævis, Convolvulus à Plinio l.21.c.5. dictus videtur: quòd arbores ſcandat & eis ſe convolvat: quibuſdam Jaſione ejuſdem l. & c.22. cenſetur.*

Smilax lævis.

I. Convolvulus major albus.
Volubilis, Brunf. latifolia, Fallop. de decor.
Volubilis major, Trag. Lon. Thal. Tab.
Smilax lævis, Matt. Fuch. Geſ. hor. Lac. Caſt. Lug.
Smilax lævis major, Dod. ut: vel lenis major, Lob.
Helxine ciſſampelos, Cord. in Dioſc. (Ger.
Malacociſſus Damocratis, Ang.
Convolvulus major, Geſ. hor. Ad. Cæſalp.
Campanula alba ſyl. Swer.
Convolvulus major flore albo, Eyſt.
Semen nigrum eſt, aliquando rufeſcens.

II. Cõvolvulus ramoſus incan⁹ foliis piloſellę.
Helxine ciſſampelos ramoſa Cretica, Ponæ Ital.

III. Convolvulus minor arvenſis.
Volubilis minor, Trag. Lon. Thal.
Helxine ciſſampelos, Matth. Fuch. Ang. Geſ. hor. Lugd. Caſt.
Helxine hederacea, Lacun.
Helxine in ſegetibus naſcens, Cord. in Dioſc.
Smilax lævis minor, Dod. ut: Ger
Scammonea parva, Ang. Camer.
Orobanche Theophraſti, Anguil.
Cõvolvulus, Tur. minor, Geſ. hor. Cæſ. Cluſ. hiſt.
Convolvulus minor purpureus, Ad. Lob.
Volubilis arvenſis, Tab.

Dioſcoridi l.4. c.39. ἑλξίνη dicitur, quod foliis eſt hederæ, ſed minoribus, &c. interpres Helxinen ciſſampelon reddidit: quibuſdam Orobanche Theophraſti (Ervagiam Gaza) 8.hiſt. 8. aliis Scammonea tenuis Plinii l.24.c.15.

Variat flos colore, qui vel candidus, vel roſeus, vel

velalbus cum purpureo umbilico, vel panicanti-bus lineis aſperſis, vel purpureus radiis albis pict⁹.

IV. Convolvulus minor ſemine triangulo.
Orobanche ſeu Cuſſus altera Serapionis, Trag.
Orobanche Ruellii, Geſ.hor.
Helxine ciſſampelos, Dod.gal. Lugd.
Helxine ciſſampelos altera atriplicis effigie, Ad. Lobel.
Centunculus Plinii, Anguil.
Elatine, Cord.in Dioſc.
Convolvulo ſimilis herba, Geſ.hor.
Convolvulus niger, Dod.
Volubilis media ſive nigra, Thal.
Volubilis nigra, Tab.Ger.
Fromentone alterum genus, Cæſalp.
Polygonum hederaceum, Colum.

Aliis Malacociſſos Conſtantini Imperatoris: aliis Orobanche: aliis Helxine ciſſampelos: aliis Elatine: aliis Centunculus Plinii l.24.c.15. qui Græcis Clematis dicatur.

V. Convolvulus cæruleus hederaceo anguloſo folio.
Smilax cærulea, Dod.gal.
Scammoniæ ſimilis flore cæruleo, Anguil.
Convolvulus peregrinus vel flos noctis, Geſ.hor.
Nil Arabum, Geſ.hor. Eyſt.
Convolvulus aſureus ſive cæruleus hederaceus, Ad.Lob.
Campana cærulea, Dod.Bry.
Volvulus cæruleus, ſive campana azura, Lugd.
Convolvulus cæruleus, Cam.Caſt.Tab.Ger.
Convolvuli alterum genus, quod pro Scãmonio oſtenditur, Cæſalp.
Campanula cærulea hederaceo folio, Swer.

Quibuſdam Granum nil Serapionis & Arabũ: Liguſtrum nigrum Columellæ aliis: aliis Pothos cæruleus Theophraſti: quibuſdam Volubilis lanuginoſa, Meſuæi.

VI. Convolvulus purpureus folio ſubrotundo: qui 1. in Prod.
Convolvuli ſpecies altera, quæ ad Nil Avicennæ referri poteſt, Dod.
Campanula azura, Swert.
Campanula Indica purpureoviolacea, Bry.
Convolvulus Indicus flore violaceo, Eyſt.

VII. Convolvulus peregrinus cæruleus, folio oblongo: qui 2. in Prod.
Convolvulus cæruleus minor Bauhini, Bry.
Campanula incognita cæruleo alba, Eid.

IIX. Convolvulus foliis laciniatis, vel quinquefolius: qui 3. in Prodr.
Convolvulus Ægyptiacus Bauhini, Bry.

IX. Convolvulus argenteus Altheæ folio.
Cõvolvulus folio Altheę, Cluſ.hiſp.& hiſt.Lugd.
Convolvulus peregrinus, Lob.Caſt.
Scammonium minus Plinii 2.Tab.
ſub Papavere cornuto luteo minore, apud Ger.

Aliis Helxine ciſſampelos Dioſcoridis: quibuſdam Scammonium minus Plinii. Flos ex purpura candicat: interdum omnino purpuraſcit.

X. Convolvulus Linariæ folio.
Cantabrica quorundam, Cluſ.hiſp.& hiſt.
Cantabrica Plinii, Caſt.
Cõvolvulus minimus ſpicæfolius, Ad.Lob.Lug. Ger.
Volubilis terreſtris Dalechampii, Lugd.
Scammonium minus Plinii, Taber.
Helxine ſtans Guilandino, Scammonea Patavina Cortuſo dicebatur.

Variat magnitudine, reperitur enim vix duas tréſve uncias altus: flore eſt communiter purpureo, rarius albo.

SOLDANELLA.

SMILACIS *lævis generibus Soldanella aſcribenda venit, quare & Belgis Convolvulus marinus dicitur: quæ duplex eſt, maritima & alpina: alpinam, huic ob foliorum ſimilitudinem junximus. Soldanella maritima, quæ in officinis habetur, Dioſcoridis l.2.c.148. eſt* Κράμβη θαλασσία, *Braſſica marina: ſi textus corrigatur.*

I. Soldanella vel Braſsica maritima major.
Braſsicæ marinæ genus, Rauwolf.Lugd.ap.
Convolvulus marinus noſter, Imperato.

Hujus folia quædam ſunt laciniata, quædã non, omnia tamen parte ſuperiore ſinuata.

II. Soldanella maritima minor.
Braſsica marina, Matth. Dod.gal. Ang. Cord. in Dioſ.& hiſt.Geſ.hor.Lac.Tur.Lon.Lug.Caſt.Cã.
Soldanella, Geſ.hor.Dod.Lon.Ad.Lob.Cęſ.Tab.
Soldanella marina, Ger.Eyſt.

III. Soldanella alpina rotundifolia.
Soldaneſia montana, Ad.Lob.ico.
Soldanella alpina, Cam.ep.Cluſ.pan.
Soldanella alpina minor, Eid.hiſt.

Variat

Variat foliis & floribus: foliis, aliis ſupernè viridibus, infernè dilutiore virore ſplendentibus: aliis foliis infernè ut Cyclamini rubentibus, quæ tertia ſpecies eſt Cluſio. Flore eſt purpureo, nunc ſaturatiore, nunc dilutiore: reperitur & niveo.

IV. Soldanella alpina folio minus rotundo.
Soldanellæ alpinæ aliud genus, Cluſ.pan.
Soldanella alpina major, Eid.hiſt.

SMILAX ASPERA.

Σμίλαξ τραχεῖα, Smilax aſpera Dioſcoridi l.4.c.144. propter ſarmenta rubi modo aculeata: σμίλαξ ſimpliciter Theophraſto 3. hiſt.18. ubi Gaza Hederam Ciliciam interpretatur, quia Plinius l.16.c.35. ſcribit Smilacem hederæ ſimilem, primùm è Cilicia profectam, ſed in Græcia frequentiorem, &c. Et l.24.c.10. Smilax qui nicophoros cognominatur, ſimilitudinem hederæ habet.

I. Smilax aſpera fructu rubente.
Smilax aſpera vera, Trag. I = Smilax aspera, L. sp. mill. dict.
Smilax aſpera, Matth. Fuch. Dod. ut: Tur. Lac. Cord. in Dioſc. Geſ. hor. Ad. Lob. Lugd. Caſt. Cæſalp. Cam.
Smilax aſpera fructu rutilo, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Smilax aſpera 1. & 3. Tab. Ger.
Volubilis aſpera, Lonic.
Folia maculis candidis quandoque notantur.

II. Smilax aſpera minus ſpinoſa, fructu nigro.
Smilax aſpera fructu nigro, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Smilax aſpera altera facie Salſæparillæ, aut congener, Lob. ico. II = Smilax aspera, L. var. mill. dict.
Smilax aſpera Luſitanica, Tab. Ger.
A priore differt & fructus colore, & foliis, in hac mollioribus minusque ſpinoſis, quandoque etiam ſpinis carentibus: foliis quoque anguſtiſſimis in Galloprovincia obſervatur.

III. Smilax aſpera Indiæ Occidentalis.
Buenas noches, fruct. exotic. 3. Cluſ. exot. l.2.c.18.
Salſaparilla.

IV. Smilax aſpera Peruviana, ſive Salſaparilla.
Zarzaparilla, Matth. Lac. Monar. Garz. Lugd.
Zarzaparilla Peruviana, Dodon.
Zarza ſeu Salſaparilla, Caſtor.
Sarſaparilla, Lon. Frag. Cæſalp.
Salſaparilla, Ad. Lobel. & par.6. Ind.or.cap.41.
Smilax aſpera in Zazyntho, Alpino.
Smilax Peruviana, Tab. Gerar.
IV = Smilax sarsaparilla, L. mill. dict.

III = Smilax bona nox, L. mill. dict.

Zarzaparillia in Puna & ejus uſus: Benzon. par.6. Amer. l.3.c.119.

Zarzaparilla à ſimilitudine, quam cum Smilace aſpera habet, nomen accepit, quæ Hiſpanis Zarſaparilla, qui Rubus viticula dicitur: Zarſa ſiquidem Hiſpanis, Lacunâ teſte, rubum: parra autem, Matthiolo interprete, vitem, & parilla parvam vitem ſive viticulam ſignificant: hinc aliqui Salſam parillam, Smilacis aſperæ Hiſpanicę radicem cenſuerunt: cùm tamē Peruviana, cœli temperati occaſione & ipſius ſoli ingenio, lōgè efficacior ſit. q̃ vel in Hiſpaniis, aut etiā Africa nata. Cujus uſum primi Hiſpani ex Peru & novi orbis ſive Americæ provinciis ante 50. annos in Europā invexere.

Triplex eſt, Nicolao Monardo monente, 1. ex Hiſpania nova, quæ candidior, ad pallorē tendens, & gracilior: 2. quæ multò melior, ex provincia Honduras, cinerea, nigrior & craſſior: 3. ex provincia Quitto, locis urbi Guayaquil vicinis (unde Zarzaparilla Guayaquillana dicitur) adfertur, quę colore eſt ex cinereo nigricante, majoribus craſſioribus radicibus conſtans, quàm quæ ex Honduras adfertur, iiſq; interdum tam longis, ut altitudine humana fodiendum ſit, antequā erui poſſit. Hujus tertiæ ad fluvium Guayaquil & in Puna Inſula naſcētis, Petrus Cieca parte prima Chronici Peruviani c.54. meminit, alteriq; in pleriſque Indiæ regionibus naſcenti præfert. At Cæſalpinus duas primas differentias agnoſcit.

CHINA.

Cum CHINA ſuis ſarmentis Smilaci aſperæ abſimilis nōn ſit, Acoſta monente, & ſuis cauliculis tenuibus, raris, hederæ modo arbores ſcandere, in hiſtoria Lugdunenſi referatur, idcirco in hanc claſſem retulimus. Dicitur China & Chinæa radix, à China Indiæ regione, in qua copioſè naſcitur. Eſt autem duplex: alba enim ex India occidentali, Hiſpania nimirū nova & Peru, quæ colore magis ruſo eſt: alia ex India orientali ex regione Sinarum (ubi ab indigenis Lampatam vocatur) adfertur. Verùm Garzias & Acoſta (qui integram plantam depingit, & ex eo Lugd. hiſt.) Chinam orientalem aliter deſcribunt, quàm Monardes ſuam occidentalem. At radix hæc Indiæ primùm anno Chriſti 1535. innotuit.

I. China radix: & Lugd. Fragoſo.
Cina, alias China, Matthiol.
China, Lac. Lob. ico. Caſt. Taber.
Chinna ſive Cinna, Cæſalp.
I = Smilax China, L. mill. dict.

Radix

Radix China, Garz. Acoſt. Lug. in Floridæ: par.2. Amer.

Chinæ radix fruticis morè excreſcit, foliis paucis Aurantiorum forma: in China arbor Lampaton dicitur: & radix quo nigrior eo melior: Linſcot. par.4. Ind.or.c.33.

Orientalis exterius eſt colore rubente aut ſubnigro, interius candicante aut ſubrubente: Occidentalis colore eſt interius magis ruffo.

Amatus inter Arundines recenſuit: at Cæſalpino, China orientalis potius ex genere Iridis, quam Calami videtur. De hujus uſu Veſalius librũ ſcripſit.

II. China ſpuria pyriformis.
China ſpuria pyriformis, ſeu turbinata, Lob.ico.

III. China ſpuria nodoſa.
Pſeudochina radix ex Virginea, Cluſ. exot.

B R Y O N I A.

Bryonia, Dioſcoridi l.4.c.184. ἄμπελος λευκὴ, *Vitis alba, &* βρυωνία *&* ὀφιοστάφυλος *&* μήλωθρος *&* ψίλωθρος *&c. dicitur. Theophraſto 6.hiſt.1.* μήλωθρος *Plinio l.22.c.1. Vitis alba, quæ Græcis Ampeloleuce, aliis Ophioſtaphylon, aliis Melothron, aliis Pſilothrum, &c.*

Genera duo Dioſcoridi l.4. c.184. & 185. Vitis alba quæ aliquibus Bryonia, & Vitis nigra, aliis Bryonia nigra, aliis Chironia vitis. Sic & Plinio, qui nigram propriè Bryoniam vocari ſcribit.

I. Bryonia aſpera ſive alba baccis rubris.
Bryonia, Trag. Geſ.hor. Lon. Tab.
Bryonia alba, Dod.ut: Lugd. Thal. Cæſ. Gerar.
Vitis alba, Matth. Fuch. Ang. Tur. Lac. Cord. in Dioſc. Ad. Lob. Caſt.
Vitis alba ſylveſtris, Geſ.hor.
Bryonia baccis rubris, Camer.

II. Bryonia alba baccis nigris.
Bryonia nigra, Dod.ut: Cord.hiſt.
Vitis nigra, Cord. in Dioſc.
Vitis alba baccis nigris, Caſtor.
Bryonia baccis nigris, Camer.

Differt à priore radicibus & baccarum colore; hujus radix interius buxeo colore pallet: illius, ex albido ſublutei coloris eſt: hujus baccæ maturæ nigricant, illius rubent.

III. Bryonia Cretica maculata: in Phytopinace & Prodromo pro 1. deſcripta.
Bryonia dicoccos, Hon. Belli, ep.1.ad Cluſ.
Bryonia Cretica, Pon. Italico.

IV. Bryonia lævis, ſive nigra racemoſa.
Vitis nigra, Matth. Ang. Lac. Caſt. Lugd. prima, Tabern.
Vitis ſyl. ſive Sigillum Mariæ, Dod. utroq;.
Vitis nigra ſyl. Geſ.hor.
Malacociſſum Damocrati, & Tamus, Eidem.
Vitis vel Bryonia nigra, Ad.ſyl. Lob.
Tamarum vulgo, Cæſalp.
Bryonia nigra, Gerar.

Quibuſdam Vitis ſyl. Dioſcoridis l.4.c.183. (ſed florem capillaceum, muſcoſum ei tribuit, qui in noſtra non obſervatur) & Theophraſti 9.hiſt.14. & 21. Aliis Cyclaminus ciſſanthemos Dioſcorid. l.2.c.195. de quo vide in Periclymeno. Aliis Uva taminia Plinii l.23.c.1. aliis ejuſdem Salicaſtrum, quod potius Amaræ dulci convenit.

Baccæ maturæ aliquando ruſcſcunt, aliquando nigreſcunt.

V. Bryonia lævis, ſive nigra baccifera: quæ ſub Bryonia ſyl. baccifera in Prod. deſcribitur.

VI. Bryonia Mechoacana alba.
Mechoacan, Monardi, Dod. Lon. Frag. 1. & 2. Tab. Ger.
Bryoniæ ſimilis planta Peruviana Mechoacæ provinciæ, Lob.ob.
Mechoaca Peruviana, Lob.ico. Ger.
Mechioacan, Lugd.hiſt.
Rhabarbarum Indicum, Caſtor.
Radix Mechoacan: par.9. Ind.occid.

Mechoacan, à provincia novæ Hiſpaniæ in qua reperitur, nomen obtinuit. Alii Rheo aſſimilant, unde Rhabarbarum Indicum, & Rhabarbarum Mechoacanum, Monardi: Germanis Rhabarbarum album. Dodonæus Rheo ſimile non eſſe, & cum Bryonia parùm convenire, ſed Scammoniũ quoddam Americanum ſcribit. Sanè cum Bryonia ſyl. magnam affinitatem habet.

Duplex habetur ratione loci: prima annis ſupra ſeptuaginta ex Mechoaca novæ Hiſpaniæ Inſula allata: altera verò ex Continente circa Nicaragua nata, quæ priore longè præſtantior eſt. Refert Fragoſius etiam in Aquacathan novæ Galitiæ naſci. Et Cluſius in notis in Monardem, Mechoacan duo ſeminis genera ex Hiſpanica accepit: unum lævi cauliculo ſine ſiliqua, ſemine nigro, quale eſt Scammonii aut Convolvuli majoris: alterum oblongiore aliquantulum cauliculo & ſemine ruſo, ſuperiore longiore & tenuiore, utriuſq;

utriuſq; ſiliqua parte interiore lanuginoſa: ex utriuſq; ſemine plantulæ Scammonii aut Convolvuli modo prodiere, &c. De hac quemadmodũ & de Nicotiana, Jacobus Gorræus Lutetianus, & Ægidius Everhardus Belga, libellum, ille Gallicè, hic Latinè, ſcripſit.

VII. Bryonia Mechiocana nigricans, quæ ex India Chelapæ ſive Celapæ nomine ante annos duodecim allata: & à Maſſilienſibus Jalapium, vel Gelapo vocitatur: quæ ſub Bryonia 3. in Prodromo exhibetur.

IIX. Bryonia Mechiocana ſylveſtris.
Mechoaca ex promontorio D. Helenæ, Monardi.
Mechoacæ ſyl. genus, Lugd. hiſt.

Hæc priore minor eſt per omnia, cujus radix gravia ſymptomata excitat, quare Scammonea, Monarde auctore, nuncupatur.

RADIX QUIMBAYA.

Radix QUIMBAYA: in provincia Quimbaya, cujus metropolis Carthago, radices tenues, digiti craſſitudine, inter arbores naſcuntur, quarum fragmentum per noctem in aqua maceratum, aquæ partem majorem abſumit, ex reſidua unciæ tres ſumptæ, benignè inſtar Rhabarbari purgant. Monardes ex Petri Cieca Peruviana hiſtoria refert, & ex eo Lugdunenſis hiſtoria: meminit etiam Fragoſus, ſed ſuccinctiùs.

LUPULUS.

Lupulum à Plinio l. 21. c. 15. Lupum ſalictarium nominatum volunt: qui Meſuæo 2. purg. 24. Volubilis foliis aſperis dicitur: hodie in Græcia [illegible] nominatur.

Sativus eſt & ſylveſtris, magnitudine differentes: ſic ſyl. florum conos minores, rariores, pauciores habet: alius Lupulus florens, fructu caret: & contrà, fructum ferens, non floret.

I. Lupulus mas.
Lupulus, Brunf. Matth. Tur. Dodon. Cluſ. hiſt. Tabern.
Lupulus ſativus, & ſyl. Trag. Lon. Caſt. Lugd.
Lupus ſalictarius, Fuch. Dodon. gal. Geſn. hort. Lac. Lob. (cui & Vitis ſeptentrionalium) Cæſalp.
Lupulus ſalictarius ſpontanea, Ad.

II. Lupulus fœmina: & Cam. ep. & hor.
Foliis eſt rotundioribus, circa radicem ſine inciſuris tantùm ſerratis: floſculis ſubpallidis, qui ſine fructu pereuntes, in pollinem luteum abeunt.

III. Lupulus Mechiocanus.
Radix Carlo ſancto, Monard. Lugd. Fragoſo.
Indica radix, Monardi, part. alt.
Carolus Sanctus, Caſtori.

Radix hujus plantæ, quæ Lupulo ſimilis eſt, ex provincia Mechiocan advehitur, cujus decoctum & pulvis in Catarrho, Epilepſia & lue Venerea commendatur.

IV. Sippo, ſarmenta longa, Lupuli ſarmentis non abſimilia, quibus ad religandum Braſiliani utuntur: par. 3. Americ.

VITIS VINIFERA.

DE ἈΜΠΈΛΟΥ ΟἸΝΟΦΌΡΟΥ Dioſcorides l. 5. ſedecim capitibus egit, Vitem, Labruſcam, Uvam, Oenanthen, Omphacium, Vini naturam, differentias & facultates, ex ſapore, mixtione, loco natali deſumptas, exponens: quemadmodum de Lora, Mulſo & ſimilibus. Et Theophraſtus ſparſim in ſuis libris de Vite copioſè egit: ut de Vino 9. hiſt. 20. & 6. cauſ. pluribus capitibus. Et Plinius l. 14. capitibus novemdecim.

Vitem dividimus in ſativam & ſylveſtrem: ſativa major eſt, cujus plurimæ ſpecies, alia minor. Majoris uvæ & colore & magnitudine differunt: alterius namque acini, aut virides albicantéſve, aut fulvi, aut ſaturatorubore nigricant, aut cærulei, aut ſubrubentis coloris: aliæ acinis oblongis magnitudine & forma prunorum, quæ Pergulana dici poteſt: aliæ rotundis, iiſq; vel magnis vel parvis: aliæ acinis ſunt frequentioribus, aliæ rarioribus. Sunt quæ granis aut vinaceis carent, interdum unicum vel alterum granum habent: Rarius uva barbata reperitur. Minor verò eſt acinis nigris, rariſſimè albidis, aut fulvis, nucleo minimo ac molli. Sapore etiam differunt, ut dulcis, acerbo, muſcato, quæ Vitis Apiana Plinio.

In foliis quoq; differentia, alia majora profundius inciſa, ut Italica foliis ad pediculum uſq; in lacinias acutas diviſis: alia minora ſunt: Sic alia tenuiora, alia craſſiora: alia viridia, alia rubentia, alia maculata: alia ad tactum duriora, molliora, alia lævia, alia deniq; ſubhirſuta.

Ratione loci, Vina plurimùm variant: apud nos commendantur, ex Germanicis quid. in Briſgoi[illegible], Alſatica, Ripenſia, quæ ex ditione Bernatum habemus, Rhenana, & Neċarina, quæ duo poſteriora rarius habemus: ex Gallicis

ex Gallicis, Burgundiaca & inter ea potiſsimùm Arbuoſiaca, Muſcatellina, Frontiniaca, quæ Lugduno advehuntur: ex Italicis, Rhetica, quæ ex Valletelina aſportantur: ex Hiſpanicis, Cimenes: ex Græcis, Malvaticum.

Sic in Aegypto, vinum tenue atq; aquoſum exſiſtit, licet calidiſsima regio ſit; cujus rei cauſam Aphrodiſæus l.2. prob. inquirit. Et hoc vinum videtur Heſiodus οἶνον βίβλινον vinum Biblinum vocaſſe: fortè quia in eadem cum biblo, id eſt papyro regione proveniat: licet ipſius interpres Tzetzus velit à Biblo civitate Libano monti proxima, nomen accepiſſe. ſiquidem conſtet ejus loci incolas ferè hydropotas eſſe. Suidas verò tum à Byblo civitate, tum à Biblia vitis genere, dictum putat. Monet Guiland. Hippiam Rheginum vitem quæ Ileus vocatur Bibliam vocare. Sed hæc alterius ſunt loci.

In Indiæ inſula Baly, Vites bis in anno uvas promunt: Linſc. par. 3. Ind. or. cap. 40. & in inſulis Azores, ſuper meras rupes creſcunt, quæ radices in medios hiatus ſeu ſaxorum rimas immittunt, quibus ſuccum ſibi neceſſarium proliciunt: & in iſtis petræis receſsibus, Vites multo lætius ſe proferunt, quam quæ in planitie ſunt, quæ ad frugem pervenire nequeunt: Idem cap.6. Sed in Hiſpaniola plantatæ exiguas uvas fundunt, nec admodum jucundi ſaporis & ferè Februario & Martio vindemiari ſolent, authore Benzone ſive Americæ lib.4.c.ult. & ut Joſephus Acoſta l.3.c.22. & l.4.c.32. nec in inſulis, nec in firma terra Uvæ aut vinum naſcitur: in nova Hiſpania, vineæ uvas proferunt, ſed nunquam probè matureſcunt, ut vinum confici poſsit: niſi in Peru & Chile approbum vinum naſcitur: nam jam vites colere didicere: & vineæ plerunq; in convallibus Peruanis naſcuntur, juxta quas foſſas ad aquam colligendam excavant, quâ vites ſubinde irrigant.

I. Vitis vinifera, ex cujus Uvis acerbis immaturis ſuccus exprimitur, quem ὀμφάκιον Omphacium Dioſcorides l.5.c.6. vocat: ex quo Syrupus de Agreſta in officinis paratur.

II. Uva paſſa major, βούμαστος Græcis.

Uvæ paſſæ majores, Trag. Geſ. hor. Caſtor.

Uva paſſa, Tur. Lon.

Zibebas ferens, Camer.

Uvæ Zibebæ, Tab. Gerar.

Non ſolùm Uvæ, ſed etiam acini præter modū ampli, craſsi & oblongi ſunt, ut non niſi paſſæ ad nos deferantur: Arabibus, uva Zibibi, Latinis paſſa, Germanis, Zibeben/ Meertreubel/ id eſt, uva marina.

III. Uvæ paſſæ Indicæ gigartis carentes.

Uvæ ſine vinaceis ſeu apyrenos, ad Cluſ. cur. poſt.

IV. Uvæ paſſæ minores, vel Paſſulæ Corinthiacæ.

Paſſulæ, Trag.

Uvæ paſſæ minores, Geſ. hor. vel Corinthiacæ, Caſt.

Foliis eſt rotundis, craſsis, ſubtus incanis, in pauciores lacinias obtuſas diviſis: Uvis partim fulvis, partim ſubnigris, dulcibus & vinoſis.

V. Vitis ſylveſtris, Labruſca.

Labruſca, Trag. Lugd. & aliis.

Labruſca dicta, quod in marginibus terræ, ceu labris quibuſdam oriatur. Dioſcoridi l.5. cap.2. ἄμπελος ἀγρία, qui genera duo fecit: alterius enim Uva non matureſcit, ſed florem tantum profert οἰνάνθη nominatum: altera fructum perficit, ex parvis acinis nigris ſubaſtringentibus. Plinius Labruſcam vocat & Oenanthen, ex alba Labruſca præſtantiorem, quam è nigra ſcribit. Et Geſnerus lib. de hor. racemiferam tum albis, tum nigris acinis refert. Vocatur autem propriè Oenanthe, fructus Vitis ſylveſtris cum floret, Dioſcoridi l. & c.5. ſeu ut Plinius loquitur, Vitis labruſcæ uva, quæ cum floret colligitur, quando optimè olet.

Apud Floridenſes Labruſca in magna copia creſci, author par.6. Ind. occid. ſcribit.

VI. Vitis ſylveſtris Americana.

Vites ſylveſtres vicinas arbores ſcandentes & uvas edules proferentes in nova Francia habentur: par. 2. Amer.

VII. Vitis ſylveſtris Virginea.

Vitis duum generum ſpontè naſcuntur: alterum uvis tenuibus acerbis: alterum majoribus & dulcibus: Hariot. deſcr. Virgin.

IIX. Vitis ſylveſt. Indica acinis pruni ſylveſtris.

Arbores multæ in India, quæ uvas quaſdam agreſtes ferunt, quarum Acini prunorum ſyl. ſpeciem referunt, & nigro folliculo veſtiuntur, ſed quia illis multum ligni, parum pulpæ, ex iis vinum non faciunt: Benzo l.1.c.28.

SECTIO SECUNDA.

CLEMATITIS; LIGNUM COLUBRINUM; CLEMATIS; PERICLYMENUM; APOCYNUM; ASCLEPIAS; POLYGONATUM; Lilium Convallium; Monophyllum; Laurus Alexandrina, quibuſdam Hippogloſſum.

CLEMATITIS.

Κληματῖτις Dioſcoridi l.4.c.182. idem eſt ac Sarmentaria: ſic dicta, quoniam κλήματα flagella, vitigineis flagellis ſimilia emittat, ac ut illa arbores ſcandat. Plinio l.24. c.10. Clematida Smilaci ſimilem, per arbores repentem geniculatam & ipſam appellaverunt. A Theophraſto 5. hiſt. 10. Ἀτραγένη dicitur, & eſſe arborem quæ Vitis & Labruſcæ modo ſurgat.

I. Clematitis ſyl. latifolia.
Vitis ſylveſtris, Trag. Lugd.
Vitis nigra, Fuch. Tur. Lon. 2. Tab.
Vitalba, Dod. ut: Guiland. the. (& Vitis ſyl. Dioſcoridis) Cæſalp.
Viburnum Gallorum, Bellon.
Atragene Theophraſti, Ang. Cluſ. hiſt.
Vitis ſyl. cauſtica, Geſ. hor.
Clematis 3. Matth. Caſt. Thal. 2. Lacun.
Clematis altera prima, Cord. in Dioſcor.
Viorna vulgi, Ad. Lob. Gerar.
Clematis ſive Viorna vulgi, Lobelii, Eyſt.

Clematitis eſt Dioſcoridis, Atragene Theophraſti: quibuſdam Vitis ſyl. Plinii.

In foliorum diviſuris mirè ludit & ſarmenta aliquando brachiorum craſsitudinis ſunt.

II. Clematitis Peruviana.

Bexugo del Peru, ad Atragene ſarmenta proximè accedentia, cortice cinereo obducta, guſtus lenti, dein acris, deniq; fauces urentis: drachma purgat & Mechoacæ præfertur, Cluſius in notis ad Monardem.

III. Clematitis peregrina foliis pyri inciſis.
Clematis altera Bœtica, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Clematis Bœtica, Cluſii, Lob. Lugd. Tab. Ger.

IV. Clematis ſive Flammula repens.
Clematis altera, Dod. gal. flore albo, Caſt. Cam.
Clematis flammula quibuſdam, Geſ. hor.
Clematis altera urens, Ad. Lobel.
Flammula, Dod. Lugd. hiſt.
Viticella, Cæſalp.
Clematis urens, Tab. Gerar.

Flammula dicitur, quod contuſa applicata, veſicas flammæ inſtar excitet, cujus folia aliquando Apii modo dividuntur: eſt etiam ſimplex vulgaris, alia multiflora, quæ
Clematis urens 2. Taber.
Clematis urens multiflora, Gerar.

V. Clematitis maritima repês: quæ 1. in Prod.
Clematites, Anguil.

VI. Flammula recta.
Flammula, Matth. Lugd. Cluſ. pan. & hiſt. Tab.
Flammula frutex, Cord. in Dioſcor.
Clematis altera, Turner.
Flammula altera, Dod. altera ſurrecta, Lob.
Flammula recta, Cam. Eyſt.
Flammula Jovis ſurrecta, Gerar.

Duplex eſt: alterius ſarmenta & foliorum pediculi viréſcunt & ſerius floret: alterius rubent & maturius floret.

Centella herba quæ trita tumoribus impoſita puſtulas excitat, in epiſt. ad Monardem huc referri poteſt.

VII. Clematitis alpina Geranifolia: quæ 2. in Prodromo.
Clematis cruciata alpina, Ponæ.

IIX. Clematitis cærulea erecta.
Clematis altera minor longifolia, Clymenum quorundam, Lob. Lug.
Clematis cærulea Pannonica 2. Cluſ. pan.
Clematis cærulea 2. Tab.
Clematis major Pannonica, Gerar.

Magnitudine variat: hinc duæ figuræ apud Cluſium hiſt. pan. & Tab. ſub Clematide cærulea pan. 1. (quæ Clematis cærulea pannonica, Eyſt.) & 2. Et Ger. ſub Clemat. pan. & Clemat. majore pannonica.

Flore eſt cæruleo, rarius albo.

IX. Clematitis cærulea vel purpurea repens.
Clematis altera, Matth. Dod. Caſt. ap. Cluſ. hiſt.
flore purpureo, Camer.
Clematidis alterius altera ſpecies, Dod. gal.

Clematis peregrina cærulea & purpurea, Lob. Tab. qui duas figuras habet, & Ger. ſub cærulea & rubra.
Clematis 3. quæ Flammula, Cæſalp.
Pothos cæruleus, Lugd.
Clematis peregr. incarnato ſimpl. flore, &
Clematis peregr. purpurea ſimpl. flore, Eyſt.
Aliis Clematitis Dioſcoridis: quidam πόθον (Deſideriũ Gaza vertit) Theophraſti 6. hiſt. ult. faciunt.
X. Clematitis cærulea flore pleno.
Clematis altera flore pleno, Cam. ep. Cluſ. cur. poſt.
Clematis peregr. purpur. flore pleno, &
Clematis peregr. incarnata plena, Eyſt.

Flore eſt cæruleo, purpurocæruleo, incarnato, ad purpureum colorem ſed admodum dilutum accedente.
XI. Clematitis trifolia flore roſeo clavato.
Granadilla, Monardi, Petro de Cieca in hiſt. Peruana, Lug. Vide in Americæ par. 9. l. 4. c. 27. at c. 30. Granadilla inter ligna recenſetur.
Flos paſsionalis ſive Granadille ex India, du Bry.
Granadilla dicitur propter ſemẽ, quod ut in malis granatis incluſum continetur: Flos paſsionalis, quod in flore aliquæ veluti paſsionis Chriſti figuræ delineatæ conſpiciantur, Monardes.
Hujus folia & flores à Doctiſs. Simpliciſta Joh. Pona Veronâ anno 1621. accepi.

CLEMATITIS INDICA, QUÆ LIGNUM Colubrinum.

Clematitidem vocamus, quia pleræque ſarmentitiæ ſunt & per arbores repunt: Pao da Cobra, id eſt Lignum Colubrinum, Luſitani nominant, quia adverſus animalium virus ejaculantium morſus & ictus efficax ſit.

I. Clematitis Indica foliis Lentiſcinis candidis maculis aſperſis.
Ligni colubrini tertium genus, Garz. Frag.
II. Clematitis Indica ſpinoſa foliis luteis.
Ligni colubrini alterum genus, Garziæ, Frag. & Cluſio, qui ligni fruſtum pingit, & Lugd. cui malè titulus Ligni colubrini Acoſtæ inſcriptus eſt.
Lignum colubrinum, Tab.
III. Clematitis Indica foliis perſicæ, fructu Periclymeni.
Ligni Colubrini primum genus, Garziæ, Frag.
Palo del Cebra, id eſt, Lignum ſerpentinum ſeu Colubrinum, Linſcot. 4. par. Ind. or. c. 31.
Pao de Cebra lignum ſeu radix Luſitanis dicta, omnium venenorum antidotus, in Inſula S. Laurentii Ind. orient. par. 4. c. 7.

Et hæc tria ligni genera in inſula Zeilan reperiuntur.
IV. Clematitis Malabarenſis foliis Vitis, colore dracunculi.
Lignum colubrinum primum, Acoſtæ, Caſt. Lugd.
V. Clematitis Malabarenſis altera radice ſerpente.
Lignum colubrinum alterum, Acoſtæ, Lugd.
Palo della Culebra, Caſt. ap.
VI. Colubrini ligni tertium genus in eadem provincia, vaſtæ arboris magnitudine, Acoſtæ. an Lignum colubrinum quod pingitur à Cluſio notis ad Acoſtam.
VII. Radix quædam in Malaca, quæ adverſus vulnera ſagittis toxico illitis facta, præſentaneum remedium eſt, Garzias.

CLEMATIS DAPHNOIDES.

Quæ Dioſcoridi lib. 4. cap. 7. Κληματὶς, aut δαφνοειδὲς, aut σμυρνοειδὲς, aut πολυγονοειδὲς dicitur, ipſi Plinio lib. 24. cap. 15. Clematis Aegyptia, quæ ab aliis Daphnoides, ab aliis Polygonoides vocatur. Aliis tamen ejuſdem lib. 21. cap. 11. Vinca pervinca cenſetur: aliis, an ejuſdem lib. 24. cap. 15. Centunculus ſit, dubitantibus.

I. Clematis daphnoides minor.
Vinca pervinca, Brunf. Geſ. hor. Lon. Ad. Lugd.
Chamædaphne altera Dioſcoridis, Brunf. 4.
Pervinca (quod ſemper vireat) Trag.
Clematis, Matth. Lac. Cord. in Dioſc. Turn.
Clematis prima Dioſcoridis, Anguil.
Clematis daphnoides, Dod. ut: Fuch. Lob. Thal.

Cam. Tab. Cluſ. hiſt.
Clematis Ægyptia ſyl. Geſ. hort.
Provinca vulgo, Cæſalp.
Clematis daphnoides minor fl. cæruleo: fl. albo: fl. purpureo: tres fig. Eyſt.
Flores cærulei ſunt: quandoque candidi: rarius rubentes, vel ſubpurpuraſcentes: interdum

flos alium florem medium continet.

II. Clematis daphnoides major.

Clematis Ægyptia hortenſis flore purpureo, Geſ. hor.

Pervinca major, Ad. Eyſt.

Clematis ſive Pervinca major, Lob.

Clematis daphnoides major, Dod. Cam.

Provinca altera major, Cæſalp.

Clematis major, Lugd. prima major, Caſt.

Clematis daphnoides latifolia, Cluſ. hiſt.

Hanc Clematidem Ægyptiã Plinii: illam ejuſdem Vincam pervincam, Cæſalpinus ſtatuit.

III. Clematis flore pleno.

Daphnoides polyflora, Lob.

Clematis flore multiplici, Cam. epit.

Clematis purpurea Auſtriaca, flore pleno, Camer. hor.

Clematis major flore duplicato, Lugd.

Clematis altera flore pleno, Cluſ. hiſt. ap. alt.

Clematis daphnoides flore purpureo pleno, Eyſt.

PERICLYMENUM.

Περικλύμενον à Dioſcoride lib. 4. cap. 14. deſcribitur, quod ſit frutex ſimplex, habens ex intervallis foliola caulem amplectentia, ſubcandida, hederacea, & inter folia germina naſcentia, ſuper quæ fructus hederæ ſimilis: florem candidum fabæ ſimilem ſubrotundum & quaſi in folium procumbentem: ſemen durum & avulſa difficilem: radicem craſſam ac rotundam: Niſi Dioſcor. radicem rotundam diceret, cum noſtra conveniret: at Plinius lib. 27. cap. 12. radicem præteriit. Quare an noſtrum Periclymenum, potius ſit κυκλάμινος ἑτέρα quàm κισσάνθεμον aut κισσόφυλλον vocitent, Dioſcoridis lib. 2. cap. 195. & Cyclamenos Plinii lib. 25. cap. 7. ambigitur, quod Dioſcor. ſcribente, folia fert hederæ, ſed minora: caules craſſos, geniculatos, quiq; circa vicinas arbores capreolorum modo ſe volvunt: flores candidi, odorati: fructus verò inſtar acinorum uvæ ſimilis hederæ, mollis, aliquantulum acri ſaporis & lentus: radix inutilis. Etſi ſint qui velint, Cyclaminum alteram, Vitem ſylveſtrem & Periclymenum tribus diſtinctis locis à Dioſcoride deſcriptum, unius plantæ nomina eſſe. Periclymenum dictum volunt, quod ſe adminiculis convolvat.

I. Periclymenum non perfoliatum Germanicum.

Caprifolium, Brunf. Geſ. hor. Lon. Germanicum, Dod.

Periclymenum, Trag. Fuch. Dod. gal. Tur. Cord. in Dioſc. Geſn. hor. Cam. Thal. Tab. Ger. Germanicum, Eyſt.

Periclymenum non perfoliatum Septentrionalium, Ad. Lob.

Periclymenũ vulgare Septẽtrionalium, Cluſ. hiſt.

Flos candidus, ſubluteus.

II. Periclymenum perfoliatum.

Periclymenum, Matth. Ang. Lac. Ad. Caſt.

Periclymenum alterum, Dod. gal.

Periclymeni ſpecies cujus folia unita, Geſ. hor.

Periclymenum perfoliatũ, Lob. Lugd. (& grandius) Tab. Ger. Eyſt.

Periclymenum vulgare alterum, Cluſ. hiſt.

Vinciboſcum vulgo, Cæſalp.

Flores ex purpura niveo candore nitent, alicubi luteo aſperſi: aut albi, aut ſubruffi.

III. Periclymenum humile.

Periclymenum 2. & Chamæpericlymenum Prutenicum, Cluſ. pan.

Periclymenum minus, Taber.

Chamæpericlymenum, Ger. Cluſ. hiſt.

IV. Periclymenum humile Norvegicum.

Chamæpericlymenum tenerius aliud, Cluſ. hiſt.

APOCYNUM.

Ἀπόκυνον ἢ κυνάγχον, παρδαλιαγχὲς, κυνόμορον Dioſcoridi lib. 4. cap. 81. Apocynum, Plinio lib. 25. cap. 11. quod canes, lupos, vulpes & pantheras, Dioſcoride auctore, vel ut Plinius, canes & omnes quadrupedes, necat. Dicitur alias περίπλοκα quaſi circumplectens, eò quod proxima amplexetur.

I. Apocynum folio ſubrotundo.

Apocynum, Matth. Ang. Geſn. hor. Lac. Ad. Lob. (cui & Periploca Græca foliis latioribus hederaceis) Lugd. Caſt.

Apocynum primum latifolium, Cluſ. hiſt.

Cynocrambe, Lonic.

Apocyni alterum genus, Camer.

Periploca repens, Cæſalp.

II. Apo-

II. Apocynum folio oblongo.
Apocynum repens, Matth. Lugd. Camer.
Apocynum foliis Oleandri. Anguil.
Apocynum 2. anguſtifolium, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Periploca, Cæſ. altera, Dod.
Periploca ſerpens anguſtiore folio, Ad. Lob.
III. Apocynum anguſto ſalicis folio.
Secamone, Scammonii ſpecies Ægyptiis, Alpin.
Apocini ſecundi ſpecies altera, Cluſ. hiſp. & hiſt.

ASCLEPIAS.

Etſi Ἀσκληπιὰς Dioſcoridis lib. 3. cap. 106. & Plinii lib. 27. cap. 6. Aſclepias, à quibuſdam noſtrum cenſeatur (dubitat Anguillara, negat Matthiolus) at Apocyno cognata herba videtur.

I. Aſclepias albo flore: & Gerar.
Hirundinaria, Brunf. Trag. Geſ. hor. Lonic.
Hederalis, Ruellio.
Vincetoxicum, Matth. Dodon. Thal. Caſt. Lugd. qui Fuchſii & Matthioli figuram exhibet.
Aſclepias, Fuch. Dod. gal. Cord. hiſt. Turn. Lac. Geſ. hor. Ad. Lob. Cæſ. Tab. duplici figura, Cam.
Aſclepias vulgi, Apocynum Dioſcoridis, Col.
II. Aſclepias nigro flore.
Vincetoxici altera ſpecies, Dod.
Aſclepias altera flore nigro, Lob. ſive Periploca minor.
Aſclepias nigra, Lugd. flore nigro, Cam. Tabern. Cluſ. hiſt.
Vincetoxicum flore nigro, Cam. epit.
Apocynum, Colum.
III. Aſclepias ſiliqua bifido mucrone.
Aſclepias Cretica, Cluſ. hiſt. append. 1.
IV. Aſclepias ex Virginea.
Wiſauck ſive Vincetoxicum Indicum, Gerar.
V. Fructus Aſclepiadis ſiliquæ ſimilis, ſeminibus planis nigris.
Fructus tertius è navigation. Batau. Cluſ. ex. lib. 2. cap. 15.

POLYGONATUM.

Πολυγόνατον Dioſcoridi lib. 4. cap. 6. quod radix crebro geniculata ſit: vulgo Sigillum Salomonis, haud dubiè à veſtigiis pluribus, radici ſigilli inſtar impreſſis.

I. Polygonatum latifolium vulgare.
Sigillum Salomonis, Brunf. Geſ. hor. latifolium, Trag.
Polygonatum, Matth. Lac. Caſt. vulgare, Camer. vulgatius, Eyſt.
Polygonatum latifolium, Fuch. Dod. ut: Cord. in Dioſcor. & hiſt. Geſn. hort. Lob. Tab. primum, Gerar.
Polygonatum majus, Lon. Ad. Thal.
Polygonatum latifolium vulgare, Cluſ. hiſt.
Fraiſinella, Ang. Cæſ.
Vulgares herbarii Germanici, cum Dictamno albo & Elleboro albo confundunt: alii malè Secacul Arabũ faciunt. Variat baccis rubentibus, purpureis, quandoque nigris, ut Cam. in epit. monet.
II. Polygonatum latifolium maximum.
Polygonatum majus, Cluſ. pan. Eyſt.
Polygonatum latifolium primum, Eid. hiſt.
Polygonatum Pannonicum, Cam.
III. Polygonatum latifolium Ellebori albi foliis.
Polygonatum πολύανθον vel 2. Cluſ. pan.
Polygonatum 3. latiore folio, Eid. hiſt.
Polygonatum latifolium, Dod. poſt.
IV. Polygonatũ latifoliũ flore majore odoro.
Polygonatum flore odoro, vel 1. Cluſ. pan.
Polygonatum ſecundum latiore folio Eid. hiſt.
Polygonatum, Ger. latifolium minus, Tab.
an Polygonatum anguloſum, Cord. hiſt.
V. Polygonatum latifolium minus flore majore: 1. in Prodromo.
VI. Polygonatum latifolium perfoliatũ Braſilianum: 2. in Prodromo.
VII. Polygonatum latifolium ramoſum.
Laurus Alexandrina, Matth. Dod. gal. Cam.
Hippogloſſum, Lugd.
Ruſco affinis tertia, Cæſalp.
Polygonatum 3. Cluſ. pan. latif. 4. ramoſum, Eid. hiſt.
Polygonato affinis planta, Lob. ob.
Polygonatum latifolium 3. & 4. Tab.
Polygonatum ramoſum & acutum, Ger.
IIX. Polygonatũ anguſtifolium nõ ramoſum.
Sigillum Salomonis anguſtifolium, Trag.
Polygonatũ anguſtifol. Fuch. Dod. gal. Tur. Eyſt. Lugd. Cluſ. pan. vel 5. hiſt. primum, Tabern.

Poly-

Polygonatum tenuifolium, Cord. in hiſt. Camer.
Polygonatum tenuifolium majus, Thal.
Polygonatum erectum, Geſ. hort.
Polygonatum minus, Lon. Ger. foliis rubiæ, Ad. Lob.
Polygonatum alterum, Dodon.
Polygonato ſimilis in alpibus, Cæſalp.
Quibuſdam Chamædaphne Dioſcoridis lib. 4. cap. 149. aliis Ephemeron ejuſdem lib. 4. c. 85. & Plinii lib. 25. cap. 13. qui florem cæruleum tribuit.

IX. Polygonatum anguſtifolium ramoſum.
Polygonatũ 4. anguſtifoliũ ramoſum, Cluſ. pan.
Polygonatum anguſtifolium 2. Tab. anguſtifolium, Ger.
Polygonatum 6. ſive anguſtifolium 2. Cluſ. hiſt.
Polygonatum tenuifolium minus, Thal.

LILIUM CONVALLIUM.

Lilium, quod à loco natali convallium appellatur, à quibuſdam Lilium vernum Theophraſti 6. hiſt. 7. cenſetur: alii Oenanthen ejuſdem l. 6. c. 7. & Oenanthen Athenæi volunt.

I. Lilium convallium latifolium: in Prodromo deſcribitur.

II. Lilium convallium album.
Lilium convallis, vel ſyl. Brunf.
Lilium convallium, Trag. Matth. Geſn. hor. Dod. Cæſalp. Caſt. Lugd. Cam. Tab. Ger. Cluſ. hiſt.
Lilium Theophraſti, Dod. gal.
Ephemerum non lethale, Fuch.
Callyonimus vel Chamæcitinus, Geſ. hor.
Cacalia, Lonic.
Liliũ convalliũ vel vernũ Theophraſti, Ad. Lob.

III. Lilium convallium alpinum.
Lilium convallium alterum alpinum flore majore, & odoratiore, Camer.
Lilium convallium flore albo, Eyſt.

IV. Lilium convallium flore rubente.
Lilium convallium floribus ſuaverubentibus, Lob. ico.
Liliũ convalliũ rubrũ, Tab. flore ſubrubro, Cam.
Lilium convallium flore incarnato, Eyſt.
Flore eſt minore, candore & rubore confuſè mixto, & odore minus valet.

MONOPHYLLUM.

Μονόφυλλον, unifolium dictum, quod cum prodit unico ſit folio, nam cùm cauliculum acquirit, folia bina habet, rarius tria, & quidem in alpibus: propter ſimilitudinem cum Lilio convallium, minus appellare lubet: ſunt qui Cyclaminum tertium Plinii l. 25. c. 9. velint.

Lilium convallium minus.
Unifolium, Brunf. Dod. ut: Lugd. Cam. Tab. Eyſt.
Cotyledon ſyl. & Unifolium, Trag.
Gramẽ Parnaſſi, Matt. Lug. Caſt. Tab. majus, Ger.
Henophyllum vel Monophyllum, Geſ. hor.
Cyclaminum unico folio, Dalech. in Dioſc.
Monophyllon, Ad. Lob. Thal. Gerar.
Bifolium primum, Lonice.

LAURUS ALEXANDRINA, quibuſdam Hippogloſſum.

Ἱππόγλωσσον Dioſcoridis lib. 4. cap. 132. & Hippoglottion Plinii l. 15. c. 30. ubi Laurum Alexandrinam vocat, ab aliis Idæam dictam, ſunt qui idem cenſeant cum Lauro Alexandrina Theophraſti 3. hiſt. 17. Aliis ἰδαία ῥίζα, Idæa radix Dioſcoridis, lib. 4. cap. 44. Aliis δάφνη ἀλεξανδρεία, aut ἰδαία, aut ὑπόγλωσσον, Laurus Alexandrina Dioſcoridis lib. 4. cap. 147. Aliis χαμαιδάφνη, quæ & ἀλεξανδρεία Dioſcoridis lib. 4. cap. 149. & Laurus taxa Plinii lib. 15. cap. ult. & Chamædaphne ejuſdem lib. 24. cap. 15. Denique ſunt qui radicem Idæam, Hippogloſſum, Laurum Alexandrinam & Chamædaphnen apud Dioſcoridem idem eſſe velint.

I. Laurus Alexandrina fructu pediculo inſidente.
Uvularia, Brunf. (qui marem & fœminam pingit, ſicut & Tabernæmontanus & Gerardus) Lonic.
Laurus Alexandrina, Brunf. Trag. Fuch. Ang. Geſ. hort. Eyſt.
Hippogloſſum, Matth. Dod. ut: Turn. Lac. Ad. Lob. Caſt. Gerar.
Hippogloſſum quod à Lauro Alexandrina differt, Guil.
Hippogloſſus, Geſn. hort.
Daphne Alexandrina, Fuchſ.

Boni

Bonifacia & Biſlingua, Anguil.
Laurus taxa Plinii, Lugd.
Ruſco affinis prima, Cæſalp.
Biſlingua, Cluſ. panon.
Radix Idæa Dioſcoridis, Colum.
Laurus Alexandrina Theophraſti, 2. Cluſ. hiſt.

II. Laurus Alexandrina fructu folio inſidente.
Laurus Alexandrina altera, Matth. Taber.
Laurus Alexandrina & Chamædaphne, Guil.
Laur⁹ Alexādrina, Lac. Lob. ad. part. alt. Col. cui & Chamædaphne.
Laurus Alexandrina vera, Lugd. Cluſ. hiſt.
Ruſco affinis altera, Cæſalp.
Hippogloſſum Matthioli, Ger.

Hæc folio eſt rotūdiore, baccis in medio foliorū impreſsis, nec ulla epiglottide tectis: illa folio eſt longiore, gloſſariis ſive ligulis donata, baccis ex oblongis petiolis dependentibus.

SECTIO TERTIA.

HEDERA; HEDERA TERRESTRIS; CYMBALARIA; *NASTURTIUM INDICUM; BALSAMINA; NOLI ME TANGERE; ARISTOlochia; Cyclamen; Gramen Parnaſſi; Saxifraga; Chelidonia minor; Numularia.*

HEDERA.

HEDERA ΚΙΣΣΟ'Σ *Dioſcoridi lib. 2. cap. 210.* κιττὸς *Theophraſto 3. hiſt. 18.*

Differentias multas in ſpecie ſortitur, ſummas autem genere tres: nam quædam candida eſt, altera nigra, tertia helix: candida, fructum fert candidum: nigra nigrum, aut croci æmulum, quam vulgus Dionyſiam vocat: Helix fructum non gignit, &c. Dioſcorides. Sic Theophraſto l. c. multigena hedera eſt, quædam enim humi repens: quædam in excelſum ſe attollens: & excelſarum genera plura, ſed tria ſumma pateſcunt, candida, nigra, tertiaq́; clavicula, &c. Plinius l. 16. c. 34. Hederæ duo prima genera fecit, marem & fœminam (per marem Ciſtum intelligere oportet, confundit enim Ciſtum cum Ciſſo, id eſt Hedera) ſubjungit: ſpecies tres eſſe, candidam, nigram, helicem: quæ ſpecies in alias etiam dividuntur, &c. quæ ex Theophraſto ſumpſit.

I. Hedera arborea.
Hedera, Brunſ. Trag. Ang. Cord. in Dioſcor. Dod. Cæſalp.
Hedera arborea, Matth. Geſ. hor. Lugd.
Hedera nigra, Fuch. Dod. gal. Lac. Lonic.
Hedera corymboſa communis, Ad. Lob. Tabern. Gerar.
Hedera major, Caſtor.

Variat: cultu enim arboreſcit, & cum ad eam ætatem pervenit, in qua fructum ferre poteſt, totam faciem mutat, nam per ſe erigitur, nullum adminiculum quærens, & hanc Orthociſſum antiqui dicunt, quæ
Hedera arborea recta, Ad.

Folia mutat, ut quæ prius in plures angulos deſinebāt, angulis obliteratis, excepto eo qui in ſummo eſt, rotundātur, maculis albis, aliquando ſubrubentibus, infernè diſtinguuntur.

Baccæ maturitate nigræ, raró flavæ.

II. Hedera poëtica
Hedera Dionyſias, & Chryſocarpos, Dalech. Lug.

Dionyſias aut Bacchica, quod ex ea poëtarum coronæ conſuerentur: Chryſocarpos, à fructus colore aureo: hinc folium minimè anguloſum eſt.

III. Hedera major ſterilis.
Hedera Helix, Brunſ. Matth. (& minor) Fuch. Dod. ut: Lac. Lon. Lugd. Cæſ. Cam. Tab. Ger.
Hedera ſterilis, Anguil.
Hederæ arboreæ ſylveſtre genus, Geſ. hort.
Helix ſive provoluta ſterilis hedera, Ad. Lob.
Hedera minor, quæ Helix, Caſtor.
Hederæ ſpecies tertia helix vocata, Thal.

Hęc diverſa ne ſit ab arborea, Theophraſtus ambigit: Plinius concedit: at recentiorum aliqui negant, fieri enim ut alicubi non arboreſcat, ob imperfectionem quandam Individui non ſpeciei.

IV. Hedera humi repens.
Hederula, Trag.
Hedera minor ὀλίγος κισσὸς Dodon.

V. Hederaceis foliis planta.
Cyclaminos altera hederaceis foliis, Lob. Lugd.

HEDERA TERRESTRIS.

Hedera terreſtris, χαμαίκισσος Dioſcoridi lib.4.cap.126. ſi in deſcriptione pro μακρότερα, μικρότερα legatur: à Plinio videtur intelligi, ſub Hedera à terra ſe non attollente: quibuſdam Malacociſſos, quaſi mollis hedera, in Geoponicis: aliis Chamaclema, quaſi Clematis humilis repens.

I. Hedera terreſtris vulgaris.
Hedera terreſtris, Brunſ. Matth. Dod. Lugd. Cæſ. Thal. Tab. Gerar.
Elatine, Brunſ. 4.
Chamæciſſos, Trag. Fuch. Dod. gal. Lac. Cam.
Chamæclema, Cord. hiſt.
Humilis hedera, Ad. corona terræ, Lob.
Malacociſſos, Lugd.
Duplex eſt: major, quæ vulgata: minor elegantior, cauliculis erectioribus, brevioribus ut & foliis: floribus magis cæruleis, quæ locis humidioribus circa arbores antiquas reperitur.
II. Hedera terreſtris montana.
Hederæ terreſtris ſpecies montana, Cam. epit.
Priore hirſutior eſt, foliis majoribus & floribus, qui purpuraſcunt.
III. Hedera ſaxatilis magno flore.
Aſarina ſterilis, Lob. ob.
Aſarina ſive ſaxatilis hederula, Ad. Lob. icon.
Aſarina Lobelii, Lugd.

CYMBALARIA.

Cymbalaria, à cymbalo nomen duxiſſe videtur: quibuſdam Umbilicus Veneris alter cenſetur: at Hermolaus Barbarus, Capnon primam Plinii lib.25.cap.13. eſſe credidit.

Cymbalaria, Matth. Lugd. Cæſ. Caſt. vulgaris, Lac.
Cymbalaria Italica hederaceo folio, Ad. Lob.
Umbilicus Veneris officinarum, Lonic.
Linaria hederæ folio, Col.
Cymbalaria foliis hederaceis flore cæruleo, Eyſt.

NASTURTIUM INDICUM.

Naſturtium dictum ob ſaporem, Indicum à loco natali.

I. Naſturtium Indicum majus.
Naſturtium Indicũ, Dod. Lob. Lugd. Cam. Caſt. Eyſt.
Naſturtium peregrinum, quod Peruvianũ, Lugd.
Flos ſanguineus Monardi, Lugd.
II. Naſturtium Indicum minus.
Naſturtium Peruanum, Monardi.
Folia habet rotunda, Lenticulæ paulo majora.

BALSAMINA.

Balſamina dicitur, quod ex pomis ipſius maris immaturis oleo injectis, inſolatione oleum ſeu Balſamum, ut Chirurgi vocant, ad vulnera conſolidanda præſtantiſſimum conficiatur.

I. Balſamina rotundifolia repens, ſive mas.
Balſamina, ſive pomum mirabile, Trag.
Balſamina, Matth. Lac. Lugd. Cæſalp. alba, Geſn. hor.
Balſamine 1. Fuch. Anguil.
Balſamina pomifera, Geſ. collect.
Charantia, Dod. ut: Lonic.
Cucumis puniceus, Cord. hiſt.
Balſamina cucumerina punicea, Ad. Lob. Tab.
Balſamina mas, Cam. Gerar.
Momordica, Caſtor.
Quibuſdam Plinii l.20.c.3. Cucurbita Somphos à Græcis appellata.
Fructus maturus colore variat, modò puniceo, modò luteo rubeſcente.
Balſamina mas fructu puniceo, & Momordica fructu luteo rubeſcente, Eyſt.
II. Balſamina fœmina.
Balſamine altera, Trag. Matth. Fuch. Ang. Geſn. hor. Caſt.
Balſaminũ, Dod. gal. Lon. & Charancia fœmina.
Balſamina, Dod. Lugd. cũ Matth. & Fuch. figura.
Balſamella, Cord. hiſt.
Balſamina amygdaloides, Geſ. ad Cordum.
Balſamina fœmina, Cam. Tab. Ger. Eyſt.
Balſamina fœmina perſicifolia, Ad. Lob.
Catananche Cæſalp.
III. Balſamina lutea, ſive Noli me tangere.
Mercurialis ſyl. altera, Trag.

Eſula, Eid. & Lugd.
Tithymalus ſyl. Lonic.
Noli me tangere, Geſ. hor. & frac. (cui & Milium caprearum) Cam. Tab. Eyſt.
Perſicaria ſiliquoſa, Ad. Lob. Lugd, Cam. Thal.
Impatiens herba, Dod.
Catanance altera, Cæſalp.
Chryſæa, Lugd.
Balſamita altera, Col.

Noli me tangere & Impatiens herba dicta, propter ſiliquas, quæ ubi maturæ leviſsimo contactu diſsiliunt: aliqui Æſchinomene Plinii ſuſpicantur: quibuſdam Pſeudoapocynon. Flore eſt luteo, eſt & pallido.

ARISTOLOCHIA.

Ἀριστολοχία Dioſcoridi lib.3.cap.4. quod exiſtimetur optimè puerperis, ſeu partus doloribus opitulari: hinc fortè Nicandri ſcholiaſtes refert, Ariſtotelem herbæ hujus inventionem mulieri tribuere. Et Plinio l.25.c.8. Ariſtolochiæ nomen gravidæ dediſſe videntur, quoniam eſſet ἀρίστη λεχούσαις: noſtri Malum terræ vocant.

Genera tria Dioſcorides agnovit, στρογγύλην, μακρὰν, κληματῖτιν. Plinio genera quatuor: unum tuberibus radicum rotundis: alterum radice longa: tertium longiſſimæ tenuitatis, quæ Clematis, ab aliis Cretica vocata: quarta quæ Piſtolochia, tenuiori proxima, quam quidam Polyrrhizon cognominant, &c.

I. Ariſtolochia rotunda, flore ex purpura nigro.
Ariſtolochia rotunda vera, Trag. Lon. Cam.
Ariſtolochia rotunda, Matth. Dod. ut: Ang. Cord. in Dioſ. Geſ. h. Tur. Lac. Ad. Lob. Caſt. Lug. Eyſt.
Ariſtolochia rotunda 1. Cluſ. hiſp. & hiſt.
Ariſtolochia fœmina, Lugd.
Ariſtolochia prima, Cæſalp.

II. Ariſtolochia rotunda flore ex albo purpuraſcente.
Ariſtolochia rotunda altera, Cluſ. hiſp. & hiſt.

Anguillara plures ſpecies inveniri ſcribit: verùm hæc non ſolùm colore floris, ſed & foliis & fructu à priore differt.

III. Ariſtolochia longa vera: & Ang. Cam.
Ariſtolochia longa, Dod. ut: Cord. in Dioſ. Geſ. h. Ad. Lob. ico. Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd. cum Cluſii & Fuchſii figura.
Ariſtolochia altera radice pollicis craſsitudine, Cæſalp.

IV. Ariſtolochia longa Hiſpanica.
Ariſtolochia longa altera, Cluſ. hiſp. & hiſt.

V. Ariſtolochia Clematitis recta.
Ariſtolochia, Brunf. longa, Trag. Matth. Fuchſ. Tur. Lac. Lon. Caſt. Lugd.
Ariſtolochia longa altera, quæ Clematitis veteribus, Cord. in Dioſc.
Ariſtolochia longa vulgaris, Ang. Cam. ep. & hor. Eyſt.
Ariſtolochia Clematitis, Dod. gal. Ang. Geſ. hor. Ad. Lob. Tab. Ger.
Ariſtolochia Sarracenica, Dod. Lugd.
Ariſtolochia Clematitis 1. Cluſ. hiſp. clematitis vulgatior, Eid. hiſt.
Ariſtolochia altera radice tenui, Cæſalp.

VI. Ariſtolochia Clematitis ſerpens.
Ariſtolochia clematitis, Dod. Lugd. Caſt. deſcr. Belli epiſt. 1. ad Cluſ. vel
Ariſtolochia Cretica.
Ariſtolochia clematitis altera, Cluſ. hiſp. vel Beotica, Eid. hiſt.
Ariſtolochia Clematitis altera Hiſpanica, Lob.

Flos luteus, aut ex purpura nigricans.

VII. Ariſtolochia Piſtolochia dicta.
Piſtolochia, Dodon. ut: Geſ. hor. Cluſ. hiſp. & hiſt. Camer. ep. Caſtor. Lugdun. cum Cluſ. & Dod. figura.
Ariſtolochia polyrrhizon, ſive Piſtolochia Plinii, Ad. Lob.
Ariſtolochia altera plures radices ſpargens, Cæſ.

Flos aliquãdo niger, aliquãdo ex herbido luteus.

IIX. Piſtolochia Cretica.
Piſtolochia altera ſempervirens, Cluſ. hiſt. ap. 1.

IX. Ariſtolochia Maurorum.
Rhaſut & Rumigi à Mauris nominata, Rauwolff, Lugd. append.
Ariſtolochia peregrina Rauwolfii, Cluſ. hiſt.

CYCLAMEN.

Κυκλάμινος Dioſcoridi lib.2. cap.194. foliis eſt hederæ purpureis, variis, ſupra infraq; albicantibus maculis, &c. Theophraſto 9. hiſt. 10. Gaza tuber terræ reddidit, imitatus Plinium, cui l.25.c.9. Cyclaminus, noſtris Tuber terræ dicitur.

Differentiæ: alius vere, alius autumno floret: quibuſdam flos odoratus, aliis inodorus: & flore rubro, albo, luteo, tum qui autumno floret & odoratus eſt. Pettillium Plinii lib. 21. cap. 8. Anguillara cenſet: ſic æſtivum, Sphæritin Aëtii Bononienſes, Camerario notante, credunt.

I. Cyclamen orbiculato folio infernè purpuraſcente.
Cyclaminus minor & Umbilicus terræ, Trag.
Cyclaminus, Matth. Dod. gal. Cord. in Dioſc. & hiſt. Geſ. hor. Lac. Tur. Lon. Taber.
Cyclaminus major, Caſt.
Cyclaminus rotunda, Fuch.
Cyclaminus orbicularis rotundifolius, Dod.
Cyclamen vulgare, Eyſt. officinarum orbiculato folio, Panis porcinus, & Arthanita, Lob. ico.
Cyclaminus flore odorato, Cluſ. pan. & hiſt.
Cyclaminus vulgaris, & Cyclam. prior, cum icone Matth. & Lobelii, Lugd.
Cyclaminus æſtivus vulgaris, Camer.
Cyclamen orbiculato folio, Gerar.

Flos nunc dilutius, nunc ſaturatius purpuraſcit: albo flore rarius reperitur. Radice eſt aliquando maxima, & ejus ſpecies quædam, radice inſtar capitis arietis, Geſ. hor.

II. Cyclamen orbiculato folio infernè ex viridi pallente.
Cyclamini odorati altera ſpecies, Cluſ. pan.
Cyclamen odorato flore 2. Eid. hiſt.

III. Cyclamen radice maxima foliis infernè rubentibus.
Cyclamen Romanum, Eyſt.
an Cyclamen à Mutono, Cluſ. hiſt.

IV. Cyclamen folio anguloſo.
Cyclamen foliis anguloſis, Geſ. hort.
Cyclamen vernum, Lob. ico. Cam.
Cyclamini orbiculati tertia ſpecies, Dod.
Cyclaminus verno tempore florens, Cluſ. pan. & hiſt.
Cyclamen vernum, Eyſt.

Folio eſt rotundiore rarius oblongiore, floribus intenſius quam in vulgari rubentibus, vel omnino albeſcentibus.

V. Cyclamen odoratum æſtivo ſolſtitio florens folio maculato.
Cyclamini odorati duplex varietas, Cluſ. hiſt.

Prima foliis aliquantum anguloſis, albis maculis obſcurè averſa parte notatis: flos ſaturatè purpuraſcens. Alterius folia averſa parte viridia, adverſa maculis albis manifeſtis, flos dilutius purpuraſcit, vel omnino albeſcit.

VI. Cyclamen hederæ folio: & Adv. Lobel. Cluſ. pan.
Cyclamini alia ſpecies, Dod. gal.
Cyclaminus orbicularis, Dod. alter orbicularis, Lugd.
Cyclaminus inodoro purpuraſcente flore, Cluſ. hiſt.
Cyclaminus æſtivus folio hederaceo, Cam.
Cyclamen ſerotinum foliis hederaceis, Eyſt.

VII. Cyclamen folio hederaceo polyanthes.
Cyclaminus Byzantinus alter, tubere palmans latitudinis πολυανθὴς: tulit flores 20. 50. 100. Cluſ. hiſt.

IIX. Cyclamen radice caſtaneæ magnitudinis.
Cyclaminum Conſtantinopolitanum, vel byzantinum, Cluſ. pan. & hiſt.

Folia prona purpuraſcẽtibus ſupina candicantibus maculis notantur.

IX. Cyclamen radice exigua.
Hermodactylus quorundam, Trag.
Cyclaminus exigua, Eidem.
Cyclaminus montis Juliani cujus Meſues meminit, Ang.
Cyclamini exiguæ veræ ſpecies, Lugd.
Cyclaminus radice avellanæ, Cluſ. pan.
Cyclaminus æſtivus, Eid. hiſt.
Cyclaminus minor, Caſtor.

X. Cyclamen oblongo radice.
Cyclaminus radice oblonga malo in fine adnexo, Geſ. hor.
Cyclaminus oblongum, Eid. append.
Cyclaminus μακρόριζος, Cam. epit. longius radicatus, Eyſt.
Cyclaminus cujus radix digitalem craſsitiem nõ ſuperat, & cubitalis eſt longitudinis, Cluſ. pan.
Cyclamen odoratum μακρόρριζος, Cluſ. hiſt.

XI. Cyclamen vernum luteum.
Cyclamen luteo flore, Ang. Ad. Lugd.

XII. Cyclamen vernum album.
Cyclamen vernũ flore albo, Lob. ad. par. 2. Cluſ. hiſt. ap. alt. auct. quod foliis circinatæ rotunditatis, Eid. cur. poſt.

XIII. Cyclamen foliis Violariæ radice cordis effigie.
Cyclamen vernum ſpuriũ, Cluſ. hiſt. ap. alter. auct.

GRAMEN PARNASSI.

GRamini quod in Parnaſſo monte provenit, folium hederaceum, florem candidum, &c. Dioſcorides l.4. c.32. tribuit: ubi & alterius in Cilicia nati meminit, quod incolæ Κίνναν appellent, cujus virentis eſu boves inflammentur: quid velit non aſſequimur.

I. Gramen Parnaſſi albo ſimplici flore.
Gramen Parnaſſi, Dod.ut: Geſ.h.Lob.icon.Eyſt.
Hepatica alba, Cord.hiſt.
Enneadynamis Polonorum, Geſ.hort.
Unifolium paluſtre, Geſ.collect.
Gramen Parnaſſi hederaceũ recentiorũ, Ad.Lob.
Gramen hederaceum, flos hepaticus, Tab. (obſ.
Gramen Parnaſſi minus, Gerar.

II. Gramen Parnaſſi albo pleno flore.
Gramen Parnaſſi duplicato flore, Lob.Lugd.

SAXIFRAGA.

SAxifraga ab effectu dicta, cum ejus ſtillatitia, ut & decoctum, lapides renales & frangere & pellere dicatur, ut & farina granorum ad radicem, ex decocto ſumpta.

I. Saxifraga rotundifolia alba.
Saxifragia, Brunſ.major, Eid.4.Fuch.Lacun.
Saxifraga alba, Trag.Dod.ut: Fuch.ico.Geſ.hor. Lugd.Thal.Camer.Tab.
Saxifragia quarta, Matth. Caſt.
Saxifraga, Lon.alba chelidonides, Ad.Lobel.
Theligono affinis herba, Cæſalp.
Saxifraga alba tuberoſa radice, Cluſ.hiſt.

Hæc nonnullis locis foliis eſt majoribus, altiusque exurgit: frequentius tamen minoribus eſt & humilior.

II. Saxifraga ad folia bulbos gerens.
Saxifraga bulboſa altera bulbifera montana, Colum.

III. Saxifraga rotundifolia aurea.
Saxifraga aurea, Dod. ut: Geſn.hort. Thal.Cam. Ger.Lugd.cum.Dod.& Lobelii figura.
Saxifraga aurea lichenis facie, & natalitiis, Ad. Lobel.
Chryſoſplenium, Taber.
Hepatica paluſtris, Eyſtett.
Eryſimi ſpecies Aldroando dicebatur: In hiſtoria Lugd. Saxifragæ alpinæ figura jungitur, quam cum priore eandem ſuſpicor.

CHELIDONIA MINOR.

CHelidonia duplex habetur, major de qua ſupra: minor, de qua nunc, quam Dioſcorides l.2.c.212. χελιδόνιον τὸ μικρὸν, aut πυρὸν ἄγριον nominat, cujus deſcriptio, præter vires, noſtræ convenit: an forſan ratione ſoli diverſitas obvenit? Plin.l.25.c.13. Strumea cenſetur, quo loci de Ranunculis agit.

I. Chelidonia rotundifolia major: in Prodromo deſcripta.

II. Chelidonia rotundifolia minor.
Teſticulus ſacerdotis, Sylvatico.
Ficaria & ſcrophularia minor, vel 2.Brunſ.
Hæmorrhoidum herba, Hier.Brunſwic.
Chelidonium minus, Trag.Matth.Fuch.Dod.ut: Ang.Cord. in Dioſc.& hiſt.Geſ.h.Tur.Lac.Lon. Guil. (an Amellus ſit dubitat) Ad. Lobel. Lugd. Caſt.Thal.Tab.Gerar.Eyſt.
Malacociſſus minor, Fuch.icon.
an Ranunculus latifolius, Lugd.
Favagello, Cæſalp.

Hujus folia aliquando macula purpurea notantur: flore eſt luteo ſimplici: rarius pleno, Camerario m[illegible]ente.

NUMULARIA.

NUmularia à foliis nummi ſpeciem referentibus dicta: aliis Centummorbia, à mirifica in vulneribus medendis facultate: aliis Hirudinaria, quod hirudinis inſtar paſſim terræ affixa hæreat. Sunt qui Numulum Plinii l.18.c.28. cenſeant, ubi falsò Mimmulus legatur: an fortè apud Theophraſtum l.9.c.14. ἐρυθρόδανον, Rubiam Gaza vertit.

I. Nummularia major lutea.
Serpentaria 3. & Centummorbium, Brunſ.
Nummularia, Trag. Matth. (& Lunaria minor) Fuch.Dod.ut: Geſ.hor. Lon.Ad.Lob.Lugd.Caſt. Cæſ.Cam.Tab.Gerar.Eyſt.
Centimorbia, Geſ.Turn.
Hirudinaria minor. Taber.

Ratione ſoli variat: hortenſis per omnia major, ſylveſtris contrà: hinc duæ icones apud Tabern. Hirudinariæ majoris & minoris: & apud Ger.

Numulariæ, & Numulariæ minoris, nomine.

II. Nummularia minor purpuraſcente flore: quæ in Prodromo deſcribitur.

SECTIO QUARTA.

CUCUMIS; MELO; PEPO; MELOPEPO; ANGURIA; CUCURBITA; COLOCYNTHIS; Cucumis Aſininus.

CUCUMIS.

ETſi Σίκυος nomen apud Græcos, (quemadmodum Cucumeris apud Latinos) generale ſit omnium horariorum fructuum, videlicet Peponum, Melonum, Cucumerum, Anguriarum & cæterorum ejuſdem generis, ut Guilandinus quoq; notavit: attamen Σίκυς ἥμερος Dioſcoridis l.2.c.163. Theophraſti 1. hiſt. 18. aliis σικύαν, & κικύον. Cucumer Plinio l.19.c.5. Cucumis Varroni à curvore, quaſi Curvimer, dicitur.

Genera duo Dioſcoridi & Theophraſto, ſativa & ſylveſtris: ſativæ, inquit Theophraſtus, partim genera eſſe exiſtimant, ut & Cucurbitæ, partim negant: ſed in uno eodemq; genere, alias meliores, alias deteriores affirmant. Cucumeris tria genera notant, Laconicum, Scytalium, Bœoticum. Plinius l.c. de Cucumere agens, Melones, Cucumeres & Angurias complectitur: admonens, ea forma qua cogantur creſcere, ſic flore in fiſtulam demiſſo, mira longitudine naſci: ſubjungens, Græcos Cucumerum tria genera feciſſe Laconicum, Scytalicum & Bœticum: ſic de ſylveſtri l.20.c.1. & de anguino ſive erratico l.20.c.2. egit.

I. Cucumis ſativus vulgaris.
Cucumis ſativus, Brunf. Matth. Fuch. Dod. gal. Lon. Caſt.
Cucumis, Trag. Ang. Tur. Lac. Fracaſt. Taber.
Cucumis vulgaris, Dod. Gerar.
Cucumer ſativum, Cord. in Dioſc.
Cucumis ſativus & eſculentus, Ad. Lob. Lugd.
Citreolus vulgo, Cæſalp.

Cucumeres virides, albi, longi, recurvi: læves, aſperi: Aliis Sycios Galeni, aliis ejuſdem Melopepon. Fructus maturus ſubluteus eſt: habetur & totus albus.

II. Cucumis ſativus major.
Cucumis Turcicus, Fuch. Tab. Gerar.
Cucumis ex Hiſpanico ſemine natus, Tab. Ger.

III. Cucumis flexuoſus.
Cucumis longus, Matth. Lugd. oblongus, Dod.
Cucumis anguinus & tortilis, Lacun.
Cucumis anguinus, Ang. Geſ. col. Lugd. anguina, Tab. Gerar.
Cucumis flexuoſus, ſive anguinus, Ad. Lob.
Cucumis ſativus 2. Caſt.
Citreolus alter forma anguis, Cæſalp.

Hujus ſpecies habetur fructu cubitali.

Sic in regno Congiano inſignis magnitudinis & ſuavitatis habentur: par. 1. Ind. or. l.2.c.1.

IV. Cucumis pyriformis.
Cucumer minor pyriformis, Tab. Ger.

V. Cucumis Ægyptius rotundifolius.
Chate Ægyptiis, cucumerum genus, Alpin.

MELO.

Cucumerum genera cenſentur Pepones & Melopepones, potiſſimum figura & quantitate differentes: majores enim & oblongi, Pepones: mali effigiem referentes, Melopepones, nomine ex Melone & Pepone compoſito dicuntur. Hoc genus Palladius Melones, quaſi μήλωνας, id eſt pomeos, à malorum figura appellavit, quod nomen adhuc in uſu eſt. Sicq; tria Cucumeris genera ſtatui poſſunt, Cucumer, Melo & Pepo. At Melon Theophraſto Sycion; Plinio, Cucumis mali cotonei effigie, Melopepo Galeni: forte Cucumis antiquorum.

I. Melo vulgaris.
Melo, Brunf. Trag. (& Melopepo) Lac. Tab. Ger.
Pepo, Matth. ico. Fuch. Lugd. Caſt.
Pepo, grandis Melo, Cord. hiſt.
Cucumis Galeni & antiquorum, Dod. gal.
Melo vulgaris, Melopepo in Græcia, Guil.
Melo ſive Melopepo vulgi, Cucumis Galen. Dod.
Melo vulgi, ſive Cucumis antiquorum, Melopepo Dioſcoridis, Ad. Lob.
Melon vulgo & Pepon, Sycion Theophraſti, Melopepon Galeni, Cæſalp.
Melopepo, Geſ. hor. Lon. Lugd.

Variat fructu, nunc oblongo, alias contractiore rotundioris figuræ, aliis modicè depreſſo & ſeſsili: Sub-

li: Subinde majore, ſcilicet
Melo Hiſpanicus, Tab.& Ger.quandoq; minore.
Cortex aliis aſper, rugoſus & tuberoſus: & hic eſt
Pepo ſtrumoſus, Ad.
aliis lævis: nunc viridis, nunc cinereus, nunc pallidus, nunc varius. Pulpa, aliis rufa, aliis candida & virens: eaq; quibuſdam ſuavior, quibuſdam moſchi odore, qualium Cordus & Dodonæus meminere. Aliqui æſtivi, aliqui hyberni ad hyemẽ perdurantes. Habentur, Camerario monente, Americi & alii Italici, Patavini, itèm Zatti dicti: tum Neapolitani, quorum ſemina adeo tenui cruſtula teguntur, ut excorticata videantur, Gymnoſpermi appellati: deniq; piloſi.

II. Melo rotundus parvus.
Melo ſuccaratus, Lob.ico.ſaccharinus, Tab.Ger.
Dantur aurei, parvi, in modum pomorũ Arantiorum, Cam. vel ut Cæſalp. mali roſei magnitudine. Meminit & Garzias Melonis genus in Hiſpania, quod Budiecas vocent.

III. Melo pyriformis moſchatus.
Melo Saccharinus variegatus, Eyſt.

IV. Melo pyriformis.
Pyromelo, Tab.Gerar.

V. Melo Ægyptius.
Abdellavi Ægyptiorum, Melones à noſtratibus diverſi, Alpin.

VI. Melonis Ægyptii alterum genus.
Chajar, Melonum genus apud Ægyptios, Alpin.

VII. Melo Indicus fructu oblongo.
Batie Indi, ſive Indicus Melo, Garziæ.
Patecas, Anguria, ſive Melo Indicus, Linſc.par.4. Ind.or.c.10.
Melones aquatici in Java, Batiec in univerſa India: par.4.Ind.or.c.6. & fig.20.
an Comolanga, Lud.Romani, Cluſ.in Garz.Scalig.Lugd.

IIX. Melones Peruani.
Melones in valle Peruana tanta felicitate proveniunt, ut radix caudicis craſsitudinem aſſequatur & viva aliquot añis in ſolo vigeat, quæ quotannis Melones profert, cujus luxuries non ſecus ac cæterarũ arborũ amputatur: Joſeph.Acoſta l.4 c.19.

IX. Fructus Melonum ſimilis, cortice duro veſtitus, in Java, Linſcot.par.3. Ind.or.c.10.

PEPO.

Πέπων Dioſcoridi l.2.c.164. Theophraſtus 1.hiſt.22. & Plinius l.20.c.2. de Peponibus, quæ Dioſcorides refert: qui l.19.c.5. ſcribit, Cucumeres cum magnitudine exceſſerunt, Pepones vocari. Dictum volunt ἀπὸ τοῦ πεπαίνεσθαι maturescere, eò quòd maturitate flaveſcant.

I. Pepo oblongus.
Pepo, Brunf.Lon.Caſt.Camer.
Pepo magnus, Dod.gal. Geſ.hort.
Pepo major oblongus, Dod.maximus oblongus, Tab.Ger.
Cucumis Pepóve oblongus, ſive ovalis vulgatiſſimus, Ad.
Pepo oblongus, Lob.
Melo ſeu Pepo oblongus, Cæſalp.
Variat magnitudine: hinc apud Tab. duæ figuræ, Peponis maximi oblongi, & Peponis Indici minoris oblongi: & apud Ger. qui poſteriorem Peponem minorem ſyl. vocat.

II. Pepo compreſſus major.
Pepo maximus Indicus compreſſus, Lob.
Pepo rotundus major, Dodon.
Melon ſive Pepõ modicè depreſſa & ſeſſilis, Cæſ.
Corticis colore & ſubſtantia variat: qui enim albido eſt colore, ſubſtantia eſt molliore: qui obſcurè virente duriore.

III. Pepo compreſſus minor.
Cucumis ſeu Zucco marinus, Trag.
Cucumer marinus, Fuch.Tur.Lonic.
Pepo rotundus, Dod.gal. Geſ. hor. rotundus minor, Dod.
an Cucurbita rotunda Italica, Lugd.
Corticis colore variat, qui eſt croceus, luteus, citrinus, niger.

IV. Pepo rotundus Melonis effigie.
Pepo oblongus, rotundus, luteus, viridis, Trag.
Pepo ſyl. Dodon.
Pepo rotundus compreſſus Melonis effigie, Ad. Lob.Lugd.
Pepo Indicus minor rotundus, Tab.Gerar.

V. Pepo rotundus Arantii forma.
Cucurbita Arantii forma, Eyſt.

VI. Pepo minor clypeatus.
Pepo Indicus minor clypeatus, Taber.
Pepo Indicus fungiformis, Ger.

VII. Pepo minor anguloſus.
Pepo Indicus minor anguloſus, Tab.Gerar.
Huc & Pepo minor Indicus 4. Tab. referendus.

IIX. Pepo Virginianus.
Macócqwer, peponibus, melonibus & cucurbitis valde ſimilis: cujus unum genus menſtrui: alterum bimeſtri ſpatio matureſcit: deſcr. Virgin.

MELOPE-

MELOPEPO.

I. Melopepo clypeiformis.
Pepo latus, Dod.gal.latioris fructus,Eid. Geſn.h.
Cucumis Pepóve latior clypeiformis, Ad.
Melopepo latior clypeiformis, Lob.icon.
Cucurbita laciniata Dalech.Lugd.
Cucurbita ſeſsilis,Geſ.append.
Melopepo clypeatus, Taber.
Pepo maximus clypeatus, Gerar.

II. Melopepo compreſſus.
Melopepo, Anguil.
Melopepo compreſſus alter, Lob.ico. compreſſus, Taber.
Pepo maximus compreſſus, Gerar.

III. Melopepo teres: & Lob. & Taber.
Pepo maximus rotundus, Gerar.

I = Cucurbita melopepo, L. mill. dict.

ANGURIA.

Anguriæ voce, primum Aëtium uſum eſſe volunt: alias Citrullus, à citreo colore dicitur. Peponem Dioſcoridis, Galeni & Plinii, & Arabum Battecha eſſe volunt.

I. Anguria Citrullus dicta.
Citrullus, Trag.Geſ.hor. Lon.Tab. officinarum, Ad.Lob.Ger.
Anguria, Matth. Ang.Lac.Geſn.col.Dod.Lugd. Caſt.Camer.
Cucumer vel Cucumis citrullus, Fuch. Dod. ut: Geſ.hor.Turn.
Cucumer vulgò, Cæſalp.

Corticis colore variat, qui aliis viret, aliis ſubcandidis maculis aſperſus: caro aliis, rubens & dulcior, aliis candida. Semina colore nigro, rubro, fulvo: rarius ſemine caret, ut Cæſalp.notavit.

II. Anguria carne lignoſa.
Cucumeris vulgo dicti genus quoddã ſylveſtre, carne intus lignoſa, atq; adeo dura, ut pilæ modo reſiliat, nec frangatur projectum, Cæſalp.

III. Anguria Ægyptiaca.
Anguriæ noſtratibus majores, cortice flaviore, quæ intus ſemina tantũ & aquã dulciſsimã continent, Alpin.
an Dullaha Arabum, Cæſalp.

IV. Anguria Braſiliana.
Citrullæ rotũdæ, Maurõgaus nomine: Lerio c.11.

CUCURBITA.

Κολόκυνθα ἐδώδιμος Dioſcoridi l.2. c.162. dicitur, ad differentiam κολοκυνθὶς, de qua l. 4. c.178. meminit & Theophraſtus 1.hiſt.18. Latinis, Cucurbita à concurvatu, quod facilè ſiquid obſtiterit, quo minus extendatur, incurveſcat.

Genera duo prima Cucurbitæ Plinio l.19.c.5. Camerarium & Plebeium quod humi repit: creſcit qua cogitur forma, libertate vero penſili conceſſa, jam viſa eſt novem pedum longitudinis. Semina quæ proxima collo fuerint, proceras pariunt: quæ in medio, rotundas: quæ in lateribus, craſſas brevioresq;.

Calabaſſi ſeu Cucurbitæ in India ad miraculum uſq; augeſcunt, quæ in hac ſola provincia Chile naſcuntur & Capallos nuncupantur: Cucurbitarum ſpecies propè infinitæ ſunt, quædam immenſa mole monſtroſæ ſunt, quæ diſſectæ & reſiccatæ excavantur & ex iis varia vaſa effinguntur: ex minoribus pocula, aut pateras ingenioſè cælatas concinnant: Joſeph. Acoſta l.4.c.9.

Sic Braſiliani ex Cucurbitis liquidam pultem, Mingau vocatum, ſorbent: Stad.deſ.Braſil. l.2.c.12.

I. Cucurbita major ſeſsilis, flore albo.
Cucurbita cujus fructus in orbem collectus intumeſcit, Trag.
Cucurbita ſeſsilis, Matth.epit.
Cucurbita major, Fuch.Tur.latior,Dodon.
Zuccha rotunda, Anguil.
Cucurbita Cameraria major,Dod.gal.Lugd.
Cucurbita ſeſsili fructu,Cord.in Dioſc.

Variat magnitudine, colore corticis, viridi, flavo, candido, maculoſo: aliquando ſulcis diſtinguitur: quædam tuberoſa eſt.

II. Cucurbita major rotunda fl.luteo folio aſpero.
Cucurbita Indica,Matth.Caſt.
Zuccha major rotunda,Cord.hiſt.
Cucurbita quã Zuccã marinã Itali vocant,Geſn.h.
Cucurbita rotunda, Cæſalp.
Cucurbita Indica rotunda, Lugd.
Cucurbita Indica major & minor, Taber.
Citrullus major & Pepo major ſyl. Ger.icon.

Varia hujus genera, magnitudine, facie, & colore differentia: earum namq; quoddam genus eſt, quod utriſque ulnis vix amplecti poteſt, & in inſula S. Laurentii, ejuſmodi colore rubro, flavo, albo & ſaporis longè gratioris atque noſtrates, ubertim proveniunt. Palud.in notis ad Linſcot.ſive par.2.Ind.or.c.5.

III. Cucurbi-

II = Cucurbita Pepo, L. mill. dict.
II = Cucurbita maxima, Cogn.

III. Cucurbita lagenaria fl. albo, folio molli.
Cucurbita, Brunſ. prior, Dodon.
Cucurbita minor, Fuch. Dod. gal. Turn.
Cucurbita plebeia, Geſ. hort.
Cucurbita lagenaria, Lob. Caſt. Gerar.
Cucurbita lagenaria major & minor, Ad. Taber.
Cucurbita Cameraria minor, Lugd.

Variat fructus, quandoque lagenarum forma, aliquando ventricoſa abſque collo pyri turbinati figura.

IV. Cucurbita lagenaria Americana.

Cucurbitularum ex quibus Americani lagenulas cõficiunt, Americus Veſputius navig. 2. meminit, quas viri de collo ſuſpendũt, quarum una herbâ plena eſt quam mandunt: altera farinâ, quam bacillo madefacto, herbæ aſpergunt.
an Lagenulæ Americanæ è fructu è mari Auſtrali, Cluſ. ex. l. 2. c. 3.

Sic in regno Congo, in Cucurbitis aquam adferunt: par. 1. Ind. or. l. 2. c. 1.

V. Cucurbita oblonga flore albo, folio molli.
Cucurbita fructu oblongo, Trag. Cord. in Dioſc.
Cucurbita oblonga, Fuch. longa, Tur. Lonic. Caſt. Tab. Cam. longior, Dodon.
Cucurbita anguina, Dod. gal. Gerar.
Zuccha longa, Anguil.
Cucurbita, Geſ. hor. ſativa longa, Cæſalp.
Cucurbita ſive Zuccha, Ad. omnium maxima anguina, Lob.
Cucurbita Cameraria longa, Lugd.

Falcata figura ſæpe creſcit, quædam cervicem tantum recurvam habent: quædam rectitudine ſervata bicubitalem, etiam tricubitalem longitudinem acquirunt.

VI. Cucurbita capitata.
Cucurbita quædam ſeſsilis alba lata, ab altera parte compreſſa, Geſ. hort.
Cucurbita capitata, Taber.
Cucurbita fungiformis, Gerar.
Cucurbita ſtellata ſive ſeſsilis, Camer.

VII. Cucurbita verrucoſa: & Lugd.

IIX. Cucurbitæ parvum genus, fructu pugni magnitudine, cortice rubro, maculis aſpe: ſo, & ſemine rubro, Joh. Bauhino.

IX. Cucurbitacei generis ſemen ſpadiceum.
Fructus alicujus ſemẽ 19. Gareti, Cluſ. ex. l. 2. c. 16.

X. Cucurbitis non abſimilis fructus Braſilianus.
Fructus in ſylvis cucurbitæ forma non abſimilis, ſed longè amplior, quos fruſtatim concidunt, in aquam conjiciunt, baculo ſpumam excitant, qua pro ſapone utuntur, Lerio deſc. Braſiliæ ſive par. 3. Ind. occid. c. 17.

COLOCYNTHIS.

Κολοκυνθίς: aut κολόκυνθα ἀγρία, aut σικύα πικρὰ, aut κολόκυνθα ἀλεξανδρίνη, Dioſcoridi l. 4. c. 178. Cucurbita ſylveſtris, Colocynthis dicta, quæ minor ſativa, Plinio l. 20. c. 3.

Genera varia habentur: alia minor fungoſa & levis, quæ officinarum eſt: alia major, oblonga ac flava, alia candida: alia rotunda varia: alia ſeſsilis, nigra, maculata, magna inſtar Cucurbitæ: & alia ab hac differens etiam ſeſsilis, ſed minor, alia denique turbinata.

I. Colocynthis fructu rotundo major.
Cucurbita agreſtis, Brunſ.
Colocynthis vera, Trag.
Colocynthis, Matth. Ang. Cord. in Dioſc. (& Cucurbita deſerti) Geſ. hort. (& Cucurbita ſylv.) Lac. Lon. Ad. Lob. (& Cucurbitula amara) Lugd. Caſt. Cam. Gerar.
Colocynthis prima, Dod. gal. mas, Taber.

Colore eſt viridi, magnitudine utramq; manum replente.

II. Colocynthis fructu rotundo minor.
Colocynthis fungoſa & levis, Cord. hiſt.
Colocynthis minor, Geſ. append.
Cucurbita ſyl. fructu rotundo minor, Cæſalp.

Colore eſt flavo, hujusque medullâ aridâ officinæ utuntur.

III. Colocynthis oblonga.
Colocynthis grandis oblonga, Cord. hiſt.
Colocynthis grandis candida ſolo colore ab oblonga differens, Eid.

Variat colore: alia enim primùm viridem colorem in cortice oſtendit, poſtea maculis candicantibus conſpergitur, poſtremo totus in luteo pallet, fitque durus & lignoſus: alia principio viret quidem, ſed mox albicantibus maculis aſpergitur, at in maturitate totus albicat. Cordus in ſua hiſtoria differentias ſex propoſuit, & ex eo Lugd. hiſtor.

IV. Colocynthis pyriformis, ſeu Pepo amarus.
Colocynthis Germanica, Trag.
Colocynthis 2. Dod. gal. fœmina, Taber.
Colocynthis turbinata, Cord. hiſt.

Rr Co-

Colocynthis pyriformis, Ad. Lob. Lugd. Gerar.
Colocynthis nigra pyriformis, Camer.
Cucurbita ſyl. Dod. figura pyri, Cæſalp.
Pſeudocolocynthis pyriforma, Eyſt.

Cucurbita ſylv. Somphos Plinii dicta, quibuſdã.
V. Colocynthis pomiformis cortice maculato.
Colocynthis exactè ſphærica, Ad.
Pſeudocolocynthis pomiformis, Eyſt.

CUCUMIS ASININUS.

Σίκυς ἄγριος Dioſcoridi l.4.c.154. Theophraſto 7.hiſt.6.& 9.hiſt.10. Cucumis ſylveſtris Plinio l.20.c.1.

Cucumis ſylveſtris aſininus dictus.
Cucumis agreſtis, Brunf. Cord. in Dioſc. Lugd.
Cucumis ſylv. Trag. Matth. Ang. Fuch. Dod. ut: Lac. Lon. Cæſ. Caſt.
Cucumis anguinus, Tur. Cord. hiſt.
Cucumis erraticus vel aſininus, Geſ. hort.
= Momordica elaterium, L. Mill. dict.

Cucumer Elaterii ſyl. Ad. Lob.
Cucumis aſininus, Tab. Ger. Eyſt.
Ex hujus ſucco exiccato & in paſtillos cõformato fit ἐλατήριον dictum Dioſcoridi l.4. c.155. & Theophraſto 9.hiſt.10. Gaza agitatorium vertit, ut intra lib.12. ſect.6. oſtenditur.

SECTIO QUINTA.

MALVA; ALTHÆA; ALCEA; CORCHORUS; GERANIUM; SANICULA; PES LEONIS; CANNABIS; EUPATORIUM; Potentilla; Herba Molucana; Caryophillata; Dentaria; Epimedium; Pæonia; Leotopetalon; Chryſogonum; Staphis agria.

MALVA.

MALVA μαλάχη Dioſcoridi l.2. c.144. & Theophraſto 1.hiſt. 5. à μαλάσσω ab emolliendo ventre, nomen habet, etiam Plinio l.20. c.21. monente: idq; propter naturalem lentorem ſuum, ut Paulus aſſerit: unde a Martiali l.10. Mollis vocatur. Latinis Malva & Varroni quaſi Molva, quod alvum molliat, qua antiqui in acetariis cum Lactuca ad alvum ſubducendam utebantur.

Duplex eſt Dioſcoridi & Plinio, ſativa & ſylveſtris: ſubjungit Plinius, duo eſſe genera, quæ foliis amplitudine diſcernantur, majorem Græcos Malopen vocare in ſativis: alteram Malachen: è ſylveſtribus cui grande folium & radices albæ, Althæa vocatur, &c. Theophraſtus duplicem exprimere videtur. dum 1.hiſt. 5.& 14. Malvam in arborem tranſire ſcribit, Malvam roſeam intelligens: dum vero 7.hiſt.7. ait, Malvam coqui & cibo idoneam eſſe, vulgatam Malvam innuit. Antiquitus in Malvarum foliis ſcriptitatum, Cinna antiquus poëta indicat, cujus verſus ab Iſidoro referuntur: quare ſuſpicari licet huc reſpexiſſe Pythagoram, qui ut Aelianus auctor eſt, μαλάχης, id eſt malvæ folium ſanctiſſimum eſſe dicebat.

I. Malva ſyl. folio rotundo.
Malva, Brunf. Matth. Lac. Caſt.
Malva vulgaris, Lugd. vulgatiſsima, Trag.
Malva ſyl. pumila, Fuch. Dod. ut: Tur. Thal.
Malva ſyl. repens pumila, Lob. Lugd. Gerar.
Malva ſyl. Ang. Ad. ſyl. ſupina, Cord. hiſt.
Malva agreſtis minor, Geſ. hort.
Malva minor, Lon. ſyl. minor, Tab. vulgaris minor, Cam.
Malva flore candido, Cæſalp.
Variat foliis rotundioribus & latioribus.
II. Malva ſylveſtris folio ſinuato.
I = Malva rotundifolia, L.
II = " sylvestris, L. & Mill. dict.

Malva erratica 2. vel Malva equina, Brunf.
Malvæ vulgaris altera ſpecies, Trag.
Malva ſyl. elatior, Fuch. Dod. gal.
Malva ſyl. Tur. Ger. ſyl. recta, Cord. hiſt.
Malva ſylv. vulgaris, Cord. in Dioſc. ſylv. procerior, Dod. Ad.
Malva ſyl. major, Geſ. hort. Lugd. Tab. Thal.
Malva vulgaris procerior, Lob. major, Lon.
Malva vulgaris major, Cam.
Malva flore ſubrubente, Cæſalp.
Apud veteres in genere domeſticarum fuit.
III. Malva Americana: quæ 3. in Prodromo.

IV. Malva hederaceo folio.
Malva quarta, Matth.
Malva hederacea ſive montana, Eid. ep. Caſt.
Malva major tertia, Lugd.

V. Malva foliis criſpis.
Malvæ ſpecies ſinuoſa, Cord. in Dioſc.
Malva ſativa laciniofa, Eid. hiſt.
Althæa criſpa & major, Geſ. hort.
Malva criſpa, Geſ. hor. Dodon. Cam. Taber. Ger. Eyſtett.
Malva criſpatis oris, Lob.
Flos eſt albicans, modò roſeus.

VI. Malva folio vario.
Malva trimeſtris vel pumila, Cluſ. hiſt.

VII. Malva roſea folio ſubrotundo.
Malva ſativa antiquorum: quæ cultu arboreſcit, Theoph. Malope, Plinii. an Anadendromalache, Galeni.
Malva hortulana, Brunf.
Malva ſativa major, Eid. 4.
Malva hortenſis, Trag. Fuch. Tur. Dodon. Lon. Gerar.
Malva ſativa, Dod. gal. Anguil.
Malva major Matth. arborea, Eid. 4. ſive hortenſis, Taber.
Malva Romana, Geſ. hort.
Haſtula regia, Eid.
Malva major unicaulis, Matth. Caſt.
Malva roſea fruticoſa, Ad. Lob. roſea ſimplici flore, Lugd.
Malvæ alterum genus, Cæſalp.
Flores candidi, rubentes, modò ſaturatiùs, modò dilutiùs, aliâs purpuræ modo relucentes: & ex rubro nigricantes: quare Malva hortenſis fl. ſimplici albo: fl. ſimp. incarnato: fl. ſimp. rubro, pingitur ab Eyſt.

IIX. Malva roſea folio ſubrotundo, flore pleno.
Malva Romana multiplex, Trag. Geſ. hort.
Malva roſea multiplex, Lob. Lugd. Taber.
Malva hortenſis multiplici flore, Dodon.
Malva major unicaulis multiplex, Caſt.
Flos colore variat, albo, incarnato, rubro, puniceo, nigricante, hinc tres figuræ apud Tabern. & Gerardum, & in horto Eyſt. quatuor.
Malva arborea multiflora, Taber.
Malva hortenſis multiplici flore, Gerar.
Malva arborea flore nigro multiplici, Tabern. & Gerar.
Malva roſea multiplex, Taber.
Malva purpurea multiplex, Gerar.
Malva roſea multiplex fl. albo: fl. incarnato: fl. pleno atrorubente: fl. pleno rubro, Eyſt.

IX. Malva roſea folio ficus.
Malva roſea ſimplex peregrina, Tab. Gerar.

X. Malva folio ficus altera: quæ prima in Prodromo.

XI. Malva arborea Veneta dicta parvo flore.
Malva major altera, Matth. Lugd.
Malva arborea, Matth. ep. ico. Caſt. & major unicaulis, Matth. ep. deſ.
Malva arboreſcens, Geſn. hort. Dod. Cam. Cæſalp. Eyſt.
an Malva arborea ſyl. Ad.
Flos eſt cæruleus, nec multo major quàm Malvæ equinæ flos ſit: Malva arbor Plinio.

XII. Malva Syriaca.
Cobes Malvæ ſpecies, Camer.

ALTHÆA.

Ἀλθαία, alii ἰβίσκος, quæ in ſylveſtrium malvarum genere eſt: Dioſcoridi l.3. c.163. ſic dicta ab ἄλθος quod remedium, vel ἀλθαίνειν medendo, quod hujus multiplex uſus ſit: hinc Dioſcoridi, quod inter primas utilis ſit, & πολύχρηστος, pluribus remediis polleat: & Plinio l.20. c.21. ab effectus excellentia nominata, quæ a quibuſdam Ariſtalthæa dicatur.

Genera: unius ſolum meminere, ut & Theophraſtus 9. hiſt. 15. ubi Gaza Hibiſcum reddidit: at 9. hiſt. 19. florem melinum tribuit.

I. Althæa Dioſcoridis & Plinii.
Althæa, Brunf. Trag. Matth. Fuch. Dod. ut: Tur. Lac. Cord. in Dioſc. & hiſt. (& Malva paluſtris) Geſ. hor. Lon. Ad. Lob. (& Ibiſcus) Lugd. Caſt. Tab. (& Bismalva) Gerar.
Althæa ſive Malvaviſcus, Anguil.
Malvæ agreſtis genus, Geſ. hort.
Malva ſyl. prima, Cæſalp.
Althæa vulgaris, Camer. Thal. Cluſ. hiſtor. Eyſtett.

Flores candidi, aut ex albido dilutè purpuraſcentes.

II. Althæa flore majore.

Althæa pannonica ſecunda, Cluſ. pan. & tertia, in hiſtor.

Althæa Thuringiaca, Camer. Eyſt.

III. Althæa laciniato folio.

Althæa tertia, Cluſ. pan. Pannonica quarta, Eid. hiſtor.

IV. Althæa fruteſcens folio rotundiore incano.

Althæa frutex, Cluſ. hiſp. Lob. Ger. prima, Cluſ. hiſtor.

Althæa arboreſcens Cluſii, Taber.

Althæa lignoſa Dalechampii, Lugd.

Malva altera ad Malopen accedens, Cæſalp.

Althæa fruticans Hiſpanica, Eyſt.

Gallica majore eſt quàm Hiſpanica flore.

V. Althæa fruteſcens folio acuto parvo flore.

Althæa arborea Olbiæ in Galloprovincia, Ad. Lob. ico.

Althæa arboreſcens, Cam. Tab. Gerar.

Hæc cum quarta eadem non eſt, licet Lobelius velit, ſed diſtinguenda, ut rectè Cluſius fecit.

VI. Althæa fruteſcens Bryoniæ folio: in Prodromo deſcribitur.

VII. Althæa paluſtris: & Lugd. Tab. Ger.

Althæa paluſtris cytini flore, Ad. Lob.

Althæa hortenſis ſive peregrina, Dod.

Sida vulgo, Cam. σίδη Theophraſti 4. hiſt. 11. cenſetur.

Flore eſt albo & ſubrubeo.

XII. Althæa Theophraſti flore luteo.

Althæa altera, ſive Abutilon Avicennæ, Matth.

Ibiſcus Theophraſti, Dod. gal.

Althæa Theophraſti, Geſ. hort. Cæſ. Lugd. &

Althæa altera, Eid.

Althæa peregrina, Geſn. hort.

Althæa luteis floribus, Ad. Lob. Ger.

Abutilon, Anguil. Dodon. Caſt. Cam. Avicennæ, Eyſtett.

Malva Theophraſti, Tab.

IX. Althæa Theophraſti ſimilis.

Abutilon Indicum, Cam.

Flos magnitudine roſę ſyl. albicans, interius luteus.

ALCEA.

Ἀλκέα Dioſcoridi l. 3. c. 164. fortè ſic dicta ab ἀλκῆ, auxilio vel remedio, cùm ejus radices Dyſentericis & ruptis auxilio ſint. Plinio l. 27. c. 4. Alcea. Generi ſylveſtrium Malvarum Dioſcorides, qui unius meminit, adſcripſit.

I. Alcea vulgaris major.

Alcea & herba Simeonis, Brunf.

Alcea, malvæ roſeæ ſyl. genus, Trag.

Alcea, Matth. Fuch. Dod. gal. Cord. in Dioſ. Geſn. hort. Lac. Lon. Lugd. qui duas figuras habet, Cæſ. Tabern.

Cannabis ſyl. & Herba Ungarica, Ang.

Alcea vulgaris, Dod. Ad. Lob. Lugd. Cam. Cluſ. hiſt. Eyſt.

Malvæ agreſtis genus, Geſ. hor.

Malva verbenaca, Ger.

Alcea eſt Dioſcoridis & Plinii: quibuſdam Cannabis ſyl. Dioſcoridis l. 3. c. 166. aliis Malva Theophraſti.

Foliis variat, acutioribus, rotundioribus, hirſutioribus, lævioribus: flore eſt ex rubro roſeo, vel candidiore.

II. Alcea vulgaris minor.

Dens leonis & Malva querna, Lon.

Alcea minor Dalechampii.

Foliis eſt in longas lacinias diviſis.

III. Alcea folio rotundo laciniato.

Alcea peregrina, Cluſ. hiſt.

Malva montana, ſive Alcea rotundifolia laciniata, Colum.

an Alcea tenuifolia Cordi, Thal.

IV. Alcea Pānonica & Alcea tenuifolia, Cam. quid?

V. Alcea cannabina.

Alcea, Ang.

Alcea fruticoſior, Ad. Lob. pentaphylla folio cannabis ſylveſtr. Dioſcoridis, Eid. ico.

Alcea fruticoſa cannabino folio, Cluſ. hiſt.

Alcea altera, Cæſ.

Alcea cannabina, Cam.

Alcea fruticans, Eyſt.

Hæc καννα̃βις ἀγρία, Cannabis ſyl. Dioſcoridis l. 3. c. 166. videtur.

VI. Alcea arboreſcens Syriaca.

Alcea arboreſcens, Rauw. Cam.

Althæa frutex 2. Cluſ. hiſt.

Ketmia Syrorum quibuſdam.

Alcea

Alcea Syriaca, Eyſt.
Hujus flores è rubro purpuraſcunt, at vetuſtate ad cæruleum colorē vergunt: habetur etiam flore candido, quæ
Alcea Syriaca fl. candido, Eyſt.
Hujus & altera ſpecies minore flore, quæ
Althæa frutex tertia, Cluſ. hiſt.

VII. Alcea veſicaria.
Alcea Veneta, Trag. Dod. gal. Lugd. Eyſt.
Alcea Bononienſis, Geſn. hort.
Hypecoum, Matth. (malè ſic dicitur Guil. monente) Lac. Lugd. Cæſ. Caſt.
Hypecoum alterum ſpurium, Geſ. hort.
Alcea peregrina, Geſ. hor. Tab. Ger. ſoliſequa, Ad. Lob.
Alcea veſicaria, Dod.
Malva Veneta, Geſn. hort. Lon.
Herba Ungarica, Lon.

IIX. Alcea hirſuta.
Alcea villoſa Dalechamp. Lugd.
an Alcea minor in ſylvis foliis Geranii, Cæſ.

IX. Alcea Indica magno flore.
Sabdariffa, Lob. Dod. Lugd. Cam. Tab. Ger. Eyſt.

Alcea Americana, Cluſ. hiſt.
Foliis ludit, prima aliquando integra, communiter in tres lacinias diviſa: aliquando inſtar foliorum Elleboraſtri in ſeptenas profundas lacinias ſecta obſervavimus.

X. Alcea Indica parvo flore.
Exotica malvacea, Bamia Eben quibuſdam, Ad.
Trionum Theophraſti, Rauw. Lugd. ap.
Sabdariffa alia, Lugd.
Bamia, Alp. Cam. Belli ep. 5. ad Cluſ.
Bamia Alexandrina, Cæſ. Caſt. ap.
Alcea Ægyptia, Cluſ. hiſt.

XI. Alceæ Ægyptiacæ affinis.
Fructus 18. è navigat. Batau. Cluſ. ex l. 2. c. 15.

XII. Alcea Indica parvo flore altera.
Bamia Ægyptiaca ſiliqua decagona, cum in aliis pentagona duntaxat, Cluſ. hiſt. ap. alt. ad lib. 4.

XIII. Alcea Ægyptiaca villoſa.
Abelmoſch Ægyptiorum, ſive Abutilon Avicennæ, Ponæ ital.
Belmuſcus Ægyptiorum nomine ex Creta ab Honorio Belli accepimus.

CORCHORUS.

Corchori duplicis Plinius meminit: alterius lib. 25. c. 13. Anagallidem intelligens: alterius lib. 21. c. 15. inter herbas ſponte naſcentes & in cibis uſitatas: & lib. 21. c. 32. Alexandrinorum cibus, convolutis foliis ad ſimilitudinem mori, &c. Et Alpino, facultate ſimilis eſt Althea & Aegyptiis in cibo nil familiarius, aut gratius. Et Judæi cocta folia cum carne edunt, quæ ſapore acetoſæ præditæ ſunt, annotante Rauvvolfio in ſuo Hodeporico.

Corcoros Plinii, Lob. Lugd.
Olus Judaicum Avicennæ, quibuſdam & Moluchi Arabum, Rauwol.
Corcorus ſive Melochia, Cam.
Melochia, Alpini.

GERANIUM.

Γεράνιον Dioſcoridi lib. 3. c. 131. à gruini capitis imagine, in ſummo ejus cacumine viſenda, nomen habet: at recentiores, à ciconiæ roſtri effigie, Roſtrum ciconiæ nominant. Geranium, & aliquibus Myrrhis, aliis Merthryda (rectius Myrrhida) Plinio l. 26. c. 11.

Genera duo Dioſcoridi: alterum foliis Anemones, alterum foliis Malvæ. Plinio tria ſunt: primum ſimilis cicutæ, foliis minoribus, ſaporis & odoris jucundi: ſubjungit ex Græcorum ſententia, alterum foliis Malvæ, & tertium Anemones.

Geranium Anemones folio rotundo.

I. Geranium batrachiodes folio Aconiti.
Geranii ſpecies tertia, Geſ. hor.
Geranii majoris ſpecies prima, Fid. ap.
Geranium 2. vel batrachoides alterum, Cluſ. pan. & hiſt.
Geranium ſive batrachium cæruleum, Tab.
Geranium batrachioides, Ger.
Variat flore cæruleo, albo, albo lineis cæruleis variegato: eſt & flore cæruleo duplici, ſed duplo majore, & dicitur
Geranium batrachioides cæruleum, &
Geranium batrachioides flore albo, Eyſtett.

II. Geranium batrachiodes hirſutum, flore atrorubente.
an Geranii majoris ſpecies 2. Geſ. ap.
Geranium primum pullo flore, Cluſ. pan. & hiſt.

III. Geranium batrachiodes odoratum.
Geranium montanum, Geſ. col.
Geranium batrachioides alterum, Dod.
Geranium batrachioides lõgius radicatum, Lob. Lugd.
Geranium macrorhizon, Cam. Eyſtett.
Pes columbinus in ſylvis naſcens alter, Cæſ.

IV. Geranium ſanguineum maximo flore.
Sanguinaria radix, & Geranium 3. Trag.
Geranium alterum majus, Geſ. hor.
Geranium hæmatodes, Dod. gal. Lugd. Cluſ. pan. Thal. Cam.
Geranium ſextum, Fuch. Tur. Lac. Lon.
Geranium gruinum ſanguinale hæmatodes ſupinum radice reptrice, Lob. ico.
Geranium 7. hæmatodes, Cluſ. hiſt.
Geranium ſanguinarium, Eyſtett.

V. Geranium batrachiodes, Gratia Dei Germanorum, Lob.
Geranium quartum (ſanguinariæ radicis ſpecies) Matth. Lugd. Caſt.
Geranium 5. Fuch. Lac. Lon. ſextum, Tur.
Geranium batrachiodes, Dodon. Camer. Thal. Lugd.
Geranium batrachiodes ſive magnum cęruleum, Adver.
Geranium batrachiodes primum, Cluſ. pan.
Geranium ſanguinarium, Tab. majus, Eyſtett.
Geranium tertium batrachiodes majus, Cluſ. hiſtor.

Duplex eſt: grandius floribus cæruleis aut albis, & quidem eodem loco: minus, rubris.

VI. Geranium batrachiodes flore variegato.
Geranium Anglicum variegatum, Eyſtett.

VII. Geranium batrachiodes, Collum gruis Germanorum.
Geranium quartum, Fuch.
Gruinalis, Dod. Lugd.

IIX. Geranium montanum fuſcum.
Geranium montanum, Dod.
Geranium fuſcum, Lob. Lugd. Eyſtett.
Geranium maculatum, Tab. ſive fuſcum, Ger.

IX. Geranium tuberoſum majus.
Geranium primum, Matth. Ang. Lugd. Caſt.
Geranium bulboſum Matthioli, Tab.
Geranium ſubrotunda radice Dioſcoridis, Ger. hort.
Geranium tuberoſum, Dod. Lugd. vel 10. Tab.
Geranium tuberoſum majus, Cam.
Geranium bulboſum, Dioſcoridis primum, Ad. Lob.

X. Geranium tuberoſum minus, Cam.
Geranium tuberoſum minimum, Cam.

XI. Geranium radice grumoſa.
Geranium tertium, vel bulboſum Pennæi, Cluſ. pan.
Geranium 4. vel bulboſum, Eid. hiſt.

XII. Geranium nodoſum.
Geranium quintum nodoſum Plateau, Cluſ. hiſt.
Geranium ſextum tuberoſum Plateau, Idem.
an Geranium ſive batrachium cæruleum, Tab.
an Geranium batrachioides, Ger.

XIII. Geranium parvum foliis ranunculi.
Geranium 8. vel Salmaticenſe roſtratum, Cluſ. hiſtor.

XIV. Geranium argenteum alpinum.
Geranium alpinum longius radicatum, Ponæ.

XV. Geranium lucidum ſaxatile.
Geranium ſaxatile ὀξυ-σχέπελον, Thal.
Geranium ſaxatile, Cam. Eyſtett.
Geranium alterum montanum ſaxatile rotundifolium, Col.

Geranium Malvæ folio.

I. Geranium folio Malvæ rotundo.
Geranium alterum, Hermolai, Brunf. Trag. Matt. Fuch. Dod. gal. Tur. Lac. Lon. Caſt. Thal.
Geranii vulgaris ſpecies, Geſ. hor.
Pes columbinus, Dod. Ad. (ſeu Geranium alterum Dioſcoridis) Lob. Cæſ.
Geranium aliud, Lugd.
Geranium columbinum, Tab. Ger.
Geranium malvaceum ſive Balſaminum, Cam.

Duplex eſt majus & minus: majori caules majores & folia paulo molliora: minori omnia minora & folia aſperiora. Sic folia modo in profundiores, modo breviores & latas lacinias diviſa ſunt: floris magnitudine etiam differunt: flore triplo majore & cærulei elegantioris coloris ex horto Dei habemus.

II. Geranium columbinum tenuis laciniatum: quod 2. in Prodromo.

III. Geranium folio Althææ.
Geranium ſextum, Matth. Lugd. Caſt.
Geranium à calceolario miſſum, Dod.

Gera-

Geranium malacoides, Ad. Lob. Ger.
Geranium altheodes, Cam.
Geranium Monſpeliacum, Tab.
Pes columbinus tertius, Cæſ.

Sub Geranio 2. etiam hoc intelligit Dioſcorides, dum gruum roſtra tribuit. Geranium foſſiis candidioribus malvæ, Plinio.

IV. Geranium malacoides minus: quod 1. in Prodromo.

Geranium folio Cicutæ vel Myrrhidis.

I. Geranium Cicutæ folio acu longiſsima: quod 3. in Prodromo.

II. Geranium Cicutæ folio moſchatum: & inodorum.
Acus moſchata, Eric. Cord. Cæſ. Col.
Herba moſchata, Ang.
Geranium, Trag.
Geranium 1. Matth. edit 1. Fuch. Dodon. gal. Tur. Lac. Lon. Caſt.
Geranium tertium, Matth. edit. poſt. Lugd.
Geranium ſupinum, Dod. majus, Cord. hiſt.
Geranium σκανδικόφυλλον, Thal.
Myrrhida Plinii, roſtrum Ciconiæ, Ad. Lob.
Geranium moſcatum, Cam. Ger. Eyſt.
Geranium myrrhinum, Tab.

Hoc vel odoratum moſchum redolens, vel inodorum eſt.

III. Geranium Coriandri folio odorum.
Geranium Apulum Coriandri folio alterum odorum, Colum.

IV. Geranium cicutæ folio minus, & ſupinũ.
Herba Roperti & Geranium quartum, Brunf.
Geranium minus & primum, Trag.
Myrrhida Plinii & Roſtrum ciconiæ inodorum vulgatum, Lob. ico.
Geranium 7. ſive Geranium gruinum, Dod.
Geranium minus vel arvenſe, Tab.
Geranium moſchatum inodorum, Ger. Eyſtett.

Flos communiter breſilici coloris: aliquando albus eſt: hinc duæ figuræ

1. Geranium minus, Tab.
Geranium moſchatum inodorum, Ger.

2. Geranium arvenſe album, Tab.
Geranium inodorum album, Ger.

V. Geranium Robertianum primum.
Geranium tertium, Brunf. Matth. Fuch. Tur. Lac. Lon. Thal.
Gratia Dei, vel Geranium quibuſdam, Trag.
Sideritis tertia, Dod. gal. Ang. Geſ. col. Lac. Lon.
Panax Herculeum, Ang.
Geranium Robertianum, Ad. (Sideritis Achilleadon, aut congener) Lob. Dod. Cam. Tab.
Rupertiana vulgo, Cæſ.
Herba Ruperti & Geranium 2. Dioſcoridis, Lug.

Duplex eſt: alia omnino viridis, quam fœminam faciunt: alia rubens, quæ præfertur: triplex differentia in Adver.

VI. Geranium Robertianum alterum.
Geranium quartũ, Fuch. Tur. Lac. Lon. quintum, Matth.
Geranium gruinale, Dod. gal. Lugd.
Geranei Robertiani altera ſpecies, Ad.
Geranium violaceum (vel 12.) Tab. Ger.

VII. Geranium latifolium longiſsima acu.
Geranium Creticum annuum hæmatodes, Lob.
Geranium Creticum, Cam. Tab. Ger. Cluſ. hiſt.

SANICULA.

Sanicula à ſanandis vulneribus nomen traxiſſe videtur: Doctiſsimus Columna ſub Sideritide tertia Dioſcoridis pingit & deſcribit.

Sanicula officinarum.
Diapenſia, Brunſ. Matth. Caſt. cui & Pentaphylli 5. ſpecies.
Sanicula, Brunf. Trag. Dodon. ut: Anguil. Geſ. hort. Lac. Lon. Cæſ. Camer. Thal. Tabern. (cui & Conſolida quinquefolia) Eyſtett.
Sanicula mas, Fuch. Lugd.
Sanicula & Diapenſia, Ad. Lob. Ger.
Sideritis tertia Dioſcoridis, Col.

PES LEONIS.

PES LEONIS *à forma foliorum: vulgo Alchimilla, quod Alchimiſtarum præconiis celebrata ſit.*

I. Alchimilla vulgaris.
Pes leonis, Brunſuic. Brunf. Fuch. Lon.
Leontopodium, Brunf.
Alchimilla, Trag. Dodon ut: Lac. Anguil. Adv. Lob. Cæſ. Thal. Tabern. Gerar. Eyſtett. vulgaris, Cluſ. hiſt. Cam.

Stella-

Stellaria, Matth.Caſt.Lugd.
Droſera & Droſium, ſive Ψιάδιον, à rore foliis inſidente, Cord.in hiſt.
Stella herba Italis, Geſ.hor.

Floſculi communiter colore pallidi ac herbacei: rarius albi.

II. Alchimilla alpina quinquefolia, in Prodromo deſcripta.

CANNABIS.

Κάνναβις Dioſcoridi lib. 3. cap. 165. & Plinio lib. 20. cap. 23. Cannabis quæ in ſylvis primum nata eſt. Eſt autem ſativa & ſylveſtris: Sativa, mas & fœmina. Sic quæ floret fructum non fert, quæ fructum fert, non floret.

I. Cannabis ſativa.
Cannabis, Brunſ. Matth. Ang. Lac. Tur. Lon. Ad. Lob. Cæſ. Caſt. Tab. Ger.
Cannabis major, Trag.
Cannabis ſativa, Fuch. Cord. in Dioſc. fœcunda, Dodon.
Cannabis mas, Dod.gal.

II. Cannabis Virginiana.
Cannabis in Virginea ſponte prodit à noſtra caule & foliis diverſa, materia tamen perinde bona: in deſ. Virgin.

III. Cannabis erratica.
Cannabis fœmina, Trag. Dod.gal. Lugd.
Cannabis erratica paludoſa ſylveſtris, Ad. Lob.
Cannabis ſterilis, Dod. Cam. ſyl. Caſt.

IV. Cannabi ſimilis exotica.
Bangue, Garziæ, Acoſtæ, Monard. Frag. Caſt. Lugd.
Bangue cum Maslac Turcorum affinitatem habet, Cluſ. in Acoſt.
Bangue arbor canabi ſimilis ad omnia ferè utilis ceu Amfion (ſive Opium) Linſcot. part. 4. Ind.or.c.35.
Bangue crebri apud Ægyptios & Turcas uſus, quod triplici modo parant, & primum Aſsis: alterum, Boſa: tertium, Bernaui, quod verum & genuinum Bangue eſt, Palud, notis in Linſcot.
Cum folia cum cannabi ſimilitudinem habeant & cortex in fila diduci poſsit, huc retulimus.

Herbæ exoticæ quæ in fila inſtar Cannabis diducuntur.

I. Herba de Bengala.
In Bengala ex herba quam ad colum inſtar lini nent, telam texunt, quæ ſubtilitate ſericum antecellit: ex foliis linteamina elaborant acu pingentes nunc floſculos, nunc hiſtorias vario colore, quæ lectulis inſternuntur: Linſc. par. 2. Ind. orient. 18. & in Madegaſcar & in Baya: part. 3. c. 11.

II. Tokaun folia oblonga & acuta ex quibus fila detrahunt, & reticula piſcatoria inde contexunt: Stad. in Braſil. l. 2. c. 8.

III. Herba in cujus foliis ſericum inſtar tenuis pellicula naſcitur, cujus folia duos pedes longa, unum lata, & ad binos pedes cum ſemiſſe in Virginia & Perſia adoleſcit: deſ. Virgin.

IV. Radix filamentoſa ſericea.
Tit planta in ſylvis naſcens ſine fructu: radice geminorum compreſſorum pugnorum magnitudine, coma flaveſcente molliſsimum ſericum referente, quo pro plumis utuntur ad lectiſternia: Linſcot. par. 3. Ind. or. 6.

EUPATORIUM.

Εὐπατόριον Dioſcoridi lib. 4. cap. 41. ἡπατόριον Oribaſio in collect. & ἡπατῖτις, id eſt, Hepatica, quod hepati medeatur. Plinio lib. 25. c. 6. Eupatoria regiam auctoritatem habet. Sunt qui velint nomen ab inventore Mithridate cognomento Eupatore habere.

I. Eupatorium cannabinum.
Salvia, Brunſ. ico.
Herba S. Kunigundis, Trag. prima, Tab.
Eupatorium vulgare, Matth. Tur. Dodon. Lugd. Caſt.
Eupatorium adulterinum, Fuch.
Pſeudohepatorium mas, Dod.gal. Thal.
Eupatorium Avicennæ creditum, Ang. Geſ. hor. Lac. Lon. Cam.
Eupatorium aquaticum, Geſ. col.
Trifolium cervinum aquaticum, Geſ. hor.
Cannabina aquatica mas, Ad. Lob. (ſive Eupatorium mas) Colum.
Eupatorium, Cæſ.

II. Can-

II. Cannabina aquatica folio tripartito diviſo.
Verbena ſupina vel tertia, Trag.
Verbenaca recta, Cord. in Dioſc.
Verbeſina, Geſ. ap.
Forbeſina Bononienſium, Geſ. hor.
Pſeudohepatorium fœmina, Dod. gal. Thal.
Hepatorium aquatile, Dod.
Hydropiper, Lugd.
Bidens folio tripartito diviſo, Cæſ.
Folia communiter in tres partes, aliquãdo quinque & ſex digitorum inſtar diviſa ſunt.
III. Cannabina aquatica folio non diviſo.
Eupatorium cannabinum fœmina Septentrionalium, Ad. Lob. ico.
Hydropiper aliud Dalechampii, Lugd.
Bidens folio non diſſecto, Cæſ.
Eupatorium cannabinum chryſanthemum, Tab. Ger.
Conyza paluſtris, Eyſt.
Cannabinæ aquaticæ ſimilis capitulis nutantibus: in Prodromo.

IV. Eupatorium veterum ſive Agrimonia.
Agrimonia, Brunſ. Dod. Lon. Cæſ.
Eupatorium vulgare, Trag.
Eupatorium, Matt. Fuch. Dod. gal. Cord. in Dioſc. & hiſt. Lac. Tur. Caſt. Tab. verum, Lugd.
Eupatorium Græcorum, Ad.
Eupatorium Dioſcoridis & aliorum Grçcorum, Geſ. hor. Lob. Thal.
Eupatorium Dioſcoridis & Avicennæ, Anguil. Colum.
Hoc Eupatorium eſt Græcorum & Avicennæ, & Eupatoria Plinii: quibuſdam ejuſdem Plinii Argemonia in arvis naſcens.
V. Eupatorium odoratum.
Agrimonia odorata, Cam.
Eupatorium Dioſcoridis odoratum, Caſt.
Eupatorium alterum odoratum & aromaticum, Colum.
VI. Agrimoniæ ſimilis.
Agrimonoides, Colum. à quo accepimus: & poſtmodum etiam ex Italia ſemen nomine Pimpinellæ folio Agrimoniæ miſſum fuit.

POTENTILLA.

Potentilla ab eximiis viribus nomen obtinuit: aliis Argentina, à foliorum argenteo ſplendore. Sunt qui Stephanomelidem Plinii l.26.c.13. cenſeant: alii ad Argemonem referunt.

Potentilla, Brunſ. Matth. Fuch. Lon. Cæſ. Lugd. (& Argentina ſylveſtris) Caſt. Thal.
Tanacetum agreſte, Brunſ.
Anſerina, Trag. Tab.
Argentina, Dod. ut: Ad. Lob. Ger.
Argemone altera, Fuch. ico. Geſ. hor.

Thalietrum magnum, nonnullis Pſeudorhabarbarum, ob radicis luteum colorem, Dod.
Thalietrum pratenſe 1. vel 5. Cluſ. pan. & hiſt.
Ruta ſylveſtris, Cæſ.

Florum muſcoſa ſtamina è pallido candicant, rarius purpuraſcunt: hinc
Thalictrum fl. incarnato, &
Thalictrum fl. albo, Eyſt.

II. Thalictrum majus non ſtriatum.
Thalietrum magnum ſecundum, Dod.
Ruta pratenſis major 2. Tab.

III. Thalictrum majus flavum ſtaminibus luteis, vel glauco folio.
an Pes Milvi, Anguil.
Thalietrum majus tertium, Dod.
Thalietrum 1. vel Hiſpanicum, Cluſ. pan. & hiſt.
Thalictrum 1. Italicum, Cam.
Thalietrum in Hetruria vulgo Verdemarcum, Cæſalp.

Ruta

Ruta pratenſis major quarta, Tab.
Thalietrum ſive Thalictrum majus, Ger.

IV. Thalictrum majus florum ſtaminibus purpuraſcentibus.
Thalietrum majus quartum, Dod.
Thalietrum 4. vel montanum 3. Cluſ. pan. & hiſt.
Thalictrum quintum flore purpureo, Cam.
Ruta pratenſis major 3. Tab.

Florum ſtamina dilutam violæ nigræ purpuram referunt.

V. Thalictrum montanum album.
Thalietrum 2. & 3. vel montanum 1. & 2. Cluſ. pan. & hiſt.
Thalictrum ſextum flore albo, Camer.

Duplex eſt, unum altius excreſcit, flore candido admodum gravis odoris: alterum flore albo etiam, ſed paulo humilius, minus ingrati odoris.

VI. Thalictrum pratenſe anguſtifolium.
Thalietrum pratenſe 2. vel 6. Cluſ. pan. & hiſt.
Thalictrum 3. anguſtifolium, Cam.
Ruta pratenſis major 5. Tab.

VII. Thalictrum pratenſe anguſtiſsimo folio: quod 1. in Prodromo.

IIX. Thalictrum minus.
Hypecoum forte, Dod. gal. Lugd.
Ruta pratenſis tenuifolia, Ad.
Thalictrum tenuifolium, Cord. hiſt. Lob.
Thalietrum minus, Dod. Ger. parvum, Cam.
Thalietrum ſeptimum, Cluſ. pan. & hiſt.
Ruta ſylveſtris altera, Cæſalp.
Ruta pratenſis minor, Tab.

Stamina florum quandoq; pallidi coloris ſunt, quandoq; ex luteo langueſcunt, & è violaceo purpuraſcunt.

IX. Thalictrum minimum fœtidiſsimum: quod 2. in Prodromo.

Simile, ſed caule ex puniceo colore purpuraſcente Thalictri maritimi nomine, D. Giilenius miſit.

SECTIO TERTIA.

DE LEGUMINIBUS CAPREOlis Donatis.

LEGUMINA dicta putat Varro à legendo, quoniam ea non ſecantur, ſed vellendo leguntur. Græci ὄσπρια vocant, at Theophraſtus χέδροπα.

FABA; SMILAX HORTENSIS, ſive DOLICHUS, ſive PHASEOLUS; PISUM; OCHRUS, ſive ERVILIA; LATHYRUS, ſive Cicercula; Vicia & Aphaca; Arachus ſive Cracca; Arachidna, & Lentes.

FABA.

ACturi de Leguminibus primo de FABA ſermo erit, quia inter legumina maximus honos fabæ: quippe ex qua tentatus etiam ſit panis, cujus farina Lomentum appellatur, ut Plinius l.18.c.12. loquitur: ita hodie ejus farinam quidam Secale miſcent, & panem conficiunt ſolidum ac multi nutrimenti: Sic & Phriſii etiam hodie magna ex parte fabarum farinâ, hordei farinæ aut avenæ admixta, panes faciunt.

Græcis κύαμος à feracitate dicta: vel παρὰ τὸ κύειν αἷμα ut Euſtachius vult: quemadmodum κυαμὼν: locus fabis conſitus ſeu fabetum apud Theophraſtum 4. hiſt. 10. Fabulum Gellio & Feſto.

Duplex Dioſcoridi lib. 2. cap. 127. & 128. altera κύαμος ἑλληνικὸς. altera αἰγύπτιος: illa Græca, quæ eadem cum vulgari videtur & ad differentiam Aegyptiacæ Græca dicta: hæc Aegyptia nominata. At Theophraſtus 7. hiſt. 3. de communi faba egit, quemadmodum de Græca 4. hiſt. 2. & de Aegyptia, 4. ejuſdem 10. Plinius Fabæ communis deſcriptionem ſparſim lib. 18. cap. 7. exhibuit, eam ſeri, ait folia habere multiplicia rotunda, ut & magna leguminum pars, ſolam ex leguminibus unicaulem eſſe (inter legumina ſola potiſſimum erecto caule conſtat Theophr. 8. hiſt. 3.) quadraginta diebus florere & alternis lateribus ſiliquari: at lib. 18. cap. 12. naſci tamen & ſua ſponte pleriſq; in locis, ſicut Septentrionalis Oceani Inſulis, quas ob id Fabarias (idem Plinius 4. hiſt. 13.)

appellari: item in Mauritania paſſim ſylveſtrem eſſe: meminit & Aegyptiæ ſpinoſo caule, folio amplo, capite papaveri ſimile, colore roſeo, &c.

I. Faba, Brunſ. Matth. Ang. Fuch. Tur. Cord. in Dioſcor. Geſn. hort. Lac. Lon. Caſt. Cam. ſativa, Lugd.
Faba vulgaris, Trag. Fuch. Cord. hiſt.
Phaſelus ſativus, Dod. gal. qui ſecutus Ericium Cordum, Fabam eſſe negat.
Bcona ſive Phaſelus major, Dod.
Faba major vulgaris, Ad.
Faba major recentiorum, Lob. hortenſis, Ger.

Variat flore & fructu: floris colore, qui vel ex purpura nigreſcit: vel candidus, lituris nigris conſpicuus, quas literas lugubres dicunt, ideò aliqui iis non veſcuntur: & harum eſus à Pythagora prohibitus, vel quia animæ mortuorum in ea ſint: vel quia exiſtimant ſenſus hebetare & inſomnia facere. Fructus magnitudine, figura & colore differunt: ſunt magnæ & inter legumina maximæ cenſentur, & quo majores eò magis in longitudinem depreſſæ: ſunt minores quæ rotundiores: in qualibet ſiliqua utplurimum ternæ, ad ſummum quinæ. Colore plurimùm candidæ, vel in candido pallentes, ex rubicundo colore purpuraſcentes, nigræ aut in nigro purpuraſcentes: & has Fabas nigras vocat, majores & minores facit, Cord. hiſt.

Fabæ duorum aut trium generum in inſula Madagaſcar reperiuntur: par. 4. Ind. or. cap. 1. Sic in Guinea varii generis, inprimis aliquæ delicatulæ & molles: par. 6. Ind. or. cap. 12. varia quoque genera in Anabonæ: par. 8. Ind. or.

II. Faba minor ſive equina.
Bcona ſive Phaſelus minor, Dod.
Faba minor, Ad. Lugd.

Fructus eſt teretis quodammodo figuræ, ac in rotunditate oblongus, colore ſubalbicans aut ſubflavus, alias nigro, umbilicum ſupernè parvum ac nigrum habens: medium quoddam genus inter majorem ac ſylveſtrem fabam: majoribus enim, minor & rotundior, ſylveſtribus verò major ac longior. Ex hac apud zelandos & finitimos panes fabaceos veterinis dant, & hæc in equorum (hinc Bconam equinam vocant) jumentorumque pabulum ſeritur, Dodon. At Sebuſiani ruſtici non alio pane veſcuntur, quam confecto ex paululo tritici, ſecale & rotunda minutataque faba, Lugdun.

III. Faba ſylveſtris fructu rotundo atro.
Faba ſylveſtris, Matth. Ad. Caſtor. Lugd. Tabern. Cam.
Phaſelus ſyl. & niger, Dod. gal. (quæ forte Faba eſt) Geſ. hor. (cui Phaſelus forte veterum) Lugd.
Bcona ſylveſtris, Dod.
Faba Græcorum ſylveſtris, Lob.
Piſa nigra, Camer.
Aracus, Fuchſii vulgo Vitia Romana, Cam.
Cucophicos Cretenſium nomine ſemen ex Creta, ab Honorio Belli accepimus, quod ex deciduo ſemine facilè regerminat.

IV. Faba Indica purgatrix.
Faba purgatrix, Monardi, Frag. Lugd. quoad deſcriptionem.
Phaſelus Peruanus, Petri de Oſma ad Monardem.
Fructus peregrinus undecimus, ſive Phaſeolus colore Macounæ ſimilis, Cluſ. exot. l. 2. c. 30.

V. Faba purgatrix latiſſima ex inſula D. Thomæ.
Phaſeolus major, Cluſ. ad Monard.
Cor Divi Thomæ, à forma & quod in Inſula D. Thomæ naſcatur, Eid.
Lobus craſſus ex Inſula S. Thomę, Cluſ. ex. l. 3. c. 8.
Phaſeolus novi orbis, Lob.
Phaſeolus Americanus purgans, Tab. Ger.
Faba purgatrix, Lugd. ico.

VI. Faba Indica prælonga.
Fructus 11. peregrinus, vel Phaſeolus ex ſpadiceo nigricans, Cluſ. exot. l. 2. c. 30.
Fructus peregrinus 11. tab. 3. Lugd. Tab. Ger.

VII. Faba arboreſcens: hujus differentias ſex in Prodromo propoſuimus, quas Fabæ arboreſcentis Anglicæ nomine Amſtelrodamo à D. Jacobo Guilelmi Hooft accepimus.

1. Faba arboreſcens rufa, ſinu ad baſin ſemicirculari uncias quatuor longa, tres lata.

2. Faba arboreſcens media, umbilico ſemicirculari, cortice nigro ſtriato.

3. Faba arboreſcens minor umbilico oblongo, cortice nigro.
an Faba arboreſcens Tilemanni, Cluſ. exot. lib. 3. cap. 6.

4. Faba arboreſcens umbilico oblongo ſpadiceo cortice.
an Phaſeolus peregrinus primus, Cluſ. exot. lib. 3. cap.

cap.7. qui & ſecundum priore minorem exhibet.

5. Faba arboreſcens ſcapulæ os referens, ſpadiceo cortice.

6. Faba arboreſcens unguis magnitudine nigro cortice.

an Phaſeolus peregrinus quintus, Cluſ.

IIX. Fabæ Braſilianæ.

Fabę genus pollicis craſsitudine à Barbaris Commanda-ouaſou appellata: Lerio deſcr. Braſil. c.12. Habent & alias fabas craſſas & minutas: par.3. Amer. ep. alt. de Braſil.

SMILAX HORTENSIS ſive DOLICHUS, ſive Phaſiolus.

Σμίλαξ κηπαῖα foliis eſt hederæ ſed mollioribus, cauliculis clavicularum inſtar propinquis fruticibus ſeſe implicans, ut operi topiario inſerviat, cujus fructus λόβια (quaſi ſiliquulas dicas) ſemina continet renibus ſimilia, non æquali colore, ſed ex parte ruffeſcentia, &c. Dioſcoridi lib.2. cap.176. Hæc ab Hippocrate, Diocle, Theophr. & plerisq; aliis δόλιχος vocatur: à nonnullis à ſiliquarum magnitudine λόβος & λόβιον: ab aliis φασήολος (à φασήλῳ ut aliqui volunt differens) Galeno 1. aliment. ſcribente. Dolichus Theoph. 8. hiſt. 3. Et Aëtius Smilacem hortenſem Dolichos eſſe & Phaſeoli genus, & ab omnibus Lobos nominari apertè docet. Φασίολος apud Dioſcoridem lib.2. cap.130. ſed ſine ullis notis habetur. Sunt tamen qui Smilacem hortenſem à Phaſiolis ſolum ſiliquis & ſemine differre cenſeant, quæ in Smilace majora ſint, ut Matthiolus voluit, qui pro Phaſiolo & pro Smilace hortenſi eandem pingere videtur, niſi quod pictura una recta, altera inflexa eſt: At Anguillara, phaſiolum & phaſelum non diſtinguit: auctor hiſt. Lugdun. aſſerit Galeno vocem Phaſiolum quatuor ſyllabis prolatam, à Phaſelo tribus ſyllabis pronunciato, diverſam eſſe, & de hoc cum Erviliis ſimul tractaſſe. Plinius lib.18. cap.7. Faſeolis folia venoſa tribuit.

Duplicem facimus, vulgarem alium, alium peregrinum: vulgarem, alium majorem, fructu longiore & renis formam melius referente, qui communiter candidus: alium minorem ſiliqua anguſtiore: diſtant etiam craſſitie & tenuitate. Hic variat floris & ſeminis colore: flores plerunq; candidi, pallidi, flaveſcentes, purpuraſcentes ſive amethyſtini, & ut Cordus in ſua hiſtoria cenſuit, floris colorem fructus ſequuntur. Verùm in ſemine fructùve major eſt coloris varietas, ſunt nivei, flavi, ex flavo obſoleti, purpurei, rubri latericei fere coloris, amethyſtini, violacei, atroviolacei, nigri, initio purpurei deinde atri: vel albi nigris venis & lituris diſtincti: item carnei & cinerei ſimilibus venis inſignes: item albi purpuraſcentes, orbibus albis variegati, vel ſpadicei nigris maculis aſperſis: nonnulli incani, atro colore, vel ab una parte, vel utrinq; notati.

Smilax hortenſis ſive Phaſeolus vulgaris.

I. Smilax hortenſis ſive Phaſiolus major.
Phaſelus, Brunfel.
Phaſeolus, Dodon. gal. Camer. vulgaris (vel Faba Turcica multicolor) Adv. Lob. Cluſ. pan. & hiſt. albus, Ger.
Smilax hortenſis, Brunfel. quoad deſcript. Trag. (cui & Siliqua Theoph.) Matth. (& Phaſeolus hortenſis) Fuch. Tur. Lac. Cord. in Dioſ. Geſ. hor. Lugd. Taber. (qui, ut & Gerardus, fructus duodecim generum pingit) Camer.
Smilax ſativa ſive lenis, vel Dolichus, Cord. hiſt.
Dolichos Theophraſti, Anguil.
Dolichus (ſive Phaſeolus) Dod. Lon.
Phaſeoli genus peregrinum, quos Phaſeolos Turcicos vocant, Cæſ.

II. Smilax hortenſis minor.
Dolichus alter, an Phaſeolus minor ſive Alexandrinus Tralliani, Dod.
an Phaſeolus, Turn.
Sola magnitudine à priori differt.

III. Smilax ſiliqua ſurſum rigente: vel Phaſeolus parvus Italicus.
Phaſeolus, Matth. albus, Lugd.
Phaſeolus, Phaſelus, Ang. Cord. in Dioſcorid. & hiſt.
Phaſilus, Cæſalp.

Flore eſt majore candido papilioni ſimili, foris in viridi colore palleſcente: foliis nullam aſperitatem habentibus: ſunt majores & minores: ſunt albi, ſubnigri, illi macula nigra, hi alba notati: eſt & minor albidus, cum orbita rubente aut nigricante.

Phaſeolus peregrinus.

Non minor ſanè varietas eſt in Phaſiolis ex America, Africa atque aliis regionibus, pro-

cul ab orbe noſtro remotis, quàm in his quæ in Europa naſcuntur: Sunt enim majores, minores, mira colorum varietate inter ſe diſcreti. Illorum nonnulli, aut prorſus candidi, aut flavi, aut cinericei, aut fuſci, aut atri, aut rubri, aut amethyſtini, aut variis coloribus non uno modo diſtincti: interdum albo & nigro, rubro & nigro, flavo & nigro: ſic alius ex flavo & ſpadiceo ſimul mixti coloris, at circa hilum candidus: alius roſeus, in quo rubri nonnihil elucet, &c.

I. Phaſeolus peregrinus hortenſi affinis, ſemine lato albo, multis nigris venis ſtriato.
Phaſeolus 1. ſive Africanus, Cluſ. pan.
Phaſeoli peregrini primi genus alterum, Cluſ. hiſt.
Phaſeoli magni lati albi, Lob. ico.
Phaſeolus Africanus, Cam.
an Ckindiger in Virginea, fabis Anglicanis ſimiles, planiores tamen & diverſorum colorum, nitida & maculoſæ: in deſc. Virgin.
Ckindiger in Virginea. par. 1. Ind. occid.

Ex Africa primum allatus.

Variat: ex nigro varius, prorſus niger, coloris tegulari m, ſtriis per longitudinem nigris.

II. Phaſeolus peregrinus primo ſimilis, fructu lato, albo, ſtriato.
Phaſeolus peregrinus 9. Cluſ. hiſt.

III. Phaſeolus peregrinus hortenſi affinis, fructu tumidiore minore niveo.
Phaſeolus peregrinus 2. ſive Phaſeolus de Guatimela, Cluſ. pan. (at icon habetur ſub Phaſeolo Purkircheriano 2.) & hiſt.
an Phaſeoli parvi pallido albi ex America delati, Lob. ico.

IV. Phaſeolus peregrinus Anagyridis fructui ſimilis, ex nigro ſubvireſcens.
Phaſeolus Ægyptiacus 5. Cluſ. pan. deſcr. at figura habetur ſub 3.
Phaſeolus peregrinus 5. Cluſ. hiſt.
Phaſeolus Ægyptiacus, Tab. Gerar. deſc.
an Dolichu, Bellonio.

V. Phaſeolus peregrinus Anagyridis fructui ſimilis colore rubeſcente.
Phaſeolus peregrinus 3. qui cum ſequenti Lobi Indici nomine ex Hiſpania miſſus, Cluſ. pan. quoad deſcriptionem: & hiſt.

VI. Phaſeolus peregrinus minore fructu, albo nigra macula inſignito.
Phaſeolus peregrinus 4. Alubias de Indias, Cluſ. pan. quoad deſcriptionem: & hiſt.
Phaſeolus albus, Lugd.
Phaſeoli pumiliones, albi & nigri, Cam.

Variat colore: eſt alius niveus nigra macula notatus: alius in lateribus nigris maculis ſignatus.

VII. Phaſeolus peregrinus anguſtifolius: an idem cum Smilace hortenſi minore.
Phaſeolus peregrinus, Dod. ſextus, Cluſ. hiſt.

Fructu eſt vulgari minore & planiore, coloris ſubrubri: ex Hiſpania Frizoles Guateli nomine miſſus.

IIX. Phaſeolus peregrinus anguſtifolius alter, fructu ex albo & nigro vario.
Phaſeolus peregrinus ſeptimus, Cluſ. hiſt.

Variat: nam in fructu ſtriæ, nunc in longitudinem extenduntur: nunc maculæ nigræ majores vel minores, confuſo ordine, aſperſæ: vel exiguæ albæ maculæ in lobo, vel ſolum in parte media conſpiciuntur.

IX. Phaſeolus peregrinus foliis minoribus, fructu exalbido, nonnunquam variegato.
Phaſeolus peregrinus octavus, Cluſ. hiſt.

Fructus, colore eſt ex albido: aliquando nigricantibus virgulis ſecundum longitudiné, vel confuſè notatur: interdum totus penè nigricat.

X. Phaſeolus peregrinus lobo & fructu nigro.
Phaſeolus peregrinus 10. Cluſ. hiſt.

XI. Phaſeolus peregrinus fructu variegato.
Phaſeolus peregrinus 11. Cluſ. hiſt.

Fructus planus dilutè rubens, nigris venis per longitudinem excurrentibus: aliquando maculæ magnæ vel exiguæ confuſè aſperguntur: interdum altera ſolum parte nigricat, parvis rubris maculis variegatus.

XII. Phaſeolus peregrinus fructu ſubrubente nigris ſtriis variegato alter.
Phaſeolus peregrinus 12. Cluſ. hiſt.

Aliquando plurimæ ſtriæ totum ferè atrum reddunt.

XIII. Phaſeolus peregrinus exalbidus cui columbini ferè figura, fuliginoſa macula inſignitus.
Phaſeolus tertius peregrinus, Cluſ. exot. l. 3. c. 7.

XIV. Phaſeolus peregrinus niger macula ſubalba notatus.
Phaſeolus quartus peregrinus, Cluſ. exot. l. c.

Phaſeolus Aethiopicus vel niger.

I. Phaſeolus Æthiopicus lobis nigris venis aſperſis, fructu atro ſplendente.

Phaſeo-

13. Haricot ...

Phaſeolus peregrinus 13. vel Æthiopicus, Cl. hiſt.

II. Phaſeolus Æthiopicus lobis flaveſcentibus fructu nigro.

Phaſeolus peregrinus 14. Cluſ. hiſt.

III. Phaſeolus Æthiopicus lobo ſaturo purpureo, fructu atro.

Phaſeolus peregrinus 15. Cluſ. hiſt.

Phaſeolus Guinenſis.

I. Phaſeolus Guinenſis fructu fuſco ſpadiceo.

Phaſeolus peregrinus 16. Cluſ. hiſt.

Sunt majores, ſunt & minores.

II. Phaſeolus Guinenſis lobo cortice nigro tecto & in cuſpidem longam & acuminatam deſinente.

Phaſeolus peregrinus Nigritarũ, Cl. exot. l. 2. c. 11.

III. Phaſeolus Guinenſis lobo ex fuſco cineraceo fructu nigro.

Phaſeolus Nigritarum 2. Cluſ. l. c.

IV. Phaſeolus Guinenſis lobo ex fuſco cineraceo, fructu ſpadiceo ſuperiore majore.

Phaſeolus Nigritarum 3. Cluſ. exot. l. c.

V. Phaſeolus Guinẽſis ſiliqua ulnæ lõgitudine.

Fabæ magnæ in ſiliquis, quarum aliæ ex arboribus pendent ad ulnæ unius longitudinem & palmi latitudinem, partim verſicolores ex rubro & nigro, quales Turcicæ vocatæ, ſed majores: partim albæ & rotundæ, quarum ſingulę ſuis ſiliquis inſunt, veluti Ciceres: par. 2. Ind. or. c. 4.

Phaſeolus Aegyptiacus ſive Lablab.

I. Phaſeolus Ægyptiacus nigro ſemine.

Phaſeoli genus Leplap ſive Lablab, Cluſ. pan.

Phaſeolus peregrinus Leblab, Cluſ. hiſt.

Phaſeolus niger Lablab vocatus, Alpin.

Eſt & niger & ſpadiceus, hilo albo.

II. Phaſeolus Ægyptiacus ſemine rufo.

Lablab alterum rufum Alpini, Cluſ. hiſt.

Phaſeolus Indicus.

I. Phaſeolus Indicus major bicolor.

Phaſeolus peregrinus Indicus, Cluſ. pan. & hiſt.

Phaſeolus 5. ſive Ægyptiacus, Cluſ. pan. icon.

Phaſeolus Ægyptiacus, Tab. Ger. icon.

Fructus eſt nuce portica paulo minor, parte ſuperiore niger, inferiore aureus.

II. Phaſeolus Indicus minor: eſt rubens, variegatus, fuſcus, maculatus.

III. Phaſeolus Indicus minor alter.

Mates, Cluſ. in Garz. & pan.

Phaſeolus Indicus alter [illegible] Cl. hiſt.

Fructus peregrinus 10. Cluſ. [illegible]

Fructu eſt purpureo, aut albis purpureisq; maculis diſtincto.

IV. Phaſeolus Indicus ruber.

Phaſeoli rubri Indiani duriſsimi, Lob. ico.

Eſt ruber, ex phœniceo croceus, ex rubro ſpadiceus ſplendens.

V. Phaſeolus Peruvianus ruber ſubrotundus.

Phaſeoli peregrini variorum generũ, Cluſ. exot. l. 2. cap. 13.

Hujus differentiæ aliquot: alius major, coloris ex atro rubentis, qua parte lobo adhęſerat longiore veſtigio nigro præditus: alter minor, ſatis craſſus, coloris rubri corallii æmuli: vel alter forma ſimilis, coloris magis ſaturo & ad puniceũ quodammodo vergente: tertius elegantiſsimus magis orbicularis, qui major & minor, color in utroque bifariam diviſus, media ex parte corallii inſtar rubet, altera ater, lævis & ſplendens eſt: & hic Anacok dicitur.

VI. Phaſeolus peregr. ex rubro & nigro diſtinctus.

Anacok, Cluſ. exot. l. 2. c. 11. & l. 3. c. 13.

VII. Phaſeolus peregrinus bifidus duplex: alter orbicularis cineracei coloris, tenui atra membrana: alter durus nigricans, tenui membrana alba tectus.

Phaſeoli alii peregrini, Cluſ. exot. l. 3. c. 14. qui & tertium addit, lævem, ſpadiceum, durum & ſolidum, Capotillo del Aldana nomine miſſum.

IIX. Phaſeolus Indicus ovatus: hic varius eſt colore: eſt niger, ſpadiceus umbilico albo, eoq; majore vel breviore: ſanguineus, hilo nigro.

IX. Phaſeolus orbicularis niger Americanus.

Parapar, Cluſ. exot. l. 2. c. 21.

Phaſeolus Americanus, vel Braſilianus.

I. Phaſeolus Braſilianus foliis molli lanugine obſitis, fructu magno.

Phaſeolus Braſilianus Macouna dictus, Cluſ. ad Monard.

Phaſeolus Braſilianus, Lob. Cã. Ger. tertius, Tab.

Phaſeolo Nigritarum ſimilis ex Pernambuco Americæ, ſpadicei coloris Macouna appellatione inſignitus, Cluſ. exot. l. 2. c. 6.

Et hic variat colore fructus: alius rufeſcit, alius dilutioris coloris, alius totus niger alius punctat⁹.

Similes ex cinereo candicãtes ex Africæ Mauritania [illegible] ſolo à Braſiliano differũt, Cl. Lug.

[illegible] olus Braſilianus alter fructu nigro [illegible]

[illegible] alter, Cl. ad Monad. Lob. Tab.

Phaſeolus alter Indicus, Lugd.

III. Phaſeolus Braſilianus vulgari ſimilis, ſed major & latior.

Phaſeoli genus è Braſilia, novi orbis provincia, Cluſ. ad Monardem.

Hic modo flavus, modo omnino niveus, modo dilutiore colore, modo ater, aut purpureus, aut albis purpureisq; maculis diſtinctus.

IV. Phaſeolus Braſilianus ſpadicei coloris & circa hilum fuſci candicantis.

Phaſeolus Braſilianus, Cluſ. exot. l.3.c.12.

V. Phaſeolus Braſilianus minor.

Phaſeoli parvi ex America, Lob. Lugd.

Phaſeolus Braſilianus primus, Taber.

Hujus magna varietas, quare fructus duodecim genera, Tabern. & Gerardus pingunt.

VI. Siliquulam anguſtam, vix uncialem, cui grana aliquot exigua, ſubviridia, cum hillo albo in medio, ut in Phaſeolis, ex India cum quibusdam aliis, Reverendus D. Terentius cum ſequenti inſcriptione miſit: Siliquula, ut & ſemen huic chartulæ involuta, eſt herbæ Anil, nec eſt ſpecies Glaſti, ſed legumen.

P I S U M.

Piſum, Græcis ὁ πίσος & τὸ πίσον vocatur, quod à πτίσσω derivatum videtur, quod decorticare ſignificat: pleriq; etiam λέκυθον dici putant, ſed impropriè: nam ex farina leguminum pulmentarium, λέκυθον dici à Græcis, Galenus in lib. de cibis boni & mali ſucci teſtatur. Piſum verò, a Piſa, loco in quo olim copioſiſſimè naſcebatur, nominatum dicunt. Hujus Dioſcorides non meminit, niſi fortè cum Phaſeolis comprehenderit: at Hippocrates, Theophraſtus, Galenus, Aegineta. Nam Theoph. 8. hiſt. 3. leguminum alia folium habent rotundum, ut Faba: alia oblongius ut Piſum, & hoc caulem humi procumbentem habet: & 8. hiſt. 5. ſemina ſiliquis incluſa, non interſepta, ſed quaſi invicem contingentia, conſiſtunt: & 3. cauſ. 27. vermes in ipſo generantur, ob alimenti cæliq; intemperiem, cum plus minúſve alimenti præbetur, aut aër immodicè humidus ſiccúſve eſt, vel etiam cum non tempeſtivè humeſcit. Plinius l.18.c.7. & 12. Piſi obiter meminit.

Genera duo ſunt: eſt majus & minus; majoris ſemina reſiccata anguloſa ſunt, inæquales angulos habentia, colore alias candido, alias ſordido: Minus ſimiliter duplex, aliud quod in hortis ſeritur, quod ſi pedamentis ſuſtentetur, majus eſt, alias exiguum fructum eumq; ſerius reddit: & illud eſt quod in agris ſeritur: flores habet ut plurimum candidos, aliquando tamen ex purpura obſcuros, fructus colore ut plurimum luteo (unde ὠχρὸς Græcis, à luteo ochræ colore, quem ipſius fructus medulla interior refert, dicitur) ſubinde virenti.

I. Piſum majus quadratum.

Phaſeoli primum genus, Trago.

Piſorum prima ſpecies, Dodon. gal.

Piſum majus, Dodon. Gerard.

Piſum anguloſum hortorum quadratũ Plinii, Ad.

Piſum quadratum Plinii, Lob. ico. Taber.

Piſa Italica grandia, Camer.

Piſum magnum peregrinum, Eyſt.

Fructus dum virent, rotundi ſunt: exſiccati anguloſi & cinerei fiunt: imò & candida & ſubflava, Lugd.

II. Piſum umbellatum: & Gerar.

Piſorum primum genus, Trag.

Piſum proliferum, Taber.

III. Piſum hortenſe majus.

Cicer arietinum & Piſorum alterum genus, Trag. Dod. gal.

Piſum majus, Matth. Fuch. Ang. Lon. Caſt.

Piſum minus, Dodon.

Piſum vulgatius majus, Ad. Lob. icon.

Piſum ramulare, Lugdun.

Piſeolus vulgo, q & Piſeoli viridis meminit, Ceſ.

Flore eſt purpureo, aliquando albo & vario, partim albo & partim ex purpura obſcuro. Fructu eſt rotũdo albo: eſt & rufo, aliquãdo rubro variegato.

Piſa quoq; alba in Braſilia habentur, quæ Commanda-miri nuncupant: Ler. deſcr. Braſ. c.12.

IV. Piſa Virginiana.

Wikonzówr, nos Piſa appellamus, ſapore & bonitate Anglicana ſuperant: deſ. Virgin.

V. Piſa Virginiana ſylveſtria.

Piſa ſyl. Anglicanis minora, eſui apta: deſcr. Virg.

VI. Piſum arvenſe.

Piſum, Brunf. Dod. gal. Turn.

Piſum agreſte, ſeu 3. genus, Trago.

Piſorum 3. ſpecies & minor quæ & Ervilia, Dod. gal.

Piſum minus, Matth. Lon. Dod. Caſt.

Piſum minus ex luteo vireſcens, Ad. Lob.

Piſum in arvis humi ſerpens, Lugd.

Ervilia ſive Ochrus, Eid.

Piſa vulgaria, Camer.

Piſum minus 1. & 2. Tab.

Flore

III = Pisum sativum, L. var. [illegible]

II = Pisum sativum, L. var. [illegible]

Flore eſt candido, vel diluti roſei coloris: fructu rotundo, albo, viridi, ex luteo virente, cinericeo, cæruleo: nigra habet Geſnerus, quæ ſapore, odore à communibus nil differunt, quæ

Piſa nigra Taber. nominat.

VII. Piſa ſine cortice duriore.

Piſa leptoloba, quæ ſimul cum folliculis comeduntur, Camer.

IIX. Piſum exoticum ochræ colore.

Piſum ochræ colore, Cluſ. exot. l.3. c.15.

IX. Piſum ſylveſtre perenne.

Piſum ſylveſtre, Ad. Cluſ. pan. & hiſt. Thal. Tab. (qui majus & minus pingit) Ger.

Piſum ſylveſtre Pannonicum, Cam.

Phaſeolus ſylveſtris, Lugd.

X. Piſum veſicarium fructu nigro, alba macula notato.

Veſicaria nigra ſive peregrina, Trag. Dod. gal.

Veſicaria ſive Halicacabum repens, Matth.

Halicacabum peregrinum, Fuch. Dod. Geſ. hor. Lugd. qui & Fuchſii & Matthioli figuram exhibet, Tab. (& Cardiſpermon) Cam. Ger.

Dorycnium & granum cordis, Cord. in Dioſc. & hiſt.

Solanum peregrinum, Lac.

Caput monachi, Geſ. hor. & collect.

Piſum cordatum, Ad. & cor Indum, Lob. Eyſt.

Faba inverſa recentiorum, Cæſ.

Veſicaria altera, Caſt.

Piſum Indicum.

I. Piſum Indicum majus.

Variat fructus colore nigro, ſubfuſco, variegato, umbilico eminente.

II. Piſum Indicum minus coccineum.

Piſa rubra ex novo orbe, Geſ. hor.

Piſum coccineum Americum, Lob.

Piſum Americanum, Lugd.

Phaſeolus ruber Abrus vocatus, Alpin.

Phaſeolus ex Ieme, Hon. Belli epiſt.5. ad Cluſ.

Phaſeolus Indicus, vulgò falsò Pœonia Indica: nomine Ginge & Abrus mittitur, Camer.

an Sandali rubri ſemina, Cæſ.

Vicia Africana, Cluſ. exot. l.4. c.15.

Fabarum genus quod Ægyptiis Abrus, par.2. Ind. or. cap.4.

Et hic major coccineus compreſſus: & minor coccineus nigra macula notatus, reperitur.

III. Piſum virulentum Chinenſe.

Fabarum genus quod Abrus Latinis, Conduri Malays, Saga Javanis, quibus pro ſoſis ponderibus utuntur, Linſcot. par.4. Ind. or. cap.8. & par.3. cap.29.

Sic Fabis rubris & nigris pro pōderibus in Guinea utuntur: par.2. Ind. or. c.18.

OCHRUS ſive ERVILIA.

Quæ Theophraſto 4. cauſ. plant. 2. ὦχρος à luteo Ochræ colore quem medulla referat nominatur, & Gaza Cicera reddit, Plinio l.18. c.7. & aliis Latinis Ervilia dicitur.

Duplex eſt, Sativa, quæ Piſum eſt minus, & Sylveſtris, de qua nunc.

Ochrus folio integro capreolos emittente.

Aracus, Matth. (cui & Aracus niger) Caſt. (addita Aphace figura) Cam.

Ervilia, Ang. ſylveſtris, Dod. ut:

Ochrus ſyl. ſive Ervilia, Ad. Lob.

Cicer ervinum quorundam, Lugd.

Iſopyron, Cæſalp.

Papulles Creticæ nomine, ſemen ab Honorio Belli miſſum: facilè germinat. Semina colore ſunt ſubluteo, alii pullo, etiam atro obſervarunt.

LATHYRUS ſive CICERCULA.

Legumen quod Græci λάθυρον appellant à Columella & Palladio Cicercula dicitur, de quo Theophraſt. 8. hiſt. Plutarchus in probl. Rom. ſcribit Pythagoricos averſatos eſſe fabas καὶ τὸν λάθυρον, καὶ τὸν ἐρέβινθον, ὡς παρωνύμους τοῦ ἐρέβους καὶ τῆς λήθης, ad etymon alludens. Verū λάθυρις herba ab hac diverſa eſt, de qua inter Tithymalos.

Duplex eſt: nam vel ſeritur vel ſponte provenit: Et in ſylveſtri differentia magna eſt, in foliorum latitudine & anguſtia: florum colore rubro, purpuraſcente, albo, flaveſcente: ſiliquarum longitudine, brevitate, hirſutie, & lævitate.

I. Lathyrus ſativus flore fructuq; albo.

Piſum Græcorum ſativum, Trago.

Ervum album Sativum, Fuch.

Lathyrus, Cicercula, Dod. gal.

Phaſcolus minor, aliquibus Ervum anguloſum, Cord. in Dioſc.

Ervum, Lacun.

Cicercula, Ang. Lon. Cæſ. Caſtor.

Aracus

Aracus alter ſive Lathyrus minor, Dod.
Lathyris anguſtiore gramineo folio, Ad.Lob.
Lathyris leguminoſa anguſtifolia, Tab.
Lathyrus ſativus anguſtifolius, Lugd.
Lathyrus alter flore albo, Camer.

II. Lathyrus ſativus flore purpureo.
Aracus ſive Cicera, Dodon.
Lathyrus flore purpureo, Cam.

Flores habet ex rubra purpura in puniceũ inclinantes: grana angulosa, alia obſoleta, nigroq; proxima.

III. Lathyrus ſylveſtris major.
Piſum Græcorum ſyl. Trag.
Ervum ſylveſtre, Fuchſ.
Cicercula, Turner.
Lathyrus ſylveſtris, Dod.ut: Cluſ.hiſt.Lugd.ico.
Mochi in Hetruria, Cæſalp.
Lathyris ſylveſtris, Eyſt.

Variat flore albo: nonnihil ex luteo palleſcente: eſt & rubente.

IV. Lathyrus major ſylveſtris alter.

V. Lathyrus ſylveſtris minor.
Catanance, Dod.gal.Geſ.hor. Lugd.
Ervum ſylveſtre, Dodon.herbariorum, Ad.Lob.

VI. Lathyrus latifolius.
Clymenum, Matth.Caſt.deſcr. Cluſ.pan.
Ervum ſativum, Cord.
Lathyrus ſylveſtris latifolius, Cam.
Lathyris Narbonẽſis latiore folio, Ad.Lob.Eyſt.
Lathyrus ſyl. major, ſive purpureus, Thal.
Ervilium, Cæſalp.
Cicercula ſylveſtris, Taber.

VII. Lathyrus anguſtifolius ſiliqua hirſuta.
Flore eſt cæruleo penè violaceo.

IIX. Lathyrus anguſtifolius ſemine maculoſo.
Aracus Hiſpan. ſive Lathyrus Ægyptiacus, Cam.
Cicercula Ægyptiaca, Cluſ.hiſt.
an Aracus, Ad.Lob.& Cicera, Lugd.

IX. Lathyrus anguſtiſsimo folio Americanus variegatus.
Orobi Americani nomine in horto meo crevit.
Lathyrus peregrinus è cæruleo purpuraſcente flore: & ſuaviter rubeſcens, Eyſt.

X. Lathyrus anguſtifolius humilior.
Ervum Monſpelienſium.

XI. Lathyrus ſylveſtris major anguſtiſsimo folio: in Prodromo deſcriptus.

XII. Lathyrus peregrinus foliis Viciæ: flore ſubcæruleo, pallidéve purpuraſcente: in horto meo crevit.

XIII. Lathyrus ſylveſt. luteus foliis Viciæ.
an Aracus flore luteo, Adver.
Legumen terræ glandibus ſimile, Dod.
Glandibus terreſtribus congener flore luteo, Cluſ.pan.
Lathyrus ſylveſtris floribus luteis, Thal.
Vicia, Taber.

XIV. Lathyrus arvenſis repens tuberoſus.
Apios, Trag.Fuchſ.Lugd.
Pſeudoapios, Matthiol.
Chamæbalanus, Dod.gal. Taber.
Ornithogalum purpureum, Cord.in Dioſc.
Aſtragalus, Tur.Penæ, Lugd.
Panis porcinus, Lonic.
Aſtragalus arvenſis, Thal.
Terræ glandes, Dod.Ad.Lob.Gerar.
Glandes terreſtres, Cluſ.pan. & hiſt.
Arachidna, Theophraſti, Colum.

VICIA & APHACA.

Galenus 2. aliment. ſcribit ab Aſianis ΒΙΚΙ'ΟΝ *dici legumen, eoq; ſolo nomine id vocari: Atticis verò* ἄρακον *aut* κύαμον. *Latinis Vicia nominatur à vinciendo, ut Varroni placet, quod item capreolos habeat ut vitis, quibus ſurſum verſus ſerpit ad ſcapum Lupini, aliumve calamum, ad quem ut adhæreat, eum vincire ſolet. Et hæc duplex eſt, Sativa & ſylveſtris.*

APHACAM legumen Dioſcorides l.2.c.178. ἀφάκην *nominat, quæ in arvis naſcatur, lente altior, ſiliquis lentium majoribus, in quibus ſemina terna, quaternáve, nigra lente minora. Theophraſto Aphaca duplex, altera olus eſt, de qua inter Intubacea: altera legumen, quod cum Lente & Piſo in leguminum genere 8. hiſt. 5. poſuit, & Plinius l.27.c.5. Theophraſtum ſecutus eſt: Galenus cum Vicia conjunxit.*

I. Vicia ſativa vulgaris ſemine nigro.
Ervum, Brunfelſ.
Orobus ſativus & Vicia major & 1. Trag.
Vicia, Anguil.Lonic.
Vicia, Græcorum Aphace, Cord. in Dioſc.

Semina alia nigricant, alia cinereum colorem obtinent.

II. Vicia ſativa alba.
Ervum candidum, vel Faba veterum, Trago.
Vicia alba, Anguil.

Vulgari

Vulgari piſo minus compreſſum & coloris pallidi.

III. Vicia maxima dumetorum.
Vicia ſylveſtris altera, vel 5. Aphace Dioſcoridis, Oſmunda Latinorum, Trag.
Cracca major, Taber.

IV. Vicia ſepium folio rotundiore acuto.
Orobus ſylveſtris, ſive Vicia major ſyl. & 2. Trag.
Aphaca, Matth. Ang. Geſ. hort. Caſt.
Aphace, Fuchſ.
Vicia, Dod. ut: Ad. Lob. Cluſ. hiſt. Cæſ.
Vicia ſylveſtris, Lonic.
Semen nigrum aut maculatum, craſsitie, rotunditate & amaritudine differt.

V. Vicia vulgaris acutiore folio, ſemine parvo nigro.
Vicia, Matthiol. Lac. Caſt.
Aphaca vera, Lugd.

VI. Vicia multiflora.
Galega altera, vel ſylveſtris, aut Germanica, Dod.
Galega ſylveſtris Dodonæi, Thal.
Aracus, Taber.

VII. Vicia Onobrychidis flore in Prodromo deſcripta.

IIX. Vicia ſylveſtris ſpicata.
Vicia ſylveſtris ſpicato flore, Cluſ. pan.
Vicia ſylveſtris ſecunda, Cluſ. hiſt.

IX. Vicia ſylveſtris hirſuta incana.
Vicia ſylveſtris flore albo, Cluſ. pan. & hiſt.

X. Vicia ſyl. lutea ſiliqua hirſuta nondum deſcripta, Mõſpelii collecta & Norimbergæ à Doct. Doldio Ciceris aut Piſi nomine miſſa.

XI. Vicia lutea foliis convolvuli minoris.
Aphace Dioſcoridis, Gal. Plinii, non Theoph.
Pitine Theophraſti, Ang. Cam. (Dod. ut:
Aphaca, Ad. Lob. Cæſ. Camer.
Orobanche leguminum, Lugd.
Elatine 3. Taber.

ARACHUS ſive CRACCA.

FRumentorum vitium quoque eſt, quod Græci ἔγχρον Theoph. 8. hiſt. 10. (rem ſcabram & duram dicit, quæ in lente naſcatur) nominant. Ruellius Craccam appellari refert. Differt ab Aphaca & Vicia potiſſimum ſemine: nam Craccæ ſemina exquiſitè rotunda, nigra: & ut Galenus inquit, Ervo minora. Aphaces verò & Viciæ ſemina, nõ rotunda, ſed aliquando latiora, veluti Lentium, teſte Galeno 1. aliment. facult.

I. Vicia ſemine rotundo nigro.
Vicia minor vel 3. Trag.
Arachus, Dod. gal. Geſ. hor.
Craccæ primum genus, Dodon.
Aracus, Araca & Cracca major, Ad. Lob.
Arachi primum genus Dodonæi, Thal.
Flores parvi & purpurei.

II. Vicia ſegetum cum ſiliquis plurimis hirſutis.
Vicia minima vel 4. Trago.
Arachus altera, Dod. gal. Thal.
Aracus ſive Cracca minima, Ad. Lob.
Craccæ alterum genus, Arachis potius, quàm Arachus, Dodon.
Arachus, Lugdun.
Cracca minor, Taber.
Floſculi in parvis ſpicis candiduli, ſemina incana ac ſubalbida.

III. Vicia ſegetum ſingularibus ſiliquis glabris.
Floſculi parvi candiduli, ſinguli ſingulis pedicillis inſidentes.

IV. Viciola flore luteo ſemine nigro.
Aracus, Cæſalp.

ARACHYDNA.

QUædam ſcribit Theophraſtus 1. hiſt. 11. ex radicibus plures differentias præter prædictas ſortiuntur (οἷον τῆς ἀραχίδνης καὶ τὸ ὁμοίον τῷ ἀράκῳ) h. e. ceu Arachidnæ radix, ejusq́; quod ſimile eſt Araco: ambæ namque fructum non minorem ſuperno afferunt, &c. neutrum aut folium, aut folio ſimile quicquam gignit, utrumque potius velut ὑπόκαρπον eſt, h. e. infra ſupraq́; terram fructum edit. Plinio l. 21. c. 15. Aracidna & Arachos (potius Arachoides) &c. Vox hæc ἀραχίδνη compoſita videtur: ἄρακος enim Cicerculæ ſpecies eſt, quam hæc folus & fructu refert: ὕδνον verò tuber ſignificat, cujuſmodi ſimilitudinem quandam radices habent.

I. Viciæ ſimilis ſupra infraque terram fructum edens.
Arachidna Cretica, Belli: quo nomine totam plantam tranſmiſit.
Arachidna Cretica an potius Aracoydes Theophraſti, Ponæ.

Araco ὅμοιον Theophraſti an? Cluſ. ex l.4. c.16.

Variat ſemen in ſiliquis ad radicẽ, in aliis nigerrimum, in aliis Orobo ſimile, in aliis variegatum.

II. Junſa, planta quæ in Angra inſtar frumẽti ſeritur, ad cujus radices grana rotunda piſi magnitudine, piſtaciorum ſapore: Linſc. par. 8. Ind. or. c.6.

LENS.

LENS & Lenticula, φακὸς Dioſcoridi l.2. c.129. Theoph. & φακῆ dicitur, etſi aliquibus φακὸς lentem crudam: φακῆ verò & lentem, & lentem coctam, & ipſum ex lente pulmentum ſignificet. Dicitur autem Etymologico quaſi φαοκακὴ, ut ſit ἡ τὰ φάη κακοῦσα: oculorum enim aciem hebetare Dioſcorides aſſerit. Aliis φάκος ab utre qui ſuit ἄσκος, metatheſi & mutatione unius elementi. Latinis Lens quaſi lenis dicta: nam ut Plinius l.18. c.12. ea veſcentibus, æquanimitatem fieri apud auctores ſe inveniſſe ſcribit.

Genera: duplex eſt, arvenſis & paluſtris: hic de arvenſi tantum, cujus plura genera Theoph. l.6. Plinio l.c. duo ſunt lentis genera in Aegypto, alterum rotundius nigriusq;, alterum ſua figura, unde vario uſu translatum ſit in lenticulas nomen. Recentioribus colore & magnitudine differunt: ſunt enim albi majores & gratiores: ex luteo pallidi: cinerei: ruffi minores & deteriores: ſic flores albis, candidi: cinereus, purpuraſcentes.

I. Lens vulgaris.
Lens, Brunſ. Fuch. Dod. gal. Cord. in Dioſc. Lon. Ad. Tab.
Lens vulgaris ſive agreſtis, & Lenticulæ primum genus, Trago.
Lens minor, Lob. Dod. Lugd. Cam. epit. Ger.

Flos in candido purpuraſcit: grana alia ſubruffa, alia ex luteo pallida, nonnulla ex cano albóve fuſca & nigricantia.

II. Lens major.
Lens ſativus & Lenticulæ alterum genus, Trago.
Lens, Matth. Ang. Lob. Cæſ. Caſt.
Lens major, Geſ. hor. Tab. Ger.
Lens Italica, Camer.

Hoc candidius & majus priore: Matthiolo tamẽ albũ minus eſt & quod cinereo colore, orbe paulo majore eſt.

III. Friſoles & Palaros peculiare herbarum genus nuncupant, quas eo ferè loco habẽt quo nos Piſa, Lentes & Fabas: Joſeph. Acoſta l.4. c.19.

SECTIO QUARTA.

De Leguminibus Capreolis carentibus.

OROBUS ſive ERVUM; CICER; LUpinus; Fœnumgræcum.

OROBUS ſive ERVUM.

Ὄροβος Græcis, Ervum Latinis: Græcorum vocem quidam deducunt παρὰ τὸ ἐρέπτεσθαι ὑπὸ τῶν βοῶν, quòd boves eo veſcantur & ſaginentur. Dioſcoridi l.2. c.131. frutex eſt exiguus, folio anguſto, tenuis, in ſiliquis parva gerens ſemina: & ut Theophraſtus 9. hiſt. 22. fructu rotundo modo piperis. Plinius l.18. c.15. Ervum vocat & cum Vicia conjunxit.

Genera duo, ſativum & ſylveſtre: illud duum generum, candidum & rufum: Galenus tertium addit, nempe pallidum, inter priora medium: eſt & quartum Creticum, quod ſemine minore eſt.

I. Orobus ſiliquis articulatis ſemine majore.
Orobus ſive Ervum, Matth. Geſ. hor. Ang. Cord. in Dioſcor. Lugd.
Cicer ſativum, Dodo. gal.
Ervum, Geſ. hor. Guil. (ſive Mochus) Caſt. Tab. verum, Camer.
Mochus ſive Cicer ſativum, Dodon.
Orobus receptus herbariorum, Ad. Lob. Ger.

Flores ſubpurpuraſcentes, aliquando candicãtes.

II. Orobus ſemine minore.
Orobus Creticus, Matth. Lugd.

III. Orobus ſemine obtuſo triangulo.
Cicer orobæum Theophraſti, Ad. Lob. Lugd.

Semen eſt Orobo duplo majore, albido, pallente aut ſubfulvo, & ab Orobo nigredine potiſſimum diſtans.

CICER.

CICERIS qui ἐρέβινθος Græcis, genera duo Dioſcoridi l.2.c.126. ſativum & ſylveſtre: ſativi genus alterum κριὸς (arietinum reddunt, quia κριὸς arietem ſignificat) appellatur Theophraſto 8.hiſt.5. Cicer & magnitudine & ſapore, & colore, & forma pleraſque differentias oſtendit, οἷον κριοὶ ὀροβιαῖοι, καὶ οἱ ἀνὰ μέσον: ἔτι πάντα δὲ τὰ λευκὰ γλυκύτερα: h. e. veluti Arietinum, Orobæum ſive ervinum, & inter hæc medium: præter hæc omnia ſunt alba dulciſſima. Galeno 6.ſimpl. duplex, Arietinum & Orobæum. Plinio l.18.c.12. eſt arietinum, quod album eſt & nigrum (in arietino candidum eſſe Dalechampius in Plinium, negat) eſt columbinum, quod & venereum dicitur, & eſt candidum: eſt & dulciſſimum quod Ervo ſimilimum eſt. At Matthiolo, eſt Columbinum, quod candidum: eſt Venereum, quod rubrum: eſt Arietinum, quod nigrum & cæteris majus eſt. Anguillaræ tres ſunt ſpecies, albi, rufi, arietini: albi duplices ſunt arietini & ervini: arietini capiti arietino ſimiles, ervini leves ervi ſemini ſimiles: ex Galeno 9. de compoſ. medic. ſecundum loca. Rubei ſimiliter duplices, arietini & ervini. Nigri ſimplices ſunt ſolo colore ab aliis differentes.

I. Cicer ſativum.
Cicer, Brunf. Matth. (cui & domeſticum) Tur. Cord. in Dioſ. Lac. Cæſ. Caſt. Tab.
Ciceris altera ſpecies, Trago.
Cicer nigrum, Fuch. ſeu arietinum, Cord. hiſt.
Cicer arietinum. Dod. ut:
Cicer rubrum & album, Lonic.
Cicer ſativum, Lugd. Ger. ſive arietinum, Geſn. hor. Ad. Lob.

Flores candidi, aut ex purpura rubeſcentes: ſemina alba, vel ex candido palleſcentia: purpurea vel rubra, ruffave: nigra vel ex ſaturo rubente purpura nigra.

II. Cicer exoticum.
Cicer Nigritarum, Cluſ. exot. l.3.c.16.

Semen vel album, vel nigrum, vel rubens, vel ex albo & rubro variè diſtinctum.

Cicer ſylveſtre.

I. Cicer ſylveſtre, foliis oblõgis hiſpidis majus.
Cicer ſylveſtre, Matth. Ang. Dod. gal. Lugd. Caſt. Cam. Ger.
Cicer ſyl. herbariorum, Ad. Lob.
Cicer ſyl. primum, Dod. Lugd. Tab.
Cicer ſyl. majus, Thal. qui & medium habet.

Semen parvum flaveſcens: at in hiſt. Lugdun. parvum nigrum compreſſum.

II. Cicer foliis oblongis hiſpidis minus.
Cicer ſyl. minus, Thal.

III. Ciceri ſyl. minoris affinis ſi non idem. an Glaux, Anguill.
Glaux, Cluſ. hiſp. Lob. Lug. Tab. Dioſcoridis, Ger.
Glaux Hiſpanica, Cluſ. hiſt.
Anthyllis altera lutei ſimilis, Dodon.

Illius flores lutei, hujus purpuraſcentes vel cærulei.

IV. Cicer montanum lanuginoſum erectum.

V. Cicer montanum ἄκαυλον: utrumque in Prodromo deſcribitur.

VI. Cicer ſyl. latifolium triphyllon.
Cicer ſylveſtre, Geſ. hor. Penæ, Lugd. latifolium, Ger.
Cicer ſyl. alterum, Dod. Tab. Lugd.
Cicer ſyl. verius, Ad. Lob.

Et Ciceris ſylveſtris tertii ramoſi meminit Dodonæus, quod cum priore ſi non idem, certè ab eo parùm differt.

LUPINUS.

LUPINUS θέρμος Dioſcoridi l.2.c.132. Theophraſto pluribus in locis & Græcis cæteris. Lupinorum appellatio non aliunde ducta videtur, quàm quod ſicut lupus terram appetit, & in fame terra veſcitur: ita Lupinus tellurem, ut Plinius l.18. c.14. ait, adeo amat, ut quamvis frutectoſo ſolo conjectum, inter folia vepreſq; ad terram tamen radice perveniat. Vel ita dictus videri poteſt, velut lupis expoſitus & relictus, ex eo quod (ut idem Plinius) impune jaceat, vel derelictus, ſi non protinus imbres ſecuti obruant, ab omnibus animalibus amaritudine ſua tutus.

Genera duo Dioſcoridi, Galeno & Plinio: ſativus & ſylveſtris.

I. Lupinus ſativus flore albo.
Lupinus, Brunf. Trag. Matth. Fuch. Lac. Cord. in Dioſc. Lon. Cæſ. Tab. communis, Geſ. hort.
Lupinus albus, Fuchſ. Tur. Camer. albo flore, Cluſ. hiſtor. vulgaris, Eyſtett.
Lupinus ſativus, Ang. Dod. ut: Cord. hiſt. Ad. Lob. (cui & Faba ficulnea Germanis à folio) Caſt. Lugd. Ger.

II. Lupinus ſyl. flore cæruleo.
Lupinus ſyl. Matth. Ang. Dod. ut: Lugd.
Lupinus ſyl. ſegetum flore purpureo, Ad. Lob.
Lupinum flore cæruleo, Cluſ. hiſt. Ger. ſylveſtris flore cæruleo, Geſ. hort. Cam.
Lupinus ſyl. floſculis è cæruleo purpureis, Cam. epit.
Lupinus minor, Tab.
Lupinus ſyl. anguſtifolius fl. cæruleo, Eyſt.
Flos ex purpura cæruleus, aut ſubrubens, vel roſeo colore ruffeſcens.

III. Lupinus ſylveſtris flore luteo.
Lupinus ſyl. luteus, Dod. gal. odoratus, Eyſt.
Lupinus Hiſpanicus flore luteo, Geſ. hor.
Lupinus flore luteo, Lob. Cam. in Matth. Ger.
Lupinus luteus, Tab. Cam.
Lupinus flavo flore, Cluſ. hiſt.

IV. Lupinus peregrinus major vel villoſus cæruleus major, in Prodromo deſcribitur.
Lupini Indici, etiam Cretici nomine accepimus.
an Lupinus albus maximus, cujus flos antequam aperiatur ſubcæruleus, intus verò albus, Cam.
an Lupini genus quartum, Cluſ. hiſt.
Lupinus ſativus major, & Lupinus Æthiopicus quorundam, Eyſt.
Huc referatur
Lupinus exoticus fl. albo, colore floris tantùm ab illo varians, Eyſt.

V. Lupinus peregrinus pentaphyllos.
Lupinus Arabicus ſive pentaphyllon peregrinũ, Ponæ ital.

VI. Lupinus peregrinus minor ſive anguſtiſſimo folio.
Lupini Africani nomine accepimus, & ſub Lupino minimo in Prodromo deſcripſimus.

FOENUM GRÆCUM.

FOENUMGRAECUM, τῆλις Dioſcoridi l.2.c.124. Theoph.3.hiſt.17. cui & βούκερως 8.hiſt.8. κεράτιτις & αἰγόκερως Græcis, quarum appellationum major pars à ſiliquarum ſimilitudine deſumpta eſt, quæ corniculis ſimiles ſunt: ut ceratis, à cornu: ægoceros, à caprini, bouceros à bubuli cornu ſimilitudine: quare Columella l.2.c.11. ſimpliciter ſiliquam, Varro Siliculam, Plinius l.18.c.16. Siliciam, & l.25.c.ult. Fœnugræcum vocavit.

Genera: unius veteres meminere, recentiores ſativum & ſylveſtre faciunt.

I. Fœnumgræcum ſativum.
Fœnumgræcum, Trag. Matth. Lac. Tur. Lon. Ad. Lob. Dod. Caſt. Cæſ. Cam. Alpin.
Fœnumgræcum ſativum, Ang. Lugd.
Fœnogræcum, Dod. gal. Fuch. Cord. in Dioſc. & hiſtor.
Siliqua vel Fœnogræcum ex quo farinam, item vinum mulſi ſapore conficiunt: par.7. Ind. occid. c.8. & 11.

II. Fœnumgræcum ſylveſtre.
an Fœnumgræcum alterum quod ſponte naſcitur, Ang.
Fœnumgræcum ſyl. Dalechampii, Lug.

III. Fœnumgræcum ſylv. alterum polyceration.
Fœnumgræcum ſylveſtre, Lob. Cam.
Fœnumgræcum ſyl. alterum, Dod. Lugd.
Hedyſarum minimum, Lugd.

SECTIO QUINTA.

HEDYSARUM ſive SECURIDACA; FERRUM EQUINUM; Polygala; Ornithopodium; & Tribulus terreſtris.

HEDYSARUM ſive SECURIDACA.

HΔύσαρον & πελεκῖνον Græci vocant, quam Latini Securidacam (vel ut Turnebus legendum cenſet Securiclatam) à ſeminis figura, πέλεκυς enim ſecurim ſignificat: Sic enim Dioſcorides l.3.c.146. Hedyſarum, quod unguentarii Pelecinum, ſemen rufum in ſiliquis corniculorum modo aduncis, quòd ancipitem ſecurim æmulatur, unde nomen accepit. Apud Theophraſtum 8.hiſt.10. Gaza Securinam (ſecuri ſimilem) reddidit: & Plinius l.18.c.17. Securidaca quam Græci à ſimilitudine Pelecinum vocant.

Genera: Dioſcorides unius meminit: at recentioribus aliquot differentiæ ſunt.

I. Securidaca lutea major.
Securidaca major, Matth. Caſt.
Securidaca, Anguil. Cæſ. vera, Cluſ. hiſt.
Securidaca ſecunda, Dodon. gal.

Peleci-

Pelecinus, Geſn.hort.
Hedyſarum, Geſ. hor. Lac. Lon. ſive Securidaca major, Ad.Lob.
Hedyſarum majus, Lugd.(qui ſub 1.& 3. Dodonęi quoque exhibet) Cam.
Hedyſarum 1.Dodon.legitimum, Cluſ.pan.
Floribus eſt luteis: Matthiolo flores dilutè purpuraſcunt.

II. Securidaca lutea minor corniculis recurvis.
Securidaca minor, Matth.Ad.Lob.Caſt.Cam.
Hedyſarum alterum, Dod.Lugd.
Hedyſarum minus, Lugd.
Securidacæ ſimilis quędam, Cæſalp.
Aſtragalus Monſpeliacus, Cluſ.hiſp.& hiſt.icon.

III. Securidaca ſiliquis planis utrinque dentatis.
Securidaca peregrina, Cluſ.hiſt.
Scolopendria leguminoſa, Cortuſo.

IV. Securidaca dumetorum major flore vario ſiliquis articulatis.
Melilotus quinta, Trag.
Vogelwicken / Lonicer.
Ornithopodium 2.vel quoddam majus, Dod.
Securidaca altera, vel alterius prima ſpecies, Cluſ. pan.& hiſt.
Hedyſarum purpureum, Taber.
Loto enneaphyllo non diſsimilis, Lugd.
Hedyſarum ſcorpiuron, Camer.
Securidacæ alterum genus, Cæſ.
Hedyſarum majus, Ger.
Variat flore: aliquando floris folia ſuperiora dilutè rubent, laterum alæ niveæ ſunt, roſtrum purpureum: aliquando totus candidus eſt, vel exalbeſcit, vel intenſius purpuraſcit.

V. Securidaca dumetorum minor pallidè cærulea.
Securidacæ ſecundæ altera ſpecies, Cluſ. pan. & hiſtor.
Securidaca Dioſcoridis Penæi, Eidem.

FERRUM EQUINUM.

A Siliquarum figura, planta hæc Solea vel Ferrum equinum nominatur: aliquibus verò ab effectu, quòd equi qui diu plantam hanc virentem calcaverint, ferreis ſoleis exuantur. Sunt qui ad Securidacam, alii ad Lunariam, alii ad Medicam referant.

I. Ferrum equinum ſiliqua ſingulari.
Ferrum equinum, Matth.(cui & Securidaca montana, Geſ.hor.Lob.Ger.
Medicæ ſpecies, Geſ.hort.
Sferro cavallo, Ad.Cæſ.Camer.
Lunaria minor, Caſtor.
Solea equinea, Lugd.cum duplici figura.
Hedyſarum ſive ferrum equinum, Tab.
Ferrum equinum vulgare ἱππυκέρατον, Colum.

II. Ferrum equinum ſiliqua multiplici.
Ferrum equinum alterum πολυκέρατον, Colum.

III. Ferrum equinum Germanicum, ſiliquis in ſummitate.
Sferra cavallo ſyl. Germanicum, Camer.
Hedyſarum minus, Tab.
Hedyſarum glyzyrrhizata, Ger.
Ferrum equinum capitatum ſive comoſum, Col.

IV. Ferrum equinum Gallicum, ſiliquis in ſummitate.
Lotus enneaphyllos, Lugd.
Hoc priore per omnia minus eſt, ſiliquis eſt paucioribus & minoribus.

V. Ferro equino Gallico affinis.
Aſtragalo perſimilis palmaria puſilla planta, Ad. Lob.
Floribus eſt luteis, aliquando albis.

POLYGALA.

Πολύγαλον Dioſcorides l.4.c.142. frutex brevis, palmum altus, foliis lenticulæ, guſtu ſubacerbus: potus lactis abundantiam facere creditur. Et Plinio l.27.c.12. Polygala, &c.

I. Polygala major Maſsiliotica.
Polygala, Matth.Lugd.Tab.
Aſtragaloides herbariorum, Lob.
Aſtragalus fortè Matthioli, vel jam demum Polygala ejuſdem, Eidem.
Polygala Valentina 2. Cluſ. hiſp. & hiſtor. qui & 3.addit.

II. Polygala altera.
Polygala Valentina prima, Cluſ.hiſp.& hiſt.Lug. Taber.
Coronilla ſive Colutea minima, Lob.
Colutea ſive Polygala Valentina, Ger.
an Polygala, Anguil.

ORNITHOPODIUM.

Ornithopodium id eſt avis pes à ſimilitudine, quam ſiliquæ aduncæ cum pedibus parvæ aviculæ habent, dicitur: quod veteribus incognitum, niſi forte ad Polygalon Dioſcoridis lib. 4. c. 142. referatur.

I. Ornithopodium majus.
Ornithopodium, Dod. ut: Geſ. hor. Ad. Lob. Lug. minus, Cam.
Polygala, Geſ. hort.

II. Ornithopodium minus.
Ornithopodium perpuſillum, Ad. Lob. Lugd.

III. Ornithopodium radice tuberculis nodoſa.
Ornithopodium tuberoſum Dalechampii, Lug.

IV. Ornithopodio affinis hirſuta Scorpioides.
Scorpioides leguminoſa, Ad. Lob. Lugd,

V. Ornithopodio affinis hirſuta, fructu ſtellato,
Arturo, Cortuſo.
Stella leguminoſa, Lob. Lugd. Caſt. Tab.
Vicia ſeſamacea Apula, Colum.

TRIBULUS.

Τρίβολος tribulus Latinis dicitur, quod ſiliqua plantaq; muricata ſit: & ut Theophraſtus 6. hiſt. 5. Tribulo peculiare eſt quod integumentum fructus aculeatum gignit.

Genera duo ſunt Dioſcoridi l. 4. c. 15. alterum terreſtre, alterum aquis familiare: terreſtris Theophraſto genera duo, unum folium ciceris habet, nullis ſpinis aculeatum, alterum foliis eſt ſpinoſis. At Plinio l. 22. c. 10. Tribuli unum genus in hortis, alterum in fluminibus: & l. 21. c. 16. Tribulo uni cicerculæ folia, alteri aculeata.

Tribulus terreſtris Ciceris folio fructu aculeato.
Tribulus terreſtris, Matth. Cord. in Dioſcor. Geſ. hort. Lac. Tur. Dod. Ad. Cluſ. hiſp. & hiſtor. Lob. Cæſ. Lugd. Caſt. Cam
Tribulus Theophraſti, Ang.

SECTIO SEXTA.

ONOBRYCHIS; ASTRAGALUS; OROBUS SYLVATICUS; GALEGA; GLYZYRRHIZA.

ONOBRYCHIS.

Ὀνοβρυχὶς ab aſini ruditu nomen obtinuit; Latinis ſimiliter Onobrychis dicitur. Dioſcorides l. 3. c. 152. & Plinius l. 24. c. 16. folia lentis paulo longiora, caulem dodrantalem, florem puniceum, radicem parvam tribuunt. Ad Onobrychidis claſſem ſubſequentes plantas, tanquam illi quodammodo affines, authores referunt.

I. Onobrychis foliis Viciæ fructu echinato major.
Viciæ ſyl. alterius ſecunda ſpecies, Dod. gal,
Onobrychis, Lac. Dod. Cluſ. pan. & hiſtor. Thal. Tab. Ger.
Glaux vel Onobrychis, Geſ. hor.
Polygalon Rhæticum, Geſ. hor. app.
Caput gallinaceum Belgarum, Ad. Lob,
Lupinus ſyl. ruſticis, Cæſ.
Polygala multorum, Lugd,
Onobrychis Dodonæi fl. rubro, Eyſt.
Flores communiter dilutè rubent, aliquando eleganter rubent: reperiuntur & albi coloris.

II. Onobrychis fructu echinato minor: ſub Capite gallinaceo minore in Prodromo deſcribitur.

III. Onobrychis ſemine clypeato aſpero major.
Onobrychis altera, Dodon.
Hedyſarum alterum clypeatum, Lob. Lugd.
Securidaca clypeata, Camer,
Hedyſarum clypeatum flore ſuaviter rubente, Eyſtett,

IV. Onobrychis ſemine clypeato aſpero minor: in Prodromo ſub 1. deſcribitur.

V. Onobrychis ſemine clypeato lævi: ſub 2. in Prodromo exhibetur.

VI. Onobrychis incana foliis longioribus: vel 3. in Prodromo.

VII. Onobrychis incana foliis rotundis.
Onobrychis quorundam, Cluſ. hiſp,

IIX. Onobrychis ſpicata flore purpureo.
Onobrychis prima, Cluſ. pan. & hiſt. Tab.

IX. Onobrychis ſpicata floribus pallidis, nigris radiis notatis.

Onobry-

Onobrychis 3. Cluſ. pan. & hiſt. Tab. Ger.

X. Onobrychis floribus Viciæ dilutè cæruleis.

Onobrychis 2. Cluſ. pan. & hiſt. Tab. Ger.

Flores dilutè cærulei, vel ex cæruleo purpuraſcentes.

XI. Onobrychis floribus Viciæ majoribus cæruleo purpuraſcentibus: vel foliis Tragacāthæ.

Onobrychis quarta, Cluſ. pan. & hiſt. Tab.

Onobrychis montana 4. Ger.

XII. Onobrychis tragacanthæ foliis floribus in globum congeſtis.

Onobrychis quinta, Cluſ. pan. & hiſt.

XIII. Onobrychis montana ſiliquis oblongis nigris Viciæ ſimilibus.

Onobrychis, Cæſalp.

Duplex eſt, altera anguſtioribus foliis flore rubente coralli modo: altera latioribus flore purpureo: utraque ſiliquis nigris longis.

ASTRAGALUS.

Ἀστράγαλος Latinè etiam Aſtragalus Dioſcoridi l. 4. c. 57. frutex parvus eſt, & foliis & ramis Ciceri ſimilibus, flores purpurei parvi: radix rotunda raphani modo grandis &c. Plinio l. 26. c. 8. Aſtragalus folia habet longa, inciſuris multis obliquis circa radicem: caules tres aut quatuor foliorum plenos, florem hyacinthi: radices villoſas, implicatas, rubras, præduras.

I. Aſtragalus Syriacus hirſutus.

Aſtragalus Syriacus, Lob. Lugd. Tab. Ger.

an Aſtragalus, Ang. Cæſalp.

an Aſtragalus Dioſcoridis, vulgo Chriſtianæ radix, Rauwol. & Lugd.

Flos cæruleo purpureus, Ang. flores magni & rubri, Lob. flos ſanguineus, ſiliquæ corniculis ſimiles rubentes, Cæſalp. flos purpureo, fuſco & cæruleo diſtinguitur, folliculi coluteæ modo flatu diſtenti ſemen continent, Rauwolf.

II. Aſtragalus Bœticus lanuginoſus radice ampliſsima.

Aſtragalus forte primus, Cluſ. hiſp. Lugd.

Aſtragalus Luſitanicus Cluſii, Lob. Tab. Ger.

Aſtragalus Bœticus, Cluſ. hiſt. & cur. poſt.

Phaſeolus peregrinus Belli, Cluſ. cur. poſt.

Phaſioli novum genus, Belli in epiſt. 5. ad Cluſ.

an Apocynum Amati Luſitani.

III. Aſtragalus alpinus Helveticus.

Aſtragalus alpinus & 2. Cluſ. hiſp. & hiſt.

Polygala, Camer. epit.

Cicer aſtragaloides Ponæ.

IV. Aſtragalus alpinus magno flore.

Anthyllis claviculata, Lugd.

Flos in noſtra eſt ex cæruleo purpuraſcens: at Lugd. hiſt. ſuæ flores luteos aſcribit.

V. Aſtragalus villoſus floribus globoſis.

Aſtragalus purpureus, Lugd.

Aſtragalus 3. Cluſ. hiſp. & hiſt.

Huic affinis ſi non idem

Aſtragalus Monſpelienſium, Cluſ. hiſp. & hiſt.

VI. Aſtragalus ſylvaticus foliis oblongis glabris.

Aſtragalus, Cord. in Dioſc. & hiſt.

Aſtragalus ſylvaticus, Thal.

Cicer montanum, Cordi ſchol. & Cam. ad Thal.

VII. Aſtragalum Matthiolus in editione ſecunda propoſuit, in ultimis verò retractavit: eandem figuram Lacuna, Lonic. & Lug. propoſuere: an forte ejuſdem Pſeudoapios.

OROBUS SYLVATICUS.

I. Orobus alpinus latifolius in Prod. deſcriptus.

II. Orobus ſylvaticus purpureus vernus.

Phaſeolus ſylvarum, Lugd.

Orobus pannonicus primus, Cluſ. pan. & hiſtor.

pannonicus, Eyſt.

Orobus ſylveſtris vernus, Thal.

Aſtragalus, Colum.

Arachus latifolius alter, Dod. belg.

Flos coloris purpurei elegantiſsimi: at ubi evaneſcere incipit, coloris cærulei eſt.

III. Orobus ſylvaticus pallido flore.

Arachus latifolius, Dodon.

Galega montana, Lugd.

Orobus pannonicus 4. Cluſ. pan. & hiſt.

IV. Orobus latifolius parvo flore purpureo.

Orobus Venetus, Cluſ. pan. & hiſt.

Duplex eſt alteri folia dilutè virentia, flores purpurei: alteri folia ex viridi palleſcentia, flores prorſus albi, utriuſque ſemen albicantis coloris oblongiuſculum.

• V. Orobus ſylveſtris anguſtifolius aſphodeli radice.

Orobus pannonicus 3. Cluſ. pan. & hiſt.

Semen nigrum interdum maculoſum.

VI. Oro-

VI. Orobus ſylvaticus Viciæ foliis.
Aſtragaloides, Dod. altera herbariorum, Lob.
Orobus pannonicus 2. Cluſ. pan. & hiſt.
an Lupinus ſylveſtris, Cæſ.
Flos purpuraſcens, qui vetuſtate in cæruleum commutatur.

GALEGA.

Galega ab herbariis cur dicatur ignoramus: à quibuſdam tamen Rutæ nomen inditum, ab effectu & viribus non verò odore. Quidam Onobrychin, alii Glaucem, nonnulli Polemonium, alii Polygalam veterum eſſe judicant, quibus Dioſcoridis deſcriptiones contradicunt.

I. Galega vulgaris.
Galega ſive Ruta capraria, Matth. Geſ. hort. Lac. Caſt. Cam.
Ruta capraria, Geſ. hor. Tab.
Galega quibuſdam fœnumgræcum ſyl. Dodon. gallic.
Galega, Ad. Lob. Dod. Lon. Lugd. Ger. vulgaris, Cluſ. pan.
Onobrychis & herba gallica, Fracaſtorio.
Caprago vulgo, Cæſalp.
Galega fl. cinereo, fl. albo, Eyſt.
Floribus eſt cæruleis, ex cæruleo purpureis: penitus candicantibus.

II. Galega Ægyptiaca ſiliquis articulatis.
Seban ſive Sesban Indicum, Cam.
Sesban, Alpin. & Cluſ. ad Garz. cujus ſemen Anil nomine ex Alexandria accepit.
Seysban, Honor. Belli ep. 4. ad Cluſ.

III. Galegæ affinis Sophera dicta.
Hoxocoquomaclit, Cam. Cluſ. cur. poſt.
Sophera Galegæ proxima, Alpin.
Sofera Lentiſci foliis, Honor. Belli epiſt. 4. ad Cluſ.
Honorio Belli videtur, ſuam plurimũ ab ipſius Alpini differre, quod ex deſcriptione & icone colligere ſit: equidem Alpini figura vitioſa, duplici potiſsimum nomine: primum quod in coſtæ extremitate malè poſuerit folium quod imparitatem facit: dein quod ſiliquas dependentes pinxerit, cum omnes oblongæ cylindraceæ ſurſum ſpectent. Non tamen differentes facio, cum & ab Honorio Belli integram plantam ex Creta, & à Proſpero Alpino ſemina (unde plantæ enatæ) acceperim, in utraque ſolam differentiam in foliis notarim, quæ in Ægyptiaca acutiora & atroviretia ſunt. Sic & ex horto Camerarii ramum habeo, in quo peculiare obſervavi, quod in illius alarum cavis, qua parte coſtarum latior extremitas caulem amplectitur, verrucæ parvæ rubentes innatæ, quæ æſtu intenſiſsimo liquorem candidum pellucidum exudant, ut etiam Camerarius in ſuo horto admonet.

GLYCYRRHIZA.

Γλυκύῤῥιζα id eſt radix dulcis, à Latinis Glyzyrrhiza & Dulcis radix, & à Seplaſiariis barbaro nomine Liquiritia appellatur. Dioſcoridi lib. 3. cap 7. frutex eſt exiguus, ramis binum cubitorum, circa quos folia Lentiſci, denſa, pinguia, tactuq; glutinoſa: flos eſt hyacinthi: fructus pilularum Platani magnitudinis, aſperior. qui ſiliquas habet lentium modo ruffas & parvas: radices longæ, buxei coloris, ſubacerbæ & dulces: ex quibus ſuccus Lycii modo elicitur. Plinio lib. 22. c. 11. Glyzyrrhiza, qui eadem ſcribit quæ Dioſcorides, eo excepto quod folia echinata tribuit, pro [illegible], id eſt, lentiſco echinum legens. Theophraſto 9. hiſt. 13. γλυκεῖα καὶ σκυθικὴ ῥίζα, dulcis & Scythica radix, quam aliqui [illegible] vocitent.

I. Glyzyrrhiza capite echinato.
Glyzyrrhiza, Matth. Dodon. gal. Lac. Caſt. altera, Anguil.
Glyzyrrhiza Italica, Geſ. hor. vera Dioſcor. Dod.
Glyzyrrhiza echinata Dioſcoridis, Ad. Lob. Lug. (qui & Matthioli & Dodon. figuram habet) Tab. qui ſimiliter duas figuras ſub vulgari & echinatæ propoſuit, Ger.

II. Glyzyrrhiza ſiliquoſa vel Germanica.
Liquiritia, Brunf.
Dulcis radix, Trag. Tur. Geſ. hor.
Glyzyrrhiza, Fuch. Cord. in Dioſc. & hiſt. Geſn. hor. Cam.
Glyzyrrhiza Germanica, Dod. gal.
Glyzyrrhiza Dioſcoridis, Anguil.
Glyzyrrhiza altera, Matt. vulgaris, Dod. Cam. ep.
Glyzyrrhiza lævis, Lac. non echinata, Lugd.
Glyzyrrhiza ſiliquoſa, Ad. Lob.

III. Glyzyrrhiza ſylveſtris floribus luteopalleſcentibus. Fœnu-

Fœnugræcum ſylveſtre, Trag.Cluſ.pan.primum, Dodon.
Polygalon,Cord.in Dioſc.& hiſt.Thal.
Glyzyrrhiza ſylveſtris,Geſ.hor.Lugd.Cam.
Glaux,Tur.vulgaris,Ad.Lob.Cluſ.hiſt.

IV. Glyzyrrhiza ſylveſtris altera floribus puniceis,foliis Arachi.
Glauca , vel Glaux , quædam leguminoſa herbariorum,Adverſ.

Flores communiter ex pallido flavent,rarius punicant.
Glyzyrrhiza ſylveſtris,Thal.alia,Cam.

V. Glyzyrrhiza ſylveſtris primæ ſimilis: hæc ſub Glauce leguminoſa in Prodromo deſcribitur , cujus ſemen Araci Bœtici nomine accepimus.

LIBER DECIMVS.
SECTIO PRIMA.
DE PLANTIS CAPILLARIBUS.

PHYLLITIS; HEMIONITIS; OPHIOGLOSSUM; ASPLENIUM ſive CETERACH; LUNARIA MINOR; ADIANthum ſive Capillus Veneris; Trichomanes ſive Polytrichum; Ruta muraria ſive Salvia vitæ; Polytrichum aureum; & Ros Solis.

PHYLLITIS.

Quæ Græcis φυλλῖτις , quaſi folioſam dicas, cum nihil niſi folioſus ceſpes appareat, Latini quoq; Græcum aſſervaverunt nomen: officinis Lingua cervina. Dioſcoridi lib.3.c.121. folia fert rumici ſimilia , ſed oblongiora magisq; virentia,ſena ſeptenáve, recta, quæ parte anteriore lævia, poſteriore tenues quaſi vermiculos annexos oſtendunt, neq; caulem neq; ſemen, neq; florem profert. Theophraſto fortè l.9.c.19. σκολοπένδριον , Gaza Linguā cervinā vertit.

I. Lingua cervina officinarum.
Scolopendrium,Brunſ.
Scolopendria vulgaris,Trag.
Phyllitis, Matth.Dod.ut:Ang.Lac.Tur.Cord.ut: Geſ.hor.Ad.Lob.Thal.
Phyllitis vulgaris,Cam.Cluſ.hiſt.
Hemionitis,Leon.Manar.Ruel.Fuch.
Lingua cervina,Ericio Cord.Lonic.Cæſ.
Phyllitis ſive lingua cervina,Tab.emacul.

Eſt & latifolia & anguſtifolia:ſæpe etiam in fontibus exigua reperitur.

II. Lingua cervina multifido folio.
Phyllitis laciniata, Dodon. Cluſ. hiſp. & hiſtor. Lugd.
Phyllitis foliis laciniatis,Tab.
Phyllitis multifido folio,Lob.multifida,Ger.
Phyllitis,Caſt.ap.mucronata,Cam.

Duobus, tribus, etiam pluribus mucronibus in ſummo folii donatur: aliquando folia ad utrumque latus inæqualiter diſciſſa ſunt.

HEMIONITIS.

Ἡμιονῖτις ſeu σπλήνιον Græcis , Latinis ſimiliter, quaſi Mulariam dicas & Splenium, nominatur, quòd ejus folia ſicut & Phyllitidis, Medicorum ſplenia, nimirum oblongas plagulas forma imitentur : quid ſi potius ab eorum uſu, quòd ſpleni medeantur, ſiquidem ex aceto pota lienem abſumant, Dioſcoride authore l.3.c.152. cui, folium emittit ſimile dracunculi curvatæ in cornua lunæ modo ſinuatum : radices habet multas eaſq; tenues:ſed neque caulem,neque ſemen,neque florem profert. ἡμιόνιον Theophraſto l.9.c.19. Mulam Gaza vertit,quam folio Linguæ cervinæ conſtare & radice numeroſa & tenui eſſe, aſſerit.

I. Hemionitis vulgaris.
Hemionitis,Matthiol. Dodon.ut:Ang.Geſ.hort. Lac.Lon.Cæſ.Lugd.
Hemionitis vera,Cluſ.hiſt.

Hemionitis ſive ſterilis, Lob.

II. Hemionitis minùs vulgaris.

Hemionitis peregrina, Dod. Cluſ. hiſp. & hiſtor. Lugd.

Hemionitis, Caſt. altera peregrina, Lob.

III. Hemionitis minor.

Hemionitis ſive ſterilis, Ad. Lob.

Hemionitis minor, Penæ, Lugd.

IV. Hemionitis multifida.

Hemionitis altera Dalechampii, Lugd.

Lingua cervina ramoſa, Colum.

Agleofotis ſeu Marmorite, ſeu Phyllitidis aut Scolopendriæ nomine, à Cortuſo accepimus.

Et hujus quemadmodum & præcedentis folia, parte averſa, ſub flavo pulviſculo non conteguntur, qui in aliis id genus plantis cernitur.

OPHIOGLOSSUM.

Quam recentiores Ὀφιόγλωσσον Græci vocant, Latine Linguæ ſerpentis dicitur: quam alii veteribus indictam, quidam Ceratiam Plinii l. 26. c. 8. eſſe volunt unico tantum folio aſſurgentem; radice nodoſa & magna: quidam linguam Plinii l. 24. c. 19. quam circa fontes naſci, ſolum ſcribit: ſive Lingulacam l. 25. c. 11. quæ circa fontes naſcatur, cenſent: quidam inter Dracunculi ſpecies referunt.

I. Ophioglosſum vulgatum.

Serpentaria ſecunda, Brunf.

Ophioglosſum, Trag. Matth. Fuch. Dod. ut: Geſn. hor. Lon. Thal. Lugd. Caſt. Cam. Tab. Eyſt.

Ophioglosſum ſive Eneaphyllum, Ad. Lob.

Unifolium, Amato.

Lingula vulneraria, Cord. hiſt. Cam.

Lancea Chriſti, vel Luciola, Geſ. hor.

Lingua ſerpentina, Cæſ. Caſt.

Variat: aliquando folio eſt ſinuato: ligula communiter ſimplex eſt, aliquando duplex, & etiam triplex, quemadmodũ Camerarius in epit. Matth. pingit: eſt & abortivum à Lobelio pictum, quas differentias, una figura in noſtro Matthiolo emaculato exhibuimus.

II. Ophioglosſum anguſoſo folio.

III. Ophioglosſum minus ſubrotundo folio: utrumque in Prodromo deſcribitur.

ASPLENIUM ſive SCOLOPENDRIA

Ἀσπλήνιον & σπλήνιον quod ſplenem juvet: aliis ἡμιόνιον & σκολοπένδριον à foliorum forma: ſic enim Dioſcorides lib. 3. cap. 151. foliis eſt Scolopendræ animali ſimilibus, pluribus ab una radice in ambitum ſparſis: nec caulem, nec florem, nec ſemen habet: folia polypodii modo inciſa, ſubtus flaveſcentia hirſutaq́ue, ſupernè verò viridia. Plinio l. 27. c. 6. Aſplenum ſunt qui Hemionion vocant, &c. Alex. Trallianus, Scolopendrion ab Aſpleno in variis medicamentis ſeparat.

Ceterach officinarum.

Scolopendria, Ang. vera, Trag. Tab. emac.

Cetarach, Eric. Cord. Cæſ.

Scolopendrium, Cord. hiſt. verum, Lon.

Aſplenum, Matth. Dod. gal. Geſ. hor. Lac. Tur. Ad. Caſt. Lugd. Cam.

Aſplenium, Cord. in Dioſc. Dod. Lob.

LUNARIA.

Lunaria recentioribus dicta à foliis lunæ creſcentis modo falcatis. An veteribus cognita, ambigitur: aliqui Ceration Plinii cenſent: quidam Tragium ſecundum Dioſcoridis l. 4. c. 50. quod in montibus folio Scolopendrii, radice tenui & candida naſci ſcribit: nonnullis ἡμιονῖτις πτερ & σεληνῖτις, quia aliqui Hemionitidem Lunariam majorem, hanc verò minorem & botryitem à plurimis racemulis utrinque thyrſulo hærentibus & foliorum numerum æquantibus: Epipactis quibuſdam. An Ἐπιμήδιον quod Dioſcoridi l. 4. c. 19. caule eſt non magno, hederæ foliis, denis aut duodenis, neque ſemen neque flores proferens: radicibus tenuibus nigris, gravi odore, guſtu fatuo. Idem Plinius l. 27. c. 9. ſub Epimedio quod fortè Theophraſti 7. hiſt. 8. Epimetrum.

I. Lunaria racemoſa minor vel vulgaris.

Lunaria minor, Matth. Fuch. Dod. gal. Geſ. hort. Lon. Lugd. Cæſ. Ger.

Lunaria, Trag. Dod. racemoſa, Ad. Lob.

Lunaria petræa, Taura paſtoribus, quod vaccæ hac deguſtata taurum requirant, Geſ. de Lunar.

Lunaria botryitis, Thal. Cam. Col. Eyſtett.

Lunaria major, Caſt.

Lunaria botryitis minor, Cluſ. hiſt.

Lunaria vulgaris minor, Cluſ. hiſtor. ap. alt. ad lib. 5.

Ruta lunaria vel jecoraria, Tab.

Epime-

Epimedium Dioſcoridis,Colum.

Foliis eſt denis,duodenis: novemdecim in Baldo notavimus: quare putant aliqui totidem folia habere,quot luna dies,unde nomen habeat.

II. Lunaria racemoſa ramoſa major.

Lunariç rarior ſpecies,Cam.ep.

Lunaria minor ramoſa Camerarii, Cluſ.hiſt.& in apalt.ad lib.5.

III. Lunaria racemoſa multifido folio.

Lunaria ramoſa Sileſiaca,Cam.

Lunaria botryitis πολύφυλλος, Thal.

Lunaria minor ramoſa,Cluſ.pan.& hiſt.

IV. Lunaria minor rutaceo folio.

Lunaria botryitis πηγανόφυλλος, Junger. in cat. Altorff.

V. Lunaria Magorum Arabum,Lob.quid?

ADIANTUM ſive CAPILLUS VENERIS officinarum.

Ἀδίαντον & πολύτριχον Dioſcoridi l.4.c.136. ἀδίαντον Theophraſto 7.hiſt.13. dicitur,quod οὐ διαίνεται, quod in aquis non madeſcat, nec quicquam humoris adhæſiſſe conſtet:velut Nicander in Theriacis, quòd imbris è cœlo deſcendentis ſtillicidia, foliis ejus non inſideant. Πολύτριχον autem quaſi multicomam, quòd capillos multos ac denſos faciat,eorumq́; defluvia expleat. Callitrichon verò Apulejo, quaſi pulchricomum,quod capillos tingat,pulchrioresq́; reddat. Nec alia ratione Capillus Veneris hæc herba dicta eſt, quàm à ſpecioſis reddendis capillis, nec alio nomine Veneris vox adjecta eſt, quàm quòd hæc pulcherrima pingatur. Plinio l.22.c.21. Adiantum quidam Callitrichon,alii Polytrichon vocant,utrumq́; ab effectu,tingit enim capillum &c. criſpum denſumq́; facit & defluere prohibet. Latinis Cincinalis,terræ capillus, ſupercilium terræ,crinita. Dioſcoridi folia gerit puſilla coriandri ſimilia,in extremo inciſuris diviſa:virgulas è quibus ea prodeunt,nigro colore nitentes,prætenues,palmum altas,neq́; caulem,neq́; florem,neq́; ſemen profert:radix ſupervacua eſt.

Genera duo ſunt, candidum atq́; nigrum,Theophraſto l.c. Plinio l.c.duo, candidius & nigrum breviusq́;: id quod majus eſt Polytrichon: aliud Trichomanes vocant,utriq́; ramuli nigro colore nitent, foliis filicis &c. ubi Plinius Trichomanes alterum Adianti genus ſc.candidum facit:cum Theophraſto Trichomanes Adianti genus non ſit, ſed ſui generis planta. Verùm Adiantum album & nigrum,nihil differunt, niſi quòd Adianto nigro,cauliculi politiore nitore nigricant,foliaq́; ſaturatius virent:albæ minus.

I. Adiantum foliis coriandri.

Adiantum magnum,Trag.

Adiantum,Matth.Fuch.Dod.ut:Ang.Lac.Ad.(ſive Capillus Veneris verus) Lob.Caſt.Lugd.

Adiantum Lugdunenſe,Cam.

Adiantum nigrum, Cord.in Dioſc. & hiſt. Frac. Taber.

Capillus veneris vulgo, Adiantum album Plinii, Cæſ.

Capillus Veneris verus,Ger.

Hoc variat magnitudine & foliorum craſſitie: quare majus & craſſioribus foliis,

Adiantum Syriacum,Taber.

Capillum Veneris Syriacum,Ger.vocat.

II. Adiantum foliis longioribus pulverulentis pediculo nigro.

Adiantum pulchrum Lugdunenſi ſimile,Thal.

Onopteris nigra,Dod.ut:Lugd.

Adiantum nigrum Plinii, Ad.Lob.

Adianti nigri aliud genus,Cæſ.

Onopteris major,Tab.mas,Ger.

III. Adiantum foliis minutim in oblongum ſciſſis,pediculo viridi.

IV. Adiantum fruticoſum Braſilianum:quod in Prodromo deſcriptum eſt.

V. Adiantum mas,Taber.

Onopteris fœmina,Ger.

Quid ſit nondum aſſequor.

TRICHOMANES ſeu POLYTRICHUM officinarum.

Τριχομανὲς, quod etiam nonnulli ἀδίαντον vocant, Dioſcoridi l. 4. c. 137. Latinis etiam Trichomanes dicitur: officinis Polytrichum,quod nomen,ſecundum veteres,Adianti eſt. Dicitur Trichomanes à vi ſua, quod rara cute fluentem capillum expleat & ſubnaſci faciat: μανὸν enim illi rarum vocant & τρίχα capillum: hinc Latinis capillaris dicitur. Hoc Dioſcoridi l.c. folio eſt Filici ſimili at longè exilius:foliis tenuibus, ordine utrinq́; diſpoſitis lenticulæ ſimilibus,adverſis inter ſe in virgulis itidem tenuibus,ſplendentibus nigricantibus,iiſq́; acerbis.

I. Trichomanes ſive Polytrichum officinarũ.
Saxifraga minor prima, Brunf.
Trichomanes, Trag. Matth. Fuch. Ang. Dod. ut: Cord. hiſt. Geſ. hor. Tur. Lac. Ad. Lob. Caſt. Cam.
Trichomanes nigrum, communiter Saxifragia rubra, Thal.
Trichomanes mas, Taber.
Adiantum rubrum, Lonic.
Polytrichum vulgo, Cæſalp.
Magnitudine variat: hinc & altera figura, Trichomanis maris majoris, Tab.
Trichomanis maris, Ger.

II. Trichomanes minus & tenerius.
Trichomanes candidum, Thal.
Trichomanes minor mas, Tab.

III. Trichomanes ramoſum majus & minus.
Trichomanes fœmina, Tab. Ger.
Trichomanes minor fœmina, Taber.

RUTA MURARIA ſive SALVIA VITÆ.

Ruta dicitur, ob quandam foliorum cum Ruta ſimilitudinem, quæ, ubi Adiantum verum, ut & Trichomanes deſunt, aut vetuſta ſunt uti licet: aliqui ob natales Empetron, alii ab effectu inter Saxifragas recenſent: & hæc ſumenda quando Medici recentiores Adiantum recipiunt à Capillo veneris diverſum.

Ruta muraria.
Capillus Veneris, Brunf. Trag.
Saxifraga major 2. Brunf.
Saxifraga ſeu Empetron, Fuch.
Paronychia, Matth. Lac. Caſt.
Ruta muraria, Dod. ut: Geſ. hor. Ger.
Adiantum cãdidum, Cord. in Dioſc. & hiſt. Guil. Thal.
Adiantum album, Lon. Cam. Tab.
Adiantum nigrum, Geſ. hor. Cæſ.
Salvia vitę, Ad. Lob. Lugd.

POLYTRICHUM AUREUM.

Πολύτριχον à ramulis qui capillorum inſtar tenues ſunt, aureum verò à colore dicitur.

I. Polytrichum aureum majus.
Polytrichum majus, Trag.
Polytrichum Apuleii majus, Fuch.
Polytrichum aureum, Dod. gal. majus, Lugd.
Muſcus ſaxatilis aut ſylveſtris, Trag.
Muſcus 1. terreſtris Tragi, Lugd.
Adiantum ἄφυλλον majus, Thal.
Adiantum aureum, Taber.
Muſcus capillaris, Ger.

Hoc cubitalis ſæpe longitudinis inſtar cirrorum inflexum ex Moravia adfertur, & à circulatoribus inter radices & Theriacas ſuas venale circumfertur, de hoc aureos montes pollicentibus.

II. Polytrichum aureum medium.
Polytrichum nobile vel primum, Trago.
Polytrichum Apuleii aureum vel 2. Lon.
Muſcus capillaris, Dod. minor, Ger.
Adiantum ἄφυλλον medium, Thal.
Adiantum aureum minus, Tab.
Herbula gramini ſimilis in parietibus major & minor, Cæſ.

III. Polytrichum aureum minus.
Capillus Veneris, Brunf.
Polytrichum minus, Trag. Apuleii minus, Fuch.
Polytrichum aureum minus, Dod. gal. Lugd.
Polytrichum aureum tertium, Lon.
Muſci capillaris altera ſpecies, Dod.
Muſcus quidam in parietibus & tegulis, Cæſ.
Adianthum ἄφυλλον minus, Thal.

Hujus ſpeciem Polytrichi nigri Brocenbergici nomine à D. Fürero accepimus.

ROS SOLIS.

Ros Solis & Rorella, quæ veluti ſtellæ alicujus jubare ſub Sole fulget, à mirabili natura nomen adepta eſt: nam quantúmvis diu ſol fervidus æſtate eam illuſtret, ejus tamen folia ſemper rore & humiditate madent, eorumq; lanugo guttulis aſperſa manet: & quod admiratione dignum, quod humidum illud in foliorum acetabulis contentum, ubi extremis digitis leviter attingitur, dum adhuc natali ſuo ſolo inhærens, aut confeſtim inde evulſa Solis radios experitur, mox velut in exigua filamenta ſericea aut candicantia deducitur, quæ confeſtim concreta, ita poſtea ſemper perdurant. Hæc ob magnam cum capillaribus affinitatem ſubjungenda fuit. Recentiorum aliqui δρόσιον, ſed ab Alchimilla diverſum nominant, δρόσος enim rorem ſignificat.

I. Ros

I. Ros Solis folio rotundo.
Polytricho minori figuram ſine deſcriptione addit Tragus.
Ros Solis, Dod. ut: Lon.Caſt.Cam. (cui & Solaria) major, Ger.
Roſa Solis vulgo, Cajo Britanno.
Rorida ſive Ros Solis major, Lob.
Solſirora ſeu Sponſa Solis, Thal.
Rorella minor prima, Tab.
Rorella ſive Ros Solis, Eyſt.
Mas & fœmina, inter Muſci albicantis & ſubrubentis genera creſcunt.

II. Ros Solis folio oblongo.
Rorella ſive Salſirora, Cord.hiſt.
Ros Solis, lunaria quibuſdam & Artemilla, Geſ. de lun.
Ros Solis alia, Dod. Lugd.minor, Ger.
Polytrichum Apuleii album, Lon.
Rorida ſive Solis ros, Ad.Lob.
Rorella minor 2.Tabern.

SECTIO SECUNDA.

FILIX; DRYOPTERIS; LONCHITIS; POLYpodium; Herba viva; & Herba mimoſa.

FILIX ET DRYOPTERIS.

FILIX, πτέρις & πτέριον Græcis dicta, ab aliis avium, quarum ſpeciem ejus folia in ramulis diſpoſita referunt, cum foliis pennatis ſit Filix: & ut Plinius, folia lateribus pennata, unde nomen Græci impoſuere.

Duplex eſt, Græcis & Plinio: mas & fœmina. Mas πτέρις ſimpliciter dicta Theoph.9.hiſt.20. at Dioſcor.l.4.c.186. πτέρις & βλῆχνον & πολύῤῥιζον dicitur, cui folia ſine caule, ſine flore, ſine ſemine, eaq; ex uno pediculo cubitali fermè longitudine exeunt, inciſa & pennarum modo utrinque expanſa. ſubgravi odore: radicem habet per ſumma ceſpitum nigram, quadantenus longam, multas propagines fundentem & ſubaſtringentis guſtus. Vel ut Plinius l.27. c.9. Filicis duo genera: pterin Græci vocant, alii blechon quam marem exiſtimant, ex una radice quamplures exeunt filices, bina etiam cubita excedentes longitudine, non graves odore. Theoph.1.hiſt.16. Filicis figura multifida, & quaſi ſerrata ſicut Abietis.

Fœmina θηλυπτερὶς & νυμφαία πτέρις Dioſc. l.c. θηλυπτερὶς Theoph.9.hiſt.20. Plinio l.c. alterum genus thelypterim Græci vocant, alii nymphæam pterin: folius eſt Dioſcoridi filicis, quæ tamen non ſingulari ut illa pediculo hærent, ſed è numeroſis altioribusq; propaginibus exeunt: radices longæ, obliquæ, numeroſæ, ex nigro flaveſcentes, aliquæ etiam rubræ: vel ut Plinius, eſt ſingularis, atque non fruticoſa, brevior, molliorq; & denſior, foliis ad radicem canaliculata: radices utrique longæ, in obliquum nigræ, præcipuè cùm inaruere. Theophr. l.c. differt fœmina Filix à maſcula, quòd folium unico artu porrectum hæc habeat, & radicem craſſam & longam & nigram.

Δρυοπτερὶς ſeu Filix querna: hæc à foliorum figura & loco natali nomen obtinuit: quæ Dioſcoridi l.4.c.189. filici ſimilis, at multo tenuiore foliorum inciſura radicibus inter ſe implicitis, hirſutis, guſtu aſtringentibus & ad dulcedinem vergentibus: & Plinio l.27.c.9. Dryopteris filici ſimilis in arboribus naſcitur, tenui foliorum ſubdulcium inciſura, radice hirſuta.

Filix ramoſa.

I. Filix ramoſa major pinnulis obtuſis non dentatis.
Filix ſylveſtris, Brunf.
Filicis majoris primum genus, Trag.
Filix fœmina, Matth. Fuch. Dod. Lac. Ad. Lob. Caſt.Lugd.Tab.Ger.
Thilypteris filix fœmina, Cord.in Dioſc.
Filix mas, Geſ.hor.
Filix fœmina prima, Thal.
Filix, Cæſalp.
Filix mas major ſive fœmina credita vulgo, Cluſ. pan.

Hujus folia communiter per ambitum non ſunt dentata vel ſerrata, aliquando tamen folia inferiora, ad formam foliorum ſcabioſæ diviſa reperiuntur.

II. Filix ramoſa major pinnulis acutiſsimis non dentatis.

III. Filix ramoſa non dentata florida.
Filicis majoris alterum genus, Trag. Lugd.
Filix aquatica, Dod.gal.Lugd.
Sideritis fortè Ruellio.
Filix mas, Ang.
Filix latifolia, Cord.hiſt.
Filix paluſtris, Geſ.ap.Dod.

Filicis genus rarius, Geſ. hor.
Lunaria major ſeu filix lunaria & Filicaſtrũ, Geſ. de lunar.
Oſmunda, Ad.Lob.
an Filix paluſtris, Cæſalp.
Hujus ſpecies tenuiter dentata reperitur.
IV. Filix ramoſa minor primulis dentatis.
Pteridion maſculum, Cord.hiſt.
Filix fœmina altera tenuifolia, Thal.
Filicula petræa fœmina 4. Tab.ico.
Filix querna ſeu Dryopteris, Ger.

Filix non ramoſa.

I. Filix paluſtris maxima dentata: in Prodromo deſcribitur.
II. Filix paluſtris altera ſubfuſco pulvere hirſuta.
Struthiopteris, Cord.hiſt.Thal.
III. Filix non ramoſa dentata.
Filix, Brunf. vulgaris, Trag.
Filix mas, Matth.Fuch.Dod.ut:Tur.Lac.Lon.Ad. Lob.Caſt.Lugd.Tab.Ger.
Filix fœmina, Ang.Geſ.hor.Cæſ.
Filix maſcula, Cord.in Dioſc.& hiſt.
Filix mas altera, Thal.
Dryopteris, Matth.in epit. & Lugd.
Duplex eſt: altera cui primulæ in ambitu ſunt dentatæ, altera cui non ſunt ſerratæ: illa Filix mas altera: hæc Filix mas prima, Thalio dicitur.
IV. Filix non ramoſa petiolis tenuiſsimis & tenuiſsimè dentatis.
Filicula petræa prima, Taber.
Filicula montana mas, Ger.
V. Filix querna.
Dryopteris, Brunf.Matth.fol.Cord.in Dioſ. Geſ. hor.Ad.Lob.Cam.ep.
Filix arborea ſive Dryopteris, Trag.Lugd.
Dryopteris Tragi & Pteridion fœmina Cordi, Thal.
Filix querna, Oſmundula, Lon.
Filicis genus parvum alterum in montibus, Cæſ.
Filicula petræa fœmina 2. Taber.
VI. Dryopteris Dalechãpii apud Lugd. quid?

Filix ſaxatilis.

I. Filix ſaxatilis foliis non ſerratis.
Filicula petræa fœmina tertia, Tab.
Filicis genus parvum primum in montibus, Cæſ.
II. Filix ſaxatilis ramoſa nigris maculis punctata.
Filix pumila ſaxatilis prima vel mas, Cluſ. pan. & hiſt.
an Filicula candida & minor, Geſ.ap.
III. Filix ſaxatilis non ramoſa nigris maculis punctata.
Filix pumila ſaxatilis altera, vel fœmina, Cluſ.pan. & hiſt.
an Filicula ſaxatilis, Cam.
Huic ſimilis quam Geſn.in hortor.appẽd. Chlaroſtiction vocat, cujus folia ſupina, punctis ad luteum viridémque & album colorem mixtis tendentibus notantur.
IV. Filicula alpina criſpa.
Filicula ſaxatilis criſpa, Pon.
an Pteriadion, Cord.hiſt.& Thal.
V. Filix ſaxatilis corniculata.
Filix nuda ſive ſaxatilis, Trag.Lugd.
Filix petræa, Lon.
Holoſtium alterum, Ad.Lob.
Holoſtium petræum, Tab.Ger.
Muſcus corniculatus, Taber.Ger.
Adiantum ἀχρόχισιν ſeu furcatum, Thal.

Filicula fontana.

I. Filicula fontana major, ſive Adiantum album filicis folio.
Dryopteris candida, Dod. ut: Lug.
Adiantum album Plinii, Ad.Lob.
II. Filicula fontana minor.
Filicula fontana, Taber.
Filicula fontana fœmina, Ger.
III. Filicula maritima ex inſulis Stœchadibus.
Chamæ filix marina Anglica, Lob.Lugd.

Filix aculeata.

I. Filix aculeata major.
II. Filix aculeata minor: utraque in Prodromo deſcripta eſt.

LONCHITIS.

Λογχῖτις Dioſcoridi l.3.c.161. duplex eſt, altera foliis porri, quam & Plinius l.25.c.11. Lonchitidem vocat: altera eſt quam λογχῖτιν τραχεῖαν dicunt: hæc fortè à λόγχη lancea dicitur, eò quòd folia inſtar lanceæ in acutum

tum deſinant. Hæc ſecundum Dioſcoridem folia profert Scolopendrii, ſeu aſperiora majoraq́;, ac multo magis diviſa, de qua in præſens.

I. Lonchitis aſpera.
Lonchitis aſpera major, Matth. Lugd. Cam.
Lonchitis altera, Ang. Lac. Caſt. Lon. cui & Spicant Germanorum, fortè à radice, Indicam ſpicam referente.
Lonchitis altera, quibuſdã aſpera, Cord. in Dioſc. Geſ. hor. app.
Lonchitis altera mas, Taber.
Lonchitis Maranthæ, Ger. ico.
II. Lonchitis minor.
Aſplenum ſylveſtre, Trag. Lugd.
Lonchitis aſpera minor, Matth. Lugd. Cam.
Lonchitis aſpera, Dod. ut: Lugd. Thal. Ger.
Struthiopteris, Cord. hiſt. icon. Thal.
Lonchitis altera Dioſcoridis, Geſ. frac. Ad. Lob.
Scolopendrium majus, Lon.
Lonchitis altera fœmina, Tab.
Lonchitis altera Neotericorum, Cluſ. pan. & hiſt.
III. Lonchitis folio Ceterach.
Pſeudolonchitis aſpera, Matth. Lugd. ubi titulus tranſpoſitus.
Lonchitis 2. Dalmatica, Ang.
Lonchitis Maranthæ, Lob. altera Maranthæ, Cluſ. hiſtor.
Lonchitis aſpera Maranthæ, Cam. ep.
Lonchitis aſpera Ilvenſis, Lugd.
Ceterach genus in Ilva naſcens, Cæſ.
Lonchitis adulterina, Tab.
Filicis genus quæ Lonchitis altera, Cluſ. pan.
Polypodium Ilvenſe, Lugd.
Filicula petræa mas, Ger. ico.
Magnitudine variat: hinc duæ figuræ apud Lug. Lonchitidis aſperæ minoris: Lonchitidis aſperæ Ilvenſis.

POLYPODIUM.

Πολυπόδιον Dioſcoridi l. 4. c. 188. Theophraſto 9. hiſt. 14. Filiculam Gaza vertit: officinæ Græcum nomen retinuere: ratio nominis ex Dioſcoridis deſcriptione colligitur: naſcitur palmi altitudine, filici ſimile, ſubhirſutum & inciſum, at non perinde tenui diviſura: radix ſubjacet piloſa, cirros habens ceu polyporum, craſſitudine minimi digiti: hæc deraſa coloris intus herbacei comperitur: & Plinius l. 26. c. 8. Polypodium quam noſtri filiculam vocant, ſimilis enim eſt filici: radix piloſa, coloris intus herbacei, craſſitudine minimi digiti, acetabulis cavernoſa ceu polyporum cirri, ſubdulcis: in petris naſcens, aut ſub arboribus vetuſtis.

I. Polypodium vulgare.
Polypodiũ, Brunf. Trag. Matth. Ang. Fuch. Dod. gal. Cord. in Dioſc. & hiſt. Geſ. hor. Tur. Lon. Ad. Lob. cui & herba radioli Apuleii, Cæſ. Caſt. Cam. Tab. Gerar.
Polypodium majus, Dod.
Polypodium primum, Lugd.
Laudatur quod in quercu naſcitur: reperitur in fago, corylo: in antiquis & cæduis ſaltubus, guſtu amarior provenit, quæ ſylvatica cenſetur: in ruderibus ſaxoſis.
II. Polypodium minus.
Polypodium alterum, Matth. Lac. Lug. primum, Tab.
Polypodium minus, Dod.
Polypodium quercinum, Ger.
III. Polypodium exoticum foliis quercus.
Polypodium Indicum, Cluſ. exot. l. 4. c. 17.
Hoc ſub incognita Americana, à Jo. Pona Veronæ accepimus.

HERBA VIVA FOLIIS POLYPODII.

HERBA Viva dicitur, eò quòd ſi eam quis apprehendere cupiat, folia illicò contrahat & ſub tenues ramulos recondat, ſi verò quis apprehendat, ſubito licet, adeo marcida conſpiciatur, ut exſiccata exiſtimetur: attamen ſi quis manum retrahat, ilicò nitorem recuperat: & toties marceſcit, aut reviveſcit, quoties comprehenditur, aut manus ab ea retrahitur.

Anonymos in Malavar, Garziæ, Caſt.
Planta in Peru naſcens, Franc. Lopez de Gomara.
Herba Sentiola, id eſt Senſifica Luſitanis, Linſc. par. 4. Ind. or. c. 17.
Herba viva, Guiland. pap. Acoſtæ, Cluſ. Lugd. cui & herba amoris.
an Æſchynomine Apollodori, Scalig. Lugd.
an planta per terram diffuſa, quam ſi quis attingat ſtatim contrahitur, ut Braſſica Murciana, ex India Occid. miſſa Monardi, Lugd.

HER.

HERBA MIMOSA FOLIIS FOEnugræci ſylveſtris.

HERBA Mimoſa nuncupatur, quoniam manu admota ſeneſcit & marceſcit, manu verò remota, priſtinum virorem recipit, ſed non adeo celeriter ut prior: colore & ſapore eſt Glyzyrrhicæ & multis notis cum Fœnugræco ſylveſtri Tragi, Cluſio monente, convenit.

Herba molle & herba delicata vulgo, Acoſtæ.
Herba mimoſa, Lug. eadem figura quæ Acoſtæ.

Cluſius notis ſuis in Acoſtam diverſam plane figuram propoſuit, Herbam mimoſam nominans.

SECTIO TERTIA.

MUSCUS; LICHEN; LENTICULA PALUSTRIS.

MUSCUS.

MUSCUS βρύον & σπλάγχνον Græcis appellatur, ut Dioſcoridi l.1.c.20. Atticis Sphagnum & Hypnon: Plinius l.12.c.23. Bryon & Sphagnon: & l.24.c.6. Sphagnos ſive Sphacos ſive Bryon vocat: Muſcus vocatur omnis villoſa ſubſtantia, caudicibus annoſis, aut ſaxis madidis, aut aquis paluſtribus, aut mari adnaſcens.

Differentiæ: multiplex eſt: arboreus, de quo Dioſcorides l.1.c.20. Plinius l.12.c.23. terreſtris, ſaxatilis, maritimus, de quo Plinius l.4.c.99.

MUSCUS TERRESTRIS.

Muſcus terreſtris repens.

I. Muſcus vulgatiſsimus.
Muſcus hortenſis, Trag.
Muſcus terreſtris vulgaris, Dod. Lob. ico.
II. Muſcus vulgaris pennatus major.
III. Muſcus vulgaris pennatus minor.
Hi duo ſub 1. Muſco in Prodromo deſcribũtur.
IV. Muſcus filicinus major.
Muſcus filicinus, Tab. Ger.
In hoc triplex varietas obſervatur.
V. Muſcus filicinus minor floridus: in Prodromo ſub 2. deſcriptus.
VI. Muſcus abietis facie: qui 3. in Prodromo.
VII. Muſcus denticulatus major.
Muſcus terreſtris denticulatus, Lob. Lugd.
Muſcus terreſtris minor, Dod.
Muſcus tertius, Tab.
Muſcus minor denticulatus, Ger.
IIX. Muſcus denticulatus minor.
Muſcus terreſtris repens, Cluſ. hiſp.
Muſcus terreſtris minor alter, Dod.
Muſcus terreſtris denticulatus alter, Lob. Lugd.
Muſcus terreſtris Luſitanicus, Cluſ. hiſt.
Muſcus denticulatus, Ger.
Muſcus ſecundus, Tab.
IX. Muſco denticulato ſimilis.
Muſcus montanus, Taber.
Muſcus terreſtris vulgaris, Ger. ico.
X. Muſcus terreſtris clavatus.
Weinkraut / Brunf. qui vinum pendulum reſtituit.
Muſcus terreſtris, Trag. Matth. Lac. Dod. Caſt.
Muſcus urſinus vel pes urſinus, Geſ. frac.
Lycopodium, id eſt pes lupi, Dod. gal. Tab.
Chamæpeuce, Cord. hiſt. ico. Geſ. Tur.
Permonaria ſive Pulmonaria, qua pro ſpica Celtica uſi ſunt, Ang.
Muſcus clavatus, & Pes leoninus, Lob. Ger.
Muſcus terreſtris 2. & alius terreſtris, Lugd.
Muſci genus, quod pro ſpica vendebatur, Cæſ.
Selaginis ſpecies altera, Thal.
XI. Muſcus clavatus foliis cupreſsi.
Savina ſylveſtris, Trag. Geſ. hor. Lon.
Muſcus terreſtris tertius, Lugd.
Chamæcypariſſus, Tur. Tab. Ger.
Savina Tragi ſylveſtris, ſeu Silaginis Plinianæ prima ſpecies, Thal.
Plinius l.25. c.11. hæc habet: Similis herbæ Sabinæ eſt Selago appellata.
XII. Herbæ Muſco ſimiles quas Terenacenſes in faſciculum collectas & funiculo ſatis longo colligatas in mare abjiciunt ad piſces capiendas: par.3. Ind. or.
XIII. Toucon herba apud Braſilianos qua ad piſcandum utuntur, ſpinas in hamorum modum componunt, lineamq; herba illa conficiunt: Lerius deſcr. Braſil. c.11.

Muſcus terreſtris ramoſus.

I. Muſcus erectus ramoſus ſaturatè viridis.

Selago tertia, Thal.
Hæc inter foliola aliquando granula habet.
II. Muſcus erectus ramoſus pallidus.
Muſcus ſcoparius, Lob. Lugd.
Muſcus terreſtris, Tab.
Muſcus terreſtris ſcoparius, Ger.
Hic claviculo vulgaris modo non infigit.
III. Muſcus terreſtris candidus ramoſus.
IV. Muſcus ramoſus repens ſpicatus.
V. Muſcus ramoſus repens apicibus candicantibus.
VI. Muſcus ramoſus erectus major.
VII. Muſcus ramoſus erectus minor.
IIX. Muſcus ceranoides major & minor.
IX. Muſcus cupreſsiformis ramoſus.
Septem poſteriores in Prodromo deſcribuntur.
X. Muſcus polytrichoides triplex: in Prodromo deſcriptus.
XI. Muſcus parvus ſtellaris.
Muſcus in ericetis proveniens, Lob. belg.
XII. Muſcus ſtellaris roſeus: in Prodromo deſcribitur.
XIII. Muſcus pyxiodes terreſtris.
Muſcus terreſtris pyxiditatas alabaſtricolos imitatus, Lob. belg.
XIV. Muſcus pyxiodes ſaxatilis, in Prodromo deſcriptus.

Muſcus terreſtris coralloides.

I. Muſcus terreſtris coralloides erectus incanus.
II. Muſcus terreſtris coralloides erectus cornibus ruffeſcentibus: in Prodromo uterq; ſub 11. & 12. deſcriptus.
III. Muſcus coralloides ſive cornutus montanus.
Muſcus corallinus ſive Corallina montana, Tab. Gerard.
IV. Muſcus coralloides ſaxatilis, cervi cornua referens,
Lythobryon coralloides, Colum.
Variat: major colore virente: minor colore cinereo.

MUSCUS ARBOREUS.

I. Muſcus arboreus: Uſnea officinarum.
Muſcus arboreus, Trag. Matth. Ang. Dod. Lugd. Caſt. Thal.
Muſcus, Dod. gal. Cord. in Dioſ. arborũ, Lon. Tabern.
Muſcus quernus, Lob. Ger.
Muſci genus, quod privatim Splachnon vocant, Cæſ.
Unus tenuior, craſsior alter, brevior, alius prolixior: omnes candeſcentes, pauci rutilantes, quãdoque nigri.
Reperitur potiſsimum in quercu, populo, ulmo, betula, pomo, pyro, pinu, picea, piceaſtro, abiete, cedro, larice & aliis complurimis. Verùm primæ nobilitatis & odorati ſunt, Cedrinus, lariceus, piceus, pineus & abietinus: Secundum locum tenet populneus, ſed candidus præſtat, nigricans improbatur: rutilans medium tenet: viliſsimus quernus.
II. Muſcus capillaceus longiſsimus.
Muſcus capillaceus cinerei coloris, è ramis Ilicis dependens, Cluſ. hiſt.
an Muſcus ex præaltis arboribus ad terrã uſq; demiſſus, coloris viridis in cæruleum tendentis, qua Regina in Florida cingitur, tenuibus ſtaminibus catenularum inſtar invicem cohærentibus: par. 2. Amer. fig. 39. quemadmodum Rex ſedem ſuam Muſco lentiſcino tegit: par. 2. Amer. narrat. 4.
III. Muſcus arboreus cum orbiculis.
Muſcus fœniculaceus, Lugd.
Muſcus ramoſus & muſcus ramoſus floridus, Tabern. Ger.
Muſcus quernus fruticoſus τειχόφυλλον, Col.
Potiſsimùm in Qercu & Fago varians umbellis majoribus & minoribus: planioribus & radiis multo diametro longioribus ramoſis ac hirſutis.
IV. Muſcus arboreus capitulis cavis.
Muſcus alter πλατυπυκνοδασύφυλλον, Col.
V. Muſcus arboreus coralloides.
Muſcus alter quernus coralloides ἄφυλλον, Col.
VI. Muſcus arboreus nodoſus.
Dendrobryon geniculatum, Col.
VII. Muſcus pulmonarius.
Pulmonaria, Trag. Matth. Fuch. Dod. ut: Geſn. hor. Lac. Lon. Tab.
Pulmonaria 1. Caſt. tertia, Cluſ. pan.
Pulmonaria fungoſa, Lugd. vulgaris, Thal.
Muſcus pulmonarius, Lob.
Pulmonaria, Lichenis quoddam genus, Cæſ.
Hepatica terreſtris, Ger. ico.
Variat laciniis latioribus & anguſtiorib. & hæc Lichen arboreum, Tab. & Gerar. dicitur. Arboribus præſertim Quercui, Sorbo aucupariæ & aliis adnaſcitur: petris quoq;, ſed hoc cãdidius eſt.
IIX. Muſcus cruſtæ modo arboribus adnaſcens.
Lichen Dioſcoridis & Plinii alterum, Col.

Procura Valeſianorum.

In arborum caudicibus, in petris, tophis & tectorum tegulis veluti patella adhæret: colore varians, viridante, flaveſcente & cinereo vetuſtate petris adhæret: arborum caudicibus luteſcens cruſtoſa & major obſervatur.

MUSCUS SAXATILIS vel LICHEN.

Λειχὴν Græcis, Latinis ſimiliter Lichen ſic dicitur Galeno, quia lichenes, id eſt impetigines curat. Dioſcoridi l.4.c.53. λειχὴν quæ petris innaſcitur & aliqui βρύον appellant, ceu muſcus eſt roſcidus petris inhærens. At Plinio duplex eſt l.26.c.4. Lichen herba in Lichenis remediis omnibus præfertur, inde nomine invento: naſcitur in ſaxoſis folio uno, ad radicem lato: caule uno parvo, longis foliis dependentibus: eſt aliud Lichenis genus, petris tantum inhærens ut Muſcus: qui & ipſe illinitur.

I. Lichen petræus latifolius ſive Hepatica fontana.
Hepatica, Brunſ. Lon. prima, Tab.
Jecoraria ſeu Hepatica fontana, Trag.
Lichen, Matth. Fuch. Ang. Dod. utr. Cord. in Dioſcorid. Lac. Tur. Caſt. Lugd. Cæſ. Thal.
Lichen 1. Lob. petræa, Ger.

II. Lichen petræus ſtellatus.
Lichen 2. Lob. Lugd.
Hepatica 2. Tab. Ger.

III. Lichen petræus umbellatus.
Lichen tertius, Lob. Lugd.
Hepatica tertia, Tab.

IV. Lichen petræus muſcoſus racemoſus, in Prodromo ſub 15. deſcriptus.

V. Lichen petræus cauliculo pileolum ſuſtinente.
Lichen Plinii primus pileatus, Col.

VI. Lichen petræus cauliculo calceato.
Lichen alter minor caule ὑποδεδεμένῳ, Col.

VII. Lichen petræus minimus fructu orobi.
Lichen alter acaulis ὑποφυλλόκαρπος, Col.

IIX. Muſcus ſaxatilis ericoides: qui 7. in Prodromo.

IX. Muſcus ſaxatilis repens coma ſparſa.
Duplex eſt latiore folio in aquis, qui Muſcus eſt 14. in Prodromo: anguſtiore expanſo, qui ſupra lapides Harcyoniæ reperitur.

LENTICULA PALUSTRIS.

Lens ſive Lenticula paluſtris, Dioſcoridi l.4.c.88. Φακὸς ὁ ἐπὶ τῶν τελμάτων dicitur (quòd foliolum ſit lenticulæ forma) quæ in aquis pigris ſtagnantibus reperitur, muſcus ſcilicet lenticulæ ſimilis.

I. Lenticula paluſtris vulgaris.
Lenticula aquatica, Brunſ. Thal.
Lenticula paluſtris, Trag. Cæſ. Tab.
Lens paluſtris, Matt. Dod. gal. Ang. Cord. in Dioſcorid. Tur. Lac. Lob. Lugd. Ger.
Lenticula, Ad.
Lens paluſtris, Dod.

II. Lenticula paluſtris bifolia fructu tetragono.
Callitriche Plinii, Colum.

III. Lenticula aquatica triſulca.
Hederula aquatica, Lob. belg. Ger.
Hederula paluſtris, Tab.

IV. Lenticula paluſtris quadrifolia.
Lens paluſtris altera, Matth. Lac. Lugd. Caſt. ap.
Lenticula paluſtris 2. Tab.
an Lenticulæ alterum genus, Cæſ.
Lemna Theophraſti, Lugd.
Theophraſto 4. hiſt. 11, Λέμνα quod vocatur, altius mergitur in aqua.

V. Lenticula paluſtris latifolia punctata.
Stratiotes aquatica Dioſcoridis, Cæſal.

VI. Lenticula paluſtris Ægyptiaca, ſive Stratiotes aquatica foliis Sedo majore latioribus.
Hayhalem elmaoin, quaſi dicas aquoſum ſedum, Stratiotes Dioſcoridis, Alp.
Dioſcoridi l.4. cap.102. στρατιώτης ſive ποτάμιος στρατιώτης, ex eo cognomentum traxit, quod aquis ſupernatet, & ſine radice vivit: folium habet Aizoo ſimile, at majus. Plinio l.24. c.18. Stratiotes in Ægypto tantum & inundatione Nili naſcitur, aizoo ſimilis, ni majora haberet folia.

VII. Quadrifolium aquaticum nobis incognitum.
Tetraphyllum, Lugd.

SECTIO

SECTIO QUARTA.

MUSCUS MARITIMUS; FUCUS ſive ALGA; CORALLINA; CORALLUM; PORUS; ANDROSACE; ALCYO-*nium; Spongia; Urtica maritima.*

MUSCUS & FUCUS MARINUS.

Muſcus Marinus βρύον θαλάσσιον Dioſcoridi l.4. c.99. in ſaxis teſtiſq́ ad mare naſcitur, capillaceus, gracilis ſine caule.

Fucus Marinus φῦκος θαλάσσιον l.4. c.100. quoddam latum: alterum oblongum & quadantenus puniceum: tertium candidum, quod in Creta naſcitur juxta terram, pulchrè floridum, neq; corruptioni obnoxium. Et Theophraſto 4.hiſt.7. φῦκος plura ſunt genera: quoddam folio lato, colore herbido, quod Porrum quidam appellant, alii cingulum radice hirta, extrinſecus ſquammata: intrinſecus longa admodum craſſaq́; &c. Aliud folio crinito terra ipſi adhærens. ſepeq́; à mari tantum alluitur. Alterum altius degit, in mari extero circa Herculis columnas naſcitur, mira magnitudine & latitudine, & ut ferunt, amplius quàm ut manu comprehendi poſſit &c. Alga verò proveniens in alto. quam Spongiarii pelagicum deferunt. in Creta inſula juxta terram, ſuper ſaxa plurima optimaq́; provenit. quæ non ſolùm vittas, ſed etiam lanas veſteſq́; inficiunt &c. Sunt alia Graminibus proxima, quippe folio ſimili, radice geniculata, longa, oblique adhærente modo graminis, & caule calamaceo ut gramen, magnitudine Alga minore. Eſt aliud βρύον dictum, folio coloris herbidi, amplo, nec Lactucæ diſſimili, rugoſiore tamen & veluti contracto: caret caule: ſed ab uno initio plura folia ejuſmodi exeunt & rurſus ab alio: naſcitur ſuper tegulas fictiliaq́; juxta terram. His verbis Theophraſtus Fuci marini quinq; genera propoſuit: Zoſtera ſive Praſon: capillaceũ ſive fœniculaceum: tinctorium ſpongiariorum ſive pelagicum: gramineum: lactuceum. Plinio qui βρύον & φῦκος confundit l.27. c.8. Bryon marina herba ſine dubitatione eſt, lactucæ foliis ſimilis, rugoſa veluti contracta ſine caule, ab ima radice exeuntibus foliis: naſcitur in ſcopulis maximè teſtiſq́; terra comprehenſis. Idem l.13. c.25. (de Phucis ſive Algis agens) Non habet lingua alia nomen, quod Græci Phycos vocant: quoniam Alga herbarum magis vocabulum intelligitur. Folia lata, colore viridi gignit, quod quidam praſon vocant, alii Zoſtera. Alterum genus ejuſdem capillaceo folio ſimile fœniculo, in ſaxis naſcitur, ſuperius in vadis haud procul littore. Verno utrumque & interit autumno. Circa Cretam inſulam nato in petris purpuras quoq; inficiunt: laudatiſſimo à parte Aquilonis unâ cum ſpongiis. Tertium gramini ſimile, radice geniculata, & caule qualiter calami. Aliud genus Phycorum, Bryon vocatur folio Lactucæ, rugoſiore tantum, jam hoc interius naſcens.

Muſcus maritimus.

I. Muſcus capillaceus multifido folio albidus.
Muſcus marinus vulgatiſſimus, Lob. Lugd.
Muſcus marinus 2. Dod. at primus, Eid. belg.
Muſcus marinus 3. Tab. marinus, Ger.
Muſcus marinus herbaceus mollior, Cæſ.
Muſcus albus marinus, Imper.

II. Muſcus capillaceus multifidus niger.
Fuci marini nigri repentis nomine ex mare Balthico accepimus.

III. Muſcus maritimus viridis multifido folio.
Palmula marina, Imper.
Muſcus marinus, Cluſ. hiſt.
Hujus diverſæ ſunt ſpecies.

IV. Muſcus maritimns tenuiſſimè diſſectus ruber.
an Fucus ſive Alga tinctoria, Lugd.

V. Muſcus pennæ ſimilis.
Penna marina, Imper.

VI. Muſcus maritimus filicis folio.
Myrophillum pelagium Cortuſi, Cluſ. hiſt.

VII. Muſcus maritimus Adianto affinis.
Pennaria marina, Imper.

IIX. Muſcus maritimus Adianto ſimilis alter.
Polypodium marinum, Imper.

IX. Muſcus maritimus Goſſypio ſimilis.
Goſſypium muſcus, Imper.

X. Alga bombycina, in Prodromo deſcripta.

Muſcus Coralloides.

I. Muſcus maritimus ſive Corallina officinarum.
Muſcus marinus, Matth. Ang. Dod. ut: Cord. in Dioſc. Lac. Tur. Caſt. Lugd. Cæſ. Tab.
Corallina, Lob. Lon. Lem.

Fucus

Fucus capillaceus, Lugd.

II. Muſcus coralloides ſquammulis loricatus.
Bryon thalaſsion, Tur.
Muſcus marinus 3. Dod. vel 2. Eid. belg.
Muſcus candidus coralloides ſquammatus, Lob.
Muſcus marinus candidus coralloides, Lugd.
Corallina altera, Taber.

III. Muſcus coralloides latifolius.
Muſcus coralliformis, Lob. belg.

IV. Muſcus foliolis latiuſculis ambitu diſſectis.
Muſcus marinus 3. Dod. belg.

Fuci ſubrotundi.

I. Fucus folio rotundo.
Sertolaria, Imper.
Corallina latifolia & Opuntia marina, Cortuſ.
Lichen marinus, Cluſ. hiſt.

II. Lichen maritimus, Lob. belg. Tab.

III. Fucus umbilicus marinus dictus.
Umbilicus marinus, Imper.

IV. Fucus fungis affinis.
Fucus fungularis, Imper.
Eſt major & minor.

V. Fucus cavus.
Herba cava, Imper.

Fucus ſive Alga latifolia.

I. Muſcus marinus Lactucæ folio.
Fucus marinus 1. Dioſcoridis, Theoph.
Bryon Lactucæ foliis Plin. & Lob.
Muſcus marinus alter, Matth. Caſt.
Muſcus marinus Theophraſti, Dod. gal. Lugd.
Therapidion Cratevæ, Ang.
Bryon thalaſsion, Tur.
Fucus marinus prior, Dod.
Muſcus marinus virens latifolius, Dod. belg.
Lactuca marina, Tab.

II. Muſcus lactucæ marinæ ſimilis.
Fucus linza dictus, Imper.

III. Alga intybacea diverſa à Muſco primo.
Fucus ſive Alga intybacea, Lugd.

IV. Alga longiſsimo lato tenuiq; folio.
Sub Fuco 4. in Prodromo deſcribitur.

V. Alga longiſsimo lato craſſoq; folio.
Fucus 3. in Prodromo.

VI. Alga latifolia chartæ ſimilis coſta carẽs.
Folium grande ex Algæ genere, quod ex Madera advehitur cum Saccharo, Cæſ. cap. de Alga & de Muſa.

VII. Alga latifolia coriacea.
Palmifolium giganteum ſive fucus giganteus, Imper.
an Urack Nortmanorum, Lob.

IIX. Alga membranacea ceranoides.
Fucus 6. in Prodromo.

IX. Alga maritima gallopavonis plumas referens.
Fucus 7. in Prodromo.

Fucus ſive Alga anguſtifolia.

I. Fucus arboreus polyſchides edulis: 2. in Prodromo.

II. Fucus alatus ſive phaſganoides: 1. in Prodromo.

III. Fucus longo anguſto craſſoq; folio: 5. in Prodr.
an Fucus Zoſter, Lugd.
Fuci maritimi 2. ſpecies, Dod. belg.

IV. Fucus anguſtifolius ligulas referens.
Fucus marinus alter, Dod. belg.

V. Alga anguſtifolia vitrariorum.
Fucus marinus primus, Ang.
Fucus marinus, Lac. alter, Dod.
Alga, Cæſ. Imper. marina, Lob. ico.
Fucus ſive Alga marina graminea, Lugd. cum duplici figura.
Hæc duplex: foliis alia latioribus, alia anguſtioribus, utrumque folia in rio virent, dein cum exiccantur albeſcunt: verum etiam anguſtifolia cãdidiſsima reperitur.

VI. Alga cornu cervi diviſura.
Herba Cretica quæ tinctoribus Rubella, hoc nomine Imperatus miſit.

VII. Alga gramineo folio.
Algæ minimum genus, Cæſ.

Fucus ſive Alga capillaceo folio.

I. Alga viridis capillaceo folio.
an Conferva Plinii, Ang.
Conferva Plinii, Lob. Lugd. Imper.
Linum marinum, Imper. qui hoc nomine miſit.
Duplex eſt: alia in maritimis quæ Muſcus tomentoſus, ſive Conferva; alia in aquis ſtagnantibus, quæ Linum aquaticum Imper. dicitur.

II. Alga nigro capillaceo folio.
Filum maritimum Germanicum in Prodr.

III. Alga fontalis trichodes.
Conferva trichodes, vel Trichomanes aquaticum, Lugd.

IV. Alga in tubulis aquam fontanam ducentibus.

FUCI

FUCI ARBORIBUS, FRUTICIBUS vel etiam herbis aſſimilati.

Naſcuntur etiam in mari Fuci qui fruticibus arboribúsve aſſimilantur: quare Theophraſtus 4.hiſt.7.ſcribit, naſci Quercus & Abietes ſuper lapides fictiliaq́ radicibus carentes, ſed patellarum nudo adhærentes, &c. Ibidem & Palmæ Pelagicæ meminit. Et Plinius l.13.c.25. in alto vero Abies & Quercus cubitali altitudine, ramis earum adhærent conchæ: Quercu etiam tingi lanas tradunt. Glandem etiam quaſdam ferre in alto, &c. Vitis paſſim naſcitur, ſed Ficus ſine foliis rubro cortice & palma fruticum generis: extra Herculis Columnas, porri fronde naſcitur frutex & alius lauri & thymi, &c.

Fuci folliculacei.

I. Fucus maritimus nodoſus.
Fucus maritimus 3.Dod.belg.

II. Fucus maritimus alter tuberculis paucisſimis.
Fucus marinus 4.Dod.belg.

III. Fucus maritimus, vel Quercus maritima veſiculas habens.
Quercus marina, Lobel.Cluſ.hiſp.Tab.at1.Eid. hiſt.
Fucus marinus primus, Dod.belg.
an Alga vulgaris ramoſa, Lem.occul.

IV. Fucus maritimus vel quercus maritima, foliorum extremis tumidis, quam aliqui glandiferam vocant.
Quercus marina altera, Cluſ.hiſt.
Hæc cum priore una figura à Lobelio, Taber.& Cluſ.in hiſt.exprimitur.

V. Ficus maritimus foliis tumidis barbatis: in Prodromo ſub Quercu maritima 3.deſcribitur.

VI. Fucus folliculaceus fœniculi folio longiore.
Phucus marinus folio fœniculi, Ang.
Fucus ferulaceus, Lob.Lugd.
an Algæ ſpecies 2.Lem.occul.

VII. Fucus folliculaceus foliis fœniculi brevioribus.
Muſcus marinus virens tenuifolius, Dod.belg.

IIX. Fucus folliculaceus foliis Abrotani.
Fucus marinus foliis Abrotani maris, Lob.
Fucus marinus tenuifolius, Tab.
Muſcus marinus foliis abrotani, Lugd.
Gongularis marina ſive Abies marina, Theoph. Imp.

IX. Fucus racemoſus vel racemus marinus.
Acinaria marina prima, Imp.

X. Fucus folliculaceus ſerrato folio.
Lenticula marina ſerratis foliis, Lob.Lugd.Tab.
Sargazo Acoſtæ, Lugd. Linſc.par.3.or.c.4.5.8. & par.4.fig.10.
Vitis marina Theoph. Alga prima, Lem.occul.
Acinariæ marinæ 3.ſpecies, Imper.
an Klaptmutſen herba magna copia fluctuans: par.5.Ind.or.

XI. Fucus maritimus bacciferus.
Herba mari innatans foliis rutaceis, baccis Juniperinis ſimilibus: mare ita herbidum efficiens ut pratam referret: Lerio deſcr.Braſil.c.20.

XII. Fucus folliculaceus linariæ folio.
Lenticula marina Serapionis & Uva marina quorundam, Lob.Lugd.
Lenticula marina Serapionis, Tab.
Acinariæ marinæ altera ſpecies, Imper.

XIII. Abieti ſimilis maritima.
Muſcus coralloides alter, Lob.Lugd.
Abies marina belgica, Cluſ.hiſp.& hiſt.

XIV. Tamariſco ſimilis maritima.
Myrica marina Batavica, Cluſ.hiſt.
an Tamariciola Fucus, Imper.

XV. Fucus cupreſſo ſimilis.
Fucus cupreſsinus, Imper.

XVI. Salix maritima.
Salix marina teſtis oſtrearum & ſaxis innaſcens, Lugd.

XVII. Ericæ ſimilis maritima.
Frutex marinus Ericæ facie, Cluſ.exot.l.6.c.5.

XVIII. Reſedæ ſimilis maritima.
Planta marina reſedæ facie, Cluſ.exot.l.6.c.6.

XIX. Equiſeto ſimilis ſaxea.
Hippuris ſaxea, Cluſ.exot.l.6.c.8.

XX. Abrotano ſimilis ſaxea.
Planta ſaxea [illegible], Cluſ.exot.l.6.c.7.

Fuci diverſi ex Imperato: qui cum nobis incogniti, in certas claſſes reponi non potuere.

I. Fucus marinus Roccella tinctorum.

II. Fucus capillaceus Roccella.
an Fucus 3. Ang.

III. Fucus verrucoſus tinctorius Roccella.

IV. Fucus lumbricalis, aliquibus Corallina.

V. Fucus marinus lanuta.
VI. Fucus radicella ſive Vermicularis.
VII. Fucus terzola, Vermicularis ſpecies.
IIX. Fucus forcellata lumbricalis ſpecies.
IX. Fucus tremula.
X. Fucus ſcoparia, Pennachio marinus.
XI. Fucus vermicularis laqueus dictus.
XII. Fuci criſtati ſc. Quercus & Ilex marina.
XIII. Fucus vermicularis duplex Retuſa & Sempia.
XIV. Muſcus marinus trifolia.
XV. Muſcus marinus Alghetta.
XVI. Fucus axungiola.
XVII. Fucus aliquibus palma marina duplex vel cortice rugoſo vel lævi.

CORALLINA.

I. Corallina fruticoſa recta alba.
Juncus petroſus, Ang.
Lithophyton marinum albicans, Geſ. foſs.
Quercus marina Theoph. Cluſ. hiſp. & exot.
Corallina alba, Lob. Tab.
Corallium album, Lugd.
Muſcus marinus fruticoſus, Caſt.
Corallii ſimiles frutices, Cæſ.
Ligno intus duriſsimo & nigro cui cruſta obducitur, aliis candida, aliis cinerea, aliis rubens, teſtacea ſubſtantia.
II. Corallina lutea punctata.
III. Corallina fruticoſa purpurea.
Lithophyton marinum rubri ſeu purpurei coloris, Geſn.
Corallina rubens Antiphatis facie, Lob.
Corallina rubra, Taber.
Quercus marina Theoph. Cluſ. exot. lib. 6. c. 4.
Quercus marina cum ſua baſi, Eid. curis poſt.
IV. Corallina ruffeſcens exaſperata.
Ericæ facie frutex marinus, Cluſ. ex.
V. Corallina nigra veluti ſpinis exaſperata.
VI. Corallina nigra ſetacea hirſuta.
Antiphates 2. ſpecies, Ponæ.
VII. Corallina nigra ſetacea.
Antiphates ſive Corallina 3. Ponæ ital.
IIX. Corallina nigra ſetacea circumvoluta.
Antiphatis ſive Corallinæ 3. altera ſpecies, Pon. ital.
IX. Eſchara coralloides, Cluſ. exot. l. 6. c. 9.
X. Corallinæ affinis Nodularia.
Nodularia, Imper.
Variat colore albo, pullo, puniceo.
XI. Corallinæ facie grumoſo cortice.
Arbuſcula marina coralloides, Cluſ. exot. l. 6. c. 1.
XII. Corallina alba nodoſa: quæ 1. in Prodr.
XIII. Corallina cinerea rugoſa, 2. in Prodr. quæ duplex eſt.
XIV. Corallina cortice reticulato maculoſo purpuraſcente.
Frutex marinus elegantiſsimus, ad Palmæ marinę genus Theoph. accedens, Cluſ. exot. l. 6. c. 12.
XV. Corallina reticulato cortice altera.
Planta marina retiformis, Cluſ. exot. l. 6. c. 3.
XVI. Corallina pallidè flaveſcens cortice lævi: quæ 3. in Prodromo.

CORALLUM.

I. Corallum rubrum.
Corallium, Geſ. Lob. Lugd. Cæſ.
Corallum rubrum, Imper.
Variat: coloris vel intenſe, vel dilutè rubri eſt, vel ſubflaveſcentis, vel fuſci.
II. Corallum nigrum.
Corallium nigrum, Geſ. Cæſ.
Antiphates ſive Corallium nigrum, Lob. Lugd.
III. Corallium extra rubens intus nigrum, Cæſalp.
IV. Corallium album: & Lob.
Corallium album, cujus nec apud Græcos, nec Latinos mentio fit, Cæſ.
In hoc varietas eſt: aſperum eſt & ſtriatum.
V. Corallum album ramoſum.
Corallum album fiſtuloſum, Imper.
VI. Corallum album ramoſum alterum.
Coralloides ſive Coralli albi varietas, Lob. Lugd.
VII. Corallum album verrucoſum punctatum.
Corallum album punctatum, Imper.
IIX. Corallum album ſtellatum.
Corallum ſtellatum, Imper.
Eſt majus & minus.
IX. Corallum album articulatum.
Corallum articulatum ex Majorica, Imper.

K ejus

Κοράλλιον, inquit Dioſcorides lib.5.cap.139. aliqui Λιθόδενδρον appellarunt, marina planta eſt, quæ alto mari exempta duratur ſtatim atque emergit, quaſi à circumfuſo nobis aëre lapideſcat concreſcátve. Probatiſſimum rubens colore Sandarachæ, aut Sandycis ſaturatæ, ut quod in lapidis duritiem coiit ſcabroſum, fiſtuloſum ſeu concavum, præterea inane ſeu ſpongioſum, vitioſum exiſtimatur. Quod ἀντιπαθὲς vocatur corallium quoq; eſt, ſed ſpecie tantummodo diſtans: eſt colore nigro, arboris & ipſum figura, at magis ramoſum. Plinio l.32.c.2. Coralio forma eſt fruticis coloris viridis: baccæ ejus candidæ ſub aqua & molles, exemptæ confeſtim durantur & rubeſcunt quaſi Corna ſativa ſpecie atque magnitudine: ajunt tactu protinus lapideſcere, ſi vivat: itaque occupari, evelliq; retibus, aut acri ferramento præcidi: hac de cauſa Curalium vocitatum interpretantur (ὅτι ἐν ἁλὶ κείρεται, quoniam in mari tondetur.) Probatiſſimum quàm maximè rubens & quàm ramoſiſſimum, nec ſcabroſum aut lapideum vel rurſus inane aut concavum: authoritas baccarum ejus non minus in Indorum viris quoq; prætioſa eſt, quam fœminis noſtris uniones Indici (ſed putavit Plinius baccarum formam artificio paratam ſponte naſci.) Antiphatis verò l.37. c.10. inter gemmas meminit, quæ nigra ſit & non translucens. Hujus volunt etiam meminiſſe l.13. c.ult. his verbis: Iſidos plocamon, corallio ſimilis ſine foliis: præciſum mutato colore in nigrum dureſcere: cum cadat frangi: item alium qui vocetur charitoblepharon efficacem in amatoriis: hæc Plinius. Hoc poſterius nigrum eſſe corallium, hinc quidam arbitrantur, quòd olim in ſuperciliis fœminarum, color niger pulcherrimus & vetuſtiſſimus haberetur. Refert Linſcottus par.3.Ind.or.cap.1.ad caput Bonæ ſpei ſcopulos eſſe, qui magna ex parte Corallio, eoq; acutiſſimo, aſperrimoq; & omnifarii coloris, ut nigri, albi, æruginoſi ſeu viridis, conſtant.

PORI CORALLO AFFINES.

Plinius lib.36.cap.17. PORI *lapidis ſervandis corporibus idonei meminit: Pario ſimilis candore & duritie, minus tamen ponderoſus, qui Porus vocatur. Cùm Plinius ita brevis ſit, an de his locutus ignoramus: Equidem lapides hi ſubſtantia ſunt Coralliis proximi, & potiſſimum poroſitate, unde nomen habent, à Coralliis differunt.*

I. Corallo affinis Porus magnus.
Porus magnus, Imper.

II. Corallo albo affinis Porus ramoſus.
Porus ramoſus, Imper.

III. Millepora, Imper.

IV. Coralliis affinis Madrepora ſtellata.
Madrepora, Imper.

V. Coralliis affinis Madrepora ramoſa.
Madrepora ramoſa, Imper.

In eadem planta varietas & in ſubſtantia & colore pro partium diverſitate reperitur.

VI. Porus facie Sabinæ, Imper.

VII. Porus cervinus, Imper.

IIX. Porus reticulatus & Eſchara marina, Imper.

IX. Frondipora, Imper.

X. Porus tubularius, Imper.

XI. Porus anguinus, Imper.

XII. Coralliis affine Alcyonium rubrum.
Tubularia purpurea, Imper.

ANDROSACE.

Ἀνδρόσακες Dioſcoridi l.3.c.150. herba eſt alba tenuibus cirris ſine foliis, folliculum habens in cacumine, quo ſemen continetur: in maritimis Syriæ naſcitur. Idem Plinius l.26.c.4. Androſaces dicitur, quod Hydropicorum aquas ducat, vel Hydroſaces, quia non niſi in aquis creſcat.

I. Androſaces petræ innaſcens vel major.
Androſaces, Matth. Lon. Caſt. Lugd.
Muſci marini genus, Guil.

Hanc ex Iſtria habemus, & à ſequenti cirris longioribus, folliculis ſive clypeolis (ſed ſemine carentibus) in cacumine minoribus, differt.

II. Androſaces Chamæ conchæ innaſcens, vel minor.
Androſaces, Cotyledon folioſum marinum, Ad. Lob. ico.
Androſaces, Lobel. Lugd. (& Umbilicus marinus Monſpel.) Cam.ep. utramque una figura exhibet.
Fungus marinus minimus, Cæſ.
Androſace Matthioli, Tab. Ger.

Hanc communiter conchæ, rarius petræ innaſcentem in ſtagnis circa Magalonam & Frontignanum obſervavimus.

A L.

ALCYONIUM.

Ἀλκυόνιον Dioſcoridi l.5.c.136. cujus quinq; genera facit: unum ſpiſſum eſt, acerbi ſaporis, ſpongioſa facie, inſuperq; viroſum, grave ac piſcem olens: alterum oculorum pterygio aut ſpongiæ ſimile, leve & multicavum, odore fere algæ: tertium vermiculi forma & colore pene purpureum eſt, quod Mileſium quidam vocant: quartum ſuccidis velleribus non admodum diſſimile, multis inanitatibus hians ac leve: quintum figura fungi, inodorum, intus quidem aſperum, quodammodo pumicoſum, foris verò læve, acre. Plinius l.32.c.8. fit in mari & Halcyoneum appellatum, ex nidis ut aliqui exiſtimant, halcyonum & ceycum: ut alii, è ſordibus ſpumarum craſſeſcentibus: alii è limo, vel quadam maris lanugine. Quatuor ejus genera: cinereum ſpiſſum, odoris aſperi: alterum molle lenius odore fere algæ: tertium candidioris vermiculi: quartum pumicoſius ſpongiæq; putri ſimile, penè purpureum, quod optimum: hoc & Mileſium vocatur: quo candidius autem hoc minus probabile eſt.

I. Alcyonium durum ſive 1.Dioſc.Imper.
II. Favago Auſtralis. Alcyonium 2.Dioſcor. quod duplex exiſtit, Imper.
III. Alcyonium vermiculare, Imper.
Alcyonium 3.Dioſc.Cæſ.
Hoc non ſolùm purpureum, ſed & candidum ac flaveſcens reperitur.
IV. Alcyonium molle vel 4.Dioſc.Imp.
V. Alcyonium ſtuppoſum, vel 4.Dioſc.Imp.
VI. Alcyoniũ foraminoſum vel 5.Dioſ.Imp.
VII. Alcyoniũ forma fructus alicujus ficus.
Alcyonium tuberoſum vel 5.Dioſc.Imp.
IIX. Alcyonium ingens & 3.quod ad 5.Dioſ. referri poteſt, Cluſ.exot.
IX. Alcyonium cervi cornua cum cranii parte referens,
Alcyoniũ monſtroſum ſive 1.Cluſ.exot.l.6.c.12.
X. Alcyonium chirothecæ facie.
Alcyonium alterum, Cluſ.l.c.
Cum 2.Dioſcoridis nõnullam affinitatem habet.
XI. Fungus auricularis, Cæſ.
Muſcus ſaxatilis, aliquibus Alcyonium 5.Dioſc. Imp.
XII. Burſa marina & Alcyonii genus 4.Cæſ.
XIII. Roſa marina ad 5.Alcyonii ſpeciem referenda, Cæſ.
XIV. Pila marina, Cæſal.
XV. Pila marina velut ex ampullis conſtans ad ſpumæ ſimilitudinem.
Spuma maris, Cæſ.
Variat colore modò candido, modò rubro, aliquando flaveſcente.

ZOOPHYTA.

Ζωόφυτα ſunt quæ nec animalium, nec plantarum, ſed tertiam ex utroq; naturam habent, & ut Ariſtoteles loquitur, τὰ ἐπαμφοτερίζοντα φύλα ϗ ζώων, quæ ambigunt inter plantam & animal, quæ Plantanimalia dici poſſunt: talia ſunt Spongiæ, Urticæ marinæ.

SPONGIÆ.

Σπόγγος Græcis, Spongia: Etymologicus ſic dici ſcribit παρὰ τὸ σπᾶν τὰ ὑγρὰ, quod humorem attrahat & combibat. Dioſcoridi lib.5.cap.138. è ſpongiis alias nonnulli mares appellavere, quæ tenuibus ſunt fiſtulis ac ſpiſſæ denſæve, è quibus rurſus duriores τράγους nominaverunt: alias vero fœminas, quæ contrario ac antedicto modo ſe habent. Et Plinio lib.9.cap.45. Spongiarum tria genera accepimus: ſpiſſum ac prædurum & aſperum, tragos id (ab odore gravi) vocatur: minus ſpiſſum & mollius, manon: tenue denſumq; ex quo penicilli (ſive turundæ ſinuoſis & cavis ulceribus immittuntur) parantur. Hæ ſane ζωόφυτα & ζωόδενδρα dicuntur, quæ ut habet Plinius l.c. neque fruticum neque animalium, ſed tertiam quandam ex utroq; naturam habent: ejuſmodi, inquit idem, ſunt Urticæ & Spongiæ.

I. Spongia globoſa, Imper.
II. Spongia compreſſa, Imper.
III. Spongia compreſſa magna.
Spongia marina alba & flava, Tab.Ger.
Spongia compreſſa latiſsima, Imper.
IV. Spongia hircina, Imper.
V. Spongia velaris, Imper.
VI. Spongia ramoſa.
Confervæ marinæ genus, Lob.Lugd.
Corallina Britannica Penæ, Lugd.
an Iſidos plocamon corallio ſimilis Plinii l.13. (c.24.
VII. Spongia ramoſa fiſtuloſa.

IIX. Spon-

IIX. Spongioſus fucus, Imper.

Hujus diverſæ ſpecies: una barbæ ſimilis: altera arbuſculæ in ramos diviſæ: alia inſtar manus humanæ: alia figuræ turbinatæ inſtar pini.

IX. Spongia forma infundibuli.

Spongia elegans, Cluſ. exot. l. 6. c. 11.

URTICA MARINA, ET ALIA.

Vrtica dicta, quòd admota contrectantis manum pungat. Sic Plinius lib. 9. cap. 45. Urticæ noctu vagantur, noctúq; mutantur: carnoſæ frondis his natura & carne veſcuntur: vis pruritu mordax eademq; quæ terreſtris urticæ, &c. Verùm Bellonius, inter piſces molles: Rondeletius, inter animalia imperfecta, & quidem genere mollia refert.

Genus duplex Ariſtoteli 5. hiſt. 16. At Rondeletio ſpecies ſex ſunt. Plinio lib. 9. cap. 43. alterum earum quæ ſolutæ ſunt, quas vagari ſcribit Plinius: alterum earum genus ſaxis affixum ſemper hæret.

I. Urtica ſoluta prima & ſecunda, Tab.

II. Urtica marina explicata & contracta, Tab.

I. Urtica 5. & 6. Rondel. (& ex eo Aldroan.) Urtica ſoluta 1. & 2. Tab.

II. Urtica explicata & contracta, Bellon. Italis Cunnus marinus: & Tab. de his vide Geſ. Bellon. Rondel. & Aldroandum, qui formas diverſas pingit.

III. Pulmo marinus, Matth. Tab. Aldroando.

IV. Holothuria, Ariſtot. Plin. Rondel. (qui duas ſpecies habet) & Aldroan.

V. Tethya, Ariſtot. Plin. Rond. Bellon. Geſn. Aldroando, cui ſex ſpecies.

VI. Mentula marina, Rond. cui duplex eſt. Genitale marinum, Bellon. Epipetron Geſneri, cum hac convenire videtur, Aldroan.

VII. Penna marina, Rondel. Geſn quæ Mentula alata piſcatoribus, Aldro. cui duplex eſt.

IIX. Manus marina, Geſ. ex eo Aldroando.

IX. Arantia marina.

X. Malum granatum, Aldro.

XI. Malum inſanum marinum, Rond. ex eo Aldroan.

XII. Pyrum marinum, Ald.

XIII. Cucumer marinus, Plin. Rond. ex eo Aldro.

XIV. Uva marina, Plin. Rondelet. ex eo Aldro.

XV. Fungus marinus, Aldrouando.

SECTIO QUINTA.

FUNGI & TUBERA.

FUNGI.

Fungi Græcis μύκητες dicuntur: de quibus Theophraſtus 1. hiſt. 8. & 9. Fungus pediculum longè majorem, æqualem quam Gladiolus habet & radice penitus caret: & 3. hiſt. 9. verum è radicibus arboris & juxta radices erumpit: & 4. hiſt. 8. cum autem aquæ plures inceſſerint, fungi juxta mare rubrum quodam in loco erumpunt, qui Sole tacti in lapidem mutantur. Horum origo Plinio lib. 22. c. 23. ex pituita arborum. Nam Fungi ſicut & Tubera, neq; plantæ, neq; radices, neq; flores, neq; ſemina ſunt, ſed nihil aliud quam terræ, arborum, lignorum putridorum, aliarúmq; putrilaginum humiditates ſuperfluæ: id quod inde colligi poteſt, quod omnes Fungi & Tubera, maxime ea quæ edendo ſunt, a tonitrubus & pluvioſo cœli ſtatu frequentius naſci ſoleant.

Differentia duplex Dioſcoridi l. 4. c. 83. aut enim edules ſunt, aut exitioſi: hi multis de cauſis tales evadunt: aut quia juxta clavos rubiginoſos, aut pannos putridos, aut ſerpentum latibula gignũtur, aut arboribus privatim fructus noxios ferentibus, adnaſcuntur. Habent verò qui tales ſunt intra ſe lentorem quendam concretũ & ſtrigmenti modo viſcoſum, & terra eruti ſi reponantur, celeriter corrupti computreſcunt. At Plinio l. c. Fungorum numeroſa genera: tutiſſimi qui rubent callo (forte carne) minus diluto rubore quam boleti: mox candidi, velut apice flaminis inſignibus pediculis: tertium genus ſuilli, venenis accomodatiſſimi. Quidam diſcrevere arborum generibus fico, ferula (potius betula) & gummi ferentibus: nos item fago, aut robore, aut cupreſſo: omnium colos lividus.

Verùm alii ex terra naſcuntur: alii veterum arborum caudicibus ſubinde & eorum ramis (vix enim ulla arbor ſeneſcens in qua non conſpiciantur) adnaſcuntur: alii ſaxis, tectis ſtramineis, putridis lignis inſident & quandoque ſupra fimum reperiuntur. Guiland. com. de pap. κυνίμαλον alterum genus ſive Cyema alterum dicit.

I. Fungus poroſus.
Fungorum primum genus, Trag. Lon.
Fungorum præcipuum genus, Geſ. col.
Spongiola nonnullis, Dod. Imper. Neapolitanorum, Ponæ.
Fungi favaginoſi, ſive Fungi rugoſi favis mellis ſimiles, Lob. belg.
Fungus ſpongioſus Dalechampii, Lugd.
Fungi rugoſi, Caſt.
Fungi eſculenti primum genus, Cluſ. hiſt.
Fungi præcoces, Dod. belg.

Hujus quatuor ſunt ſpecies: nam primus fungus parvus eſt, rugoſus albicans, quaſi fuligine infeſtus: 2. radicem Ariſtolochiæ rotundæ exiccatam refert, coloris ex ruffo fuſci: 3. duplo amplior plerunque orbicularis: 4. in longitudinem metæ inſtar excreſcit.

II. Fungus apice pyramidali & anguſto.
Fungi eſculenti alterum genus, Cluſ.

III. Fungus in metam faſtigiatus albus fuſco tinctus.
Fungi eſculenti quartum genus, Cluſ.

Hic triplex eſt: primus & ſecundus parvus & mediocris, ambo coloris albicantis fuſco tincti: tertius major magis fuſcus, interdum notis diſtinctus.

IV. Fungus orbicularis exalbidus pratenſis.
Fungi eſculenti tertium genus, vel S. Gengii, Cluſ.

V. Fungus anguloſus pediculo exiguo.
Fungi eſculenti quintum genus. Cluſ.

Triplex eſt: 1. anguloſus: 2. magis orbicularis: 3. major, in tres lacinias diviſus: ad arborum radices.

VI. Fungus radice carens dimidium fungum & orbem referens.
Fungi pezicæ eſculenti, Colum.

Ad Fagorum radices Agarici modo creſcit.

VII. Fungi umbilicum exprimentes plures ſimul albi.
Fungus in populo alba, Matth.
Populnei αἰγειρῖται Dod.
Fungi eſculenti ſextum genus, Cluſ.

Ad arborum radices, ſola magnitudine differens obſervatur, ex ætate proveniens.

Fungorum ſub Populo naſcentium, qui Turini vocantur, ſubrubentium, pediculo candido, qui in cibis minimè probantur, Cæſalp. auctore.

Huc referendi Galucci vulgo dicti apud Portum, qui bini aut tres ab uno pediculo prodeunt velut galli criſtæ, acri odore, coma velut villoſa.

IIX. Fungus umbilicum referens variegatus.
Fungi eſculenti decimumtertium genus, Cluſ.

Variat: nam in primo supernè color ex cæruleo, viridi & fuſco commixtus conſpicitur, infernè ex albo ſubluteus: 2. ſupernè color flaveſcens veluti fuligine infectus, infernè albus fuſcis ſtriis diſtinctus: 3. ſupernè ex albo viridis, infernè candicans & ſtriatus: 4. ſupernè ex purpureo & ſaturatè rubro, raris albis maculis notatus; infernè candicans fuſcis ſtriis aſperſis, oris dilutè purpuraſcentibus: 5. aſperior reliquis, ſupernè coloris ex albo fuſci, inferius candicãs, fuſcis ſtriis diſcurrentibus.

IX. Fungus orbicularis ſulcatus albus fuſco permixto.
Fungi eſculenti ſeptimum genus, Cluſ.

Duplex eſt: alter tumens, coloris vel albi fuſco permiſti, vel maculis quibuſdam aſperſis: alter orbicularis candicans.

X. Fungus pileolo lato orbiculari candicante.
Fungi orbiculati, vel Fungorum tertium genus, Trag.
Fungi boleti, Cord. in Dioſc. Lon.
Fungi nemorum, Lob. belg.
Fungi eſculenti octavum genus, Cluſ.

Triplex eſt: 1. minor candicans: 2. major albicans maculis fuſcis & flaveſcentibus aſperſis: 3. amplior adhuc ex fuſco ſubrubens.

XI. Fungus pileolo lato orbiculari flaveſcente.
Fungi 4. genus, Trag.
Capreolini, Taber.
Fungi eſculenti duodecimum genus, Cluſ.

XII. Fungi pileolo lato & rotundo.
Fungi eſculenti nonum genus, Cluſ.

Hujus quatuor ſunt differentiæ: 1. ſupina parte candicans, infernè magis fuſcus evidentibus ſtriis donatus: 2. ſupernè albicans craſsis ſtriis inſignitus: 3. ſupernè in albedine magis fuſcus, pediculo craſsiore nigricante: 4. rufeſcit & pediculo eſt albo.

XIII. Fungus pileolo lato & rotundo livido.
Fungi vulgares Amanitæ vel Boleti, Trag.
Fungi, Matth. Lac. Lon. Dod. Caſt. Lugd.
Fungi vulgatiſsimi eſculenti, Lob. ico.

Hic ad præcedentem referri poteſt.

XIV. Fũgus pileolo in plano orbiculari villoſo.
Fungi eſculenti decimum genus, Cluſ.

Duplex

Duplex eſt: alter colore puniceo dilutiore: alter coloris ex rufo fuſci.

XV. Fungus pileolo magno plano orbiculato venis exaſperato.

Fungi eſculenti vigeſimum genus, Cluſ.

Triplex eſt: 1.ſupernè dilutè rubens, aut latericei coloris venis exaſperatus: infernè palleſcens, ſtriis fuſcis inſignitus: 2.ſupernè extuberat, coloris ex albo pallido & fuſco mixti: infernè candicans, ſtriis fuliginoſis diſtinctus: 2.major ſupernè coloris ex albo, pallido, rufo & fuliginoſo mixtis: infernè rubeſcens, ſtriis ex atro purpuraſcentibus notatus.

XVI. Fũgus pileolo plano ſubfuſco oris laceris.

Fungi eſculenti undecimum genus, Cluſ.

XVII. Fungus pileolo lato puniceo, lacteum & dulcem ſuccum fundens.

Fungus ſextus, quem aliqui crudũ devorãt, Trag.

XIIX. Fungus candidus odoratiſsimus orbe magno.

Fungus Richione, quaſi magnum fungorum regem dicas, Portæ.

Eſui tam ſuavis ut crudus edatur & ægris innoxiè præbeatur, Eid.

XIX. Fungus latus ſanguinei coloris.

Linguæ in caudicibus caſtanearum, Cæſ.

an ii quos Plinius ſcribit tutiſsimos, qui collo rubent, minus diluto rubore, quam Boleti.

XX. Fungus anguloſus & velut in lacinias ſectus.

Fungi genus magnum à figura auriculi leporinis, Ges.coll.

Arborum fungi auriculæ Judæ facie, Lob.belg.

Gallinacei, Cæſalp.

Fungi eſculenti decimumquartum genus, vel Fungus leporinus, Cluſ.

Duplex eſt: 1.ſupernè pallidus, flavis maculis variegatus: infernè flaveſcens, fuſcis ſtriis diſtinctus: 2.duplo major, ſupernè flavus: infernè ſtriis diſtinctus, croceoque colore infectus.

an Fungus leporinus quem 7. facit Tragus, qui formam interaneorum vituli repræſentat, qui incanus & plumbei coloris.

XXI. Fungus orbicularis oris intrò reflexis.

Fungi eſculenti genus, ſive ſuilli, Cluſ.

Duplex eſt: 1.utrinq; ſubalbidus veluti fuligine infectus: at ſupernè aliquot maculæ albę aſperguntur: infernè ſtriis craſsis nigricãtibus notatur: 2. major cujus pars ſuperior coloris eſt purpurei rubro ſaturo commixti, ſecundum oras maculis albis aſperſis: inferior ex albo fuſcus, ſtriis tenuioribus excurrentibus.

Suillos vulgo porcinos dictos, Boletis craſsiores, ſupernè ſubrufos, infernè cinereos, internè candidos, habet Cæſalp.

XXII. Fungus Auguſti menſis.

an Fungi octavũ genus, Trag. 6. & 7. genus, Lon.

Fungi eſculenti decimumſextum genus, Cluſ.

Triplex eſt: 1.ſuperius colore eſt candicante ſubfuſco, inferius albus ſtriis carens: pediculus coloris ex cæruleo, viridi & fuſco mixti: 2.utrinque ex flavo rubeſcit: 3.ſupernè ex fuſco rufeſcit: infernè æqualis albus.

XXIII. Fungus planus orbicularis aureus.

Volva Plinii, Elvela, Ciceroni, Boleti, Ang.

Boleti, Cæſalp.

Fungi eſculenti decimumſeptimum genus, Cluſ.

Differentia notatur, quæ ratione ætatis cõtingit: nam cum primũ erumpit, ovum cãdore & figura refert, at alba cute quam volvum vocant, lacerato, paulatim in planam orbicularẽ formã ſe explicat: ſupernè aureus eſt, infernè flavus, ſtriis diſtinctus: hic omnium præſtantiſsimus cenſetur.

XXIV. Fungus pileolo lato, longiſsimo pediculo variegato.

Fungi eſculenti decimum octavum genus, Cluſ.

an Fũgus Neapolitanis Conocielle vocatꝰ, Portę.

an Fungus pratenſis, quem quidam Scarogias vocant, Cæſalp.

XXV. Fungus bulboſus fuſcus duplici pileolo.

Fungus quercinus dipſacoides, Col.

XXVI. Fungus lariceus aurei coloris.

Fungus in larice præter Agaricum naſcens triginta librarum, aureum per ambitum diſſectus, in cibis gratiſsimus, Matth.

XXVII. Fungus albus acris.

an Fungus piperis ſapore, Cord. in Dioſc.

Fungus piperitis, quia inſtar piperis linguam vellicet, Portæ.

XXIIX. Fungus minimus odoratus capitulo donatus cinereus.

Prunuli vulgo, Cæſalp.

XXIX. Fungus ramoſus: & Imper.

Fungi eſculenti decimumnonum genus, Cluſ.

Formæ eſt ab aliis diverſę, qui in tres ſpecies, colore inter ſe differẽtes, nonnihil etiã forma, dividi poteſt: nam parte ſuperna vel flavus, vel dilutè rubeſcens, vel pallidus albo admixto.

XXX. Fungus digitatus major.
Digitelli genus ſpectabili magnitudine, ut unus ſufficiat, qui in caſtaneis reperitur, Cæſ.

Plinius forte hunc intellexit, cum inquit, mox candidi veluti apice flamminis inſignibus pediculis: quos Galenus Amanitas vocat, ſecundo loco inter innoxios. Lacinia Hermolao dicitur.

XXXI. Fungus candidus digitatus minor.
Digitelli (vel Fungi 5. genus) Trag. Lon.
Digitelli ſive Manina vulgo, Cæſ.
Hic veluti in parvos digitos fiſſus eſt.

XXXII. Fungus maximus Ungaricus; multis laciniis ſquammatim incumbentibus.
Fungi eſculenti genus 21. monſtroſum, Cluſ.

Tantæ molis, ut ternos, aut quaternos paſcere poſſit: ſunt qui dicant, nonnunquam tanta amplitudine excreſcere, ut bigam facile impleat. Variat colore ex rufo nigricante, vel ex albo nigro, aut multis maculis nigris in albo conſperſis notatur.
an Gallinacea Neapolitanorum, Portæ: quæ mirabilis formæ & ad eam amplitudinem excreſcit, ut brachiis diductis homo vix amplecti poſſit, pondere ſexaginta librarum, ut integro univerſa familia veſci poſſit.

XXXIII. Fungus in ſaxis proveniens.
Fungi è lapidibus, Matth.
Fungorum poſtremum genus è ſaxis, Portæ.
Fungus in lapide fungoſo Neapoli, Camer. in Matth. ger. Cæſ.
Fungus petroſus, Imper.

Ex hoc Fungi toto anno enaſcuntur, ſi aqua irrigetur etiam domi aſſervatus, creſcit in dies continua fertilitate, pediculis in lapidem induratis, Cæſ. Præciditur ad eſum, alius ſubnaſcitur, ſemperque novos producit, ſeptem diebus perficitur: ſexies anno demetitur: terra dodrante operitur. Afferuntur lapides ex Veſuvio, ex Fageto, ex Partenio, ex Gargano & celſioribus montium partibus, Joh. Bapt. Porta.

XXXIV. Fungi circa Babyloniam.
Fungi boni ſaporis, quos etiam crudos Æthiop. comedunt, præter quos nihil aliud circa Babyloniam, quamvis bona & pinguis terra ſit, creſcit: par. 3. Ind. or. c. 5. ſed quales?

Fungi noxii.

I. Fungus membranaceus auriculam referens, ſive Sambucinus.
Fungus ad Sambucum, Trag.
Auriculæ Judæ vulgo.
an Fungus auricularis, Imper.
Fungorum pernicioſorum 1. genus, Cluſ.

II. Fungus putridus arborum ramis inhærens, plurimis ſimul cohærentibus.
Fungorum noxiorum genus 24. Cluſ.

Triplex eſt: 1. & 2. interdum ſimplex, interdum plures: ille ruber, hic egregiè rubet & floridus eſt: 3. corpore rugoſo, bini, plerunq; terni, elegantiore auri colore præditi.

III. Fungus in caudicibus naſcens unguis equini figura.
Fungi igniarii, Trag.
Igniarii vulgo Eſca, Cæſ.
His attritu ſilicis ignem excipiunt.

IV. Fungus ad cutim extergendam aptus.
Fungi igniarii ſpecies, qua in tonſtrinis pro ſtrigili utuntur, Cæſ.
Fungus furfures capitis depellens, Imper.

V. Fungus acetabulorum modo cavus radice carens.
Fungi Pezicæ Plinii, Col.

VI. Fungus Hepaticæ ſaxatilis forma.
Fungi Pezicæ altera ſpecies, Col.
An hi duo poſteriores pernitioſi ſint, dubius ſum.

VII. Fungus ſalignus lichenis forma variegatus.
Fungorum noxiorum 4. genus, Cluſ.

IIX. Fungus ceraſorum imbricatim alter alteri innatus variegatus.
Fungorum noxiorum 5. genus, Cluſ.

IX. Fungus pannis laceris ſimilis igneus.
Fungus quem ignem ſylveſtrem vocant, Cæſ.

X. Fungi ex eodem pede ſed non conſpicuo numeroſi.
an Prunuli, Trag.
Fungorum pernicioſorum 2. genus, Cluſ.

Varii ſunt magnitudine & forma, omnes coloris ex albo pallido & fuſco commixti: ſub pruno naſcentes.

XI. Fungus fimetarius in plano orbicularis candidus.
Fungorum noxiorum tertium genus, Cluſ.
an Prateolis ſimilis, Cæſ.

XII. Fungus pileo latiore in pratis.
Prateoli, pileo infernè ſubrufo aut nigricante, quem aliqui, nec ſine periculo comedunt, Cæſ.

XIII. Fungus coryleus orbicularis.
Fungorum noxiorum 6. genus, Cluſ.

XIV. Fungus buffonius orbiculatus.
Fungorum noxiorum ſeptimum genus, Cluſ.

Triplex eſt: 1. in metam ſublatus albus, fuligine inte-

infectus, in ſummo flaveſcens: parte cava fuſcus, nigris ſtriis diſtinctus: 2. magis orbiculatus, ſupernè modò fuſcus ex albo palleſcens, modò flavus fuligine infectus, maculis albis & nigris aſperſis, rubetæ colorem refert: infernè albus, ſtriis ſubfuſcis levibus diſtinctus: 3. major in plano orbicularis, ſuperius albus, rubore admixto & maculis palleſcentibus aſperſis: infernè pallidus, fuliginoſis ſtriis diſtinctus.

XV. Fungus fatuus candidus pileolo in metam aſſurgente.
Fungorum noxiorum undecimum genus, Cluſ.

XVI. Fungus betulaceus orbiculatus albus.
Fungus ad betulam, Trag.
Fungorum noxiorum octavum genus, Cluſ.

XVII. Fungus orbicularis ex atro rufeſcens.
Fungorum noxiorum nonum genus, Cluſ.

XIIX. Fungus minimus flaveſcens infundibuli forma.
Fungorum noxiorum decimum genus, Cluſ.

XIX. Fungus muſcas interficiens.
Fungi muſcarii, Trag. Cord. in Dioſc. Lon. Tab.
Fungorum noxiorum 12. genus, Cluſ.

Hujus quinq; ſpecies: 1. orbicularis, cui supernè color vel palleſcens, rubedine & fuligine admixtis: vel lividus & fuligine infectus, maculis albicantibus atro permixtis inſperſis: infernè albus, fuſcis ſtriis variegatus. 2. orbicularis, ſupernè coloribus ex purpura dilutiore & ſaturatiore, ruſo, pallido & albo variè mixtis: infernè pallido, nigris ſtriis ſulcato. 3. ætate variat: emergens Ari radicem imitatur, coloris lateritii, maculis albicantibus aſperſis: adultior, orbicularem figuram acquirit, interdum per latera fiſſus, coloris prona parte rubri, albis maculis infecti: ſupina albi, cum ſtriis levi fuligine infectis. 4. junior, minore eſt orbe, rubro colore ſaturo, inſtar concreti ſanguinis tincto, maculis plurimis exalbidis aſperſis: adultior multo latior, rubro colore remiſsiore tinctus & præter exalbidas maculas veluti intercurſantibus undis, diſtinctus. 5. junior coloris ex rufo fuſci & velut fuligine infecti: adultior, latior in metæ formam aſſurgens, oris valde laceris, coloris ſupernè ex albo rufo, pallido, fuſco mixti & id vel radiatim, vel maculis inſperſis: inferiore fuliginoſis nigris ſtriis interſecantibus.

XX. Fungus latus orbicularis candidus.
Fungorum noxiorum 13. genus, Cluſ.

XXI. Fungus latus orbicularis oris intus converſis.
Fungorum noxiorum 14. genus, Cluſ.

Duæ ſunt ſpecies: magnitudine & ſupinæ partis colore inter ſe differentes.

XXII. Fungus pediculo in bulbi formam excreſcente.
Fungorum noxiorum 15. genus, Cluſ.

Duplex eſt: 1. ſupernè pallidus, maculis dilute nigricantibus diſtinctus & oris deorſum reflexis: infernè multis ſtriis ex pallido fuſcis diſtinctus: 2. tetri coloris eſt, radicis potius fragmentum, quam fungus videtur, quod utraq; manu vix cõprehendi poteſt.

XXIII. Fungus clypeiformis major. (belg.
Fũgus alter venenatus clypeiformis olidus, Lob.
Fungus alius clypeiformis pernicioſus, Cluſ. ad.

XXIV. Fungus clypeiformis minor.
Fungorum alterius generis alter, Dod.
Fungus clypeiformis lethalis, Lob. belg.
Fungus pernicioſus vulgaris, Cluſ. ad.

Alii albi, aut cinereis fuſcíſve maculis notati in cavitate nigri: nunc & plani ut acetabula: nonnulli etiam parmis ſimiles.

XXV. Fungus latus oris laceris.
Fungorum noxiorum 17. genus, Cluſ.

Duplex eſt: colore ſuperna parte rufo ad nigredinem tendente in medio flaveſcente: interne pallido, ſtriis fuliginoſis diſtincto: 2. colore ſupernè ex palleſcente fuliginoſus, venis exalbidis maculoſis: pars infima ut & fungi ſubſtantia, omnia atra, craſsis nigris ſtriis obſcurè apparentibus.

XXVI. Fungus oris laceris & in lacinias diviſis.
Fungorum noxiorum 16. genus, Cluſ.

In hoc triplex differentia occurrit.

XXVII. Fungus parvus, parvi galeri formã exprimens, rufus.
Fungorum noxiorum 18. genus, Cluſ.

XXIIX. Fungus parvus galericulatus alter flavus.
Fungorum alterius generis primus, Dod.
Fungus parvus lethalis galericulatus, Lob. belg.
Fungus exilis pernicioſus vulgaris, Cluſ. ad.

XXIX. Fungus orbicularis ſecundum vias & in quercetis Autumno naſcens.
Fungorum noxiorum 19. genus, Cluſ.

Hujus ſex ſpecies ſunt.

1. Supernè coloris ex flavo, rufo, fuliginoſo cõmixti: infernè ex pallido fuſci, multis ſtriis exarato. 2. am-

to. 2. amplior eſt, ſupernè coloris vel rufi, raris maculis conſperſi, vel fuſci & fuliginoſi: inferius pallidi, fuſcis maculis aſperſis, vel ex fuſco omnino pallidi. 3. ex cineraceo fuſci coloris, notis quibuſdam diſtincto, lacer & hians. 4. ſupernè ex atro rufecens: infernè flavus, maculis parvis aſperſis: vel fuſco ſupernè & ſciſſuris quibuſdã albis lacero: infernè ex flavo tantũ palleſcente. 5. ſupernè tumés & latericei, infernè cinericei coloris, & hic Fungi pernicioſi generis 19. ſpecies dubia, Cluſ.

XXX. Fungus tuberis figura.

Fungorum noxiorum 19. ſpecies 5. Cluſ.

Hic ætate variat: junior ſupernè coloris fuſci, infernè rubri ſaturi & nigricantis, oris flavis: adultior orbicularis, ſupernè fuſci coloris, diluto rubore permixto: infernè ex rubro atro & obſcuro: ipſum verò corpus confractum cærulei, vireſcente intercepti eſt coloris.

XXXI. Fungus cyclamini radicem colore & forma referens.

Fungorum noxiorum 19. generis ſpecies 6. Cluſ.

XXXII. Fungus omniũ ampliſsimus purpure⁹.

Fungorum noxiorum 19. generis ſpecies 3. Cluſ.

XXXIII. Fungus craſſus in metam ſurrect⁹.

Fungorum pernicioſorum 20. genus, Cluſ.

Hic quadruplex eſt:

1. ſupernè cineraceus, infernè ex flavo pallens. 2. ſupernè, vel ex pallido fuſc⁹, vel fuliginoſus, infernè ochræ colore. 3. rufus: infernè ochræ colore fuligine perfuſa. 4. ex rufo & fuliginoſo commixti: infernè ſubrufo colore multis ſtriis fuliginoſis interſecantibus.

XXXIV. Fungus abietinus oris reflexis ſubſtantia rubra.

Fungorum noxiorum 21. genus, Cluſ.

XXXV. Fungi dumetorum ex uno pede prodeuntium.

Fungorum noxiorum 22. genus, Cluſ.

Quadruplex eſt:

1. ſeni aut ſepteni orbiculati ſed fornicati flavi, macula nigra diſtincti. 2. octo aut novem coloris flavi, rufo ſuffuſi: infernè flavi, macula nigra diſtincti. 3. majore eſt orbe, quindecim aut pluribus ex eodem pede naſcentibus, ſupernè vel rufi, vel ex rufo dilutè albeſcentes: infernè ſubalbidi, craſsis fuſcis ſtriis diſtincti: quinta ſpecies, Cluſ. 4. turbinato corpore ſeni aut plures, ſupernè cineracei ex rufo coloris aut fuſci: infernè craſsis nigris ſtriis diſtincti.

XXXVI. Fungus truncis humi jacentibus innatus, pluribus ex uno pede prodeuntibus.

Fungorũ noxiorũ generis 22. ſpecies 3. & 4. Cluſ.

Hic præcedente multo minor: & duplex 1. viceni & plures ex eodem pede ſupernè rufi, infernè fuſcis ſtriis exarati. 2. triceni & plures colore inter ſe varii, vel flavo rufo perfuſi, vel omnino rufi & fuſci, infernè nigricantibus ſtriis notati.

XXXVII. Fungus orbicularis in paluſtribus.

Fungorum noxiorum generis 23. ſpecies quatuor, Cluſ.

1. orbe tumido eleganter rubro: infernè albicans fuſcis ſtriis exaratus. 2. paulo amplior, ſupernè coloris rufi & ad lateritium tendentis: infernè dilutioris & ſtriis frequentioribus diſtinctus. 3. coloris ex albo, rufo & fuſco variè commixti. 4. orbe eſt inæquali, ſupernè ex cineraceo candicans: infernè etiam, ſed fuſcis ſtriis ad extimas oras productis.

XXXIIX. Fungus fœtidus penis imaginem referens.

Phallus, Hadr. Junio.

Phallus Batavicus, Lugd.

Phallus Holandicus, Satyrion trifolium Matthiolo, Ponæ Ital.

Fungus virilis penis arrecti facie, Lob. belg.

Fungus marinus, Dod. belg.

Fungi pernicioſi 23. generis ſpecies 5. Cluſ.

XXXIX. Fungus minimus ligneis tabellis areolarum hortorum adnaſcens.

Fungus minimus ἀνώνυμος, Cluſ.

XL. Fungus ramoſus candidus.

Fungorum noxiorum 25. genus, Cluſ. at figura habetur hiſt. ap. alt.

XLI. Fungus ramoſus coriaceus.

Fungus borſaro, Imper.

Hujus ad ignem concipiendum apud Neapolitanos uſus eſt.

XLII. Fungus rotundus orbicularis.

Fungorum noxiorum generis 26. ſpecies 3. Cluſ.

Fungus ornatus, crepitus lupi, Trag. Lon.

Fungus orbicularis, Dod.

Fungus glomeratæ rotunditatis, Lob. belg.

Lupi crepitus, Caſt. Col.

Triplex eſt magnitudine, nonnihil etiam forma differens. 1. initio eximii candoris, deni palleſcens tanquam fuligine ſuffunditur, maturus confractus pulverulentum fumum effundit.

Pezicæ

Pezicæ Plinii in pratis quem eſculentũ dicit, Cæſ.
Fungus veſicarius, aliis ovum lupinum. Imper.
Fungorũ pernicioſorũ generis 26. ſpecies, 1. Cluſ.

2. capitis pueri magnitudine, cute cineracei coloris tectus, quę lacera ſubſtantiã ſpongioſam fuliginoſam oſtendit, quæ compreſſa pulverem effundit.
an Fungus villoſus, Imper.

3. ſola magnitudine à ſecunda differt.
an Pezicæ genus in ſylveſtris, aliquando humani capitis, quod ſine periculo eſitatur, Cæſ.

XLIII. Fungus rotundus cancellatus.
Fungus coralloides cancellatus, Cluſ. hiſt. ap. alt. auct.
Fungus lupi crepitus vulgi efflorescens, Col.

Hunc à priore diſtinguere non oportet: à quo tamen differt (quem & Cluſ. & Colum. peculiari figura expreſſere) quod huic ſint radices in fibras diviſæ, & quod per medium diſrupto veluti floreſcens ſpecioſum reticulum, vel marſupiũ reticulatum rubri coloris emittit.

XLIV. Fungus niger culicis figuram referens.
Fungus ſemiorbicularis niger, Dod. belg.

Fungi lapidei.

I. Fungus lapideus major in Nilo natus.
Fungus ſaxeus Nili major, Cluſ. exot.

II. Fungus lapideus minor.
Fungus ſaxeus minor, Cluſ. exot.

III. Fungus lapideus forma bubulæ linguæ, Cluſ. cur. poſt.

AGARICUM FUNGUS

Ἀγαρικὸν forte ab Agaria nomen ſibi adſcivit gentile, nam ut Dioſcorides, in Sarmatiæ regione quæ Agaria dicitur, gignitur: vel ab Agaro, quem & urbem & amnem in Sarmatia vocari tradit Ptolomæus: & ut Dioſcorides l.3.c.1. radix fertur Silphii ſimilis, non tamen denſa, ſumma facie veluti Silphium, ſed tota rarior: ſunt qui plantæ radicem eſſe affirmant: alii ut Fungos ex putredine naſci in arborum caudicibus. Plinio l.16. c.8. Gallicarum glandiferæ (imò Larices) maximè arbores Agaricum ferunt: eſt autem Fungus candidus, odoratus, in ſummis arboribus naſcens, noctu lucens (fabuloſum hoc) ſignum hoc ejus quo in tenebris decerpitur. Et l.25. cap.9. Agaricum ut Fungus naſcitur in arboribus circa Boſphorum colore candido.

Genera duo Dioſcoridi l.c. mas & fœmina: mas rotundus eſt & undiq; ſui ſimilis: fœmina præfertur, quæ quidem rectas intus habet pectinum modo venas & quaſi diviſuras. At in præfatione l.6. Agarici nigri lethalem vim habentis meminit. Sic Plinio l.25.c.9. mas criſpior amariorq;: fœmina ſolutior, initio dulcis, mox in amaritudinem tranſit. Meſues fœminam eligit, quia maſculus malus ſit, præcipuè qui longus exiſtit & niger & gravis: debet autem eſſe album, leve, velociter friabile, poroſum & valdè rarum: primum dulce, dein amarum & aſtringens.

I. Agaricus ſive fungus laricis.
Agaricus & Agaricum, Matth. Dod. ut: Cord. in Dioſc. Ang. Tur. Lac. Lob. Caſt. Cæſ. Lugd. Tab.
Agaricum larignum, Ad.

Fungus hic Abieti, Piceæ ſyl. Tędæ & Larici adnaſcitur, ſed ſolũ Larignus intra corpus uſurpatur.

II. Agarico ſimilis fungus diverſarum arborum caudicibus adhærens.

III. Agaricus qui in ſpeluncis montium Helveticarum reperitur.
Agaricus ſaxatilis, vel Fũgus petræus, Lac lunæ incolis à ſubſtantia alba & ſpumoſa, Geſ. in fracto.
Lac lunare, Eid. lib. de fig. lapid. c.2.
Margæ friabilis genus cuidam, ut idem.

TUBERA.

Tubera, quæ radicibus, ut Galenus voluit, adnumeranda, vocantur ὕδνα ab imbribus, & οἴδνα à tumore, ab οἰδέω tumeo. Dioſcoridi l.2.c.175. ὕδνον radix eſt orbiculata ſine foliis, ſine caule, flaveſcens, vere effoditur, ac ſeu cruda ſeu cocta eſui apta eſt. Theophraſto 1.hiſt.9. Tubera radice penitus carent. Plinio l.19. cap.2. Tubera undiq; terra circumdata, nulliſq; fibris nixa, aut ſaltem capillamentis, &c. cortice includuntur, ut plane nec terram eſſe poſſimus dicere, nec aliud quam terræ callum.

Genera duo eorum (Plinio l.c.) harenoſa dentibus inimica & altera ſyncera: diſtinguuntur & colore rufo nigroq; & intus candido &c. Sane Tuberum genera duo ſunt, quæ magnitudine & colore differunt: majus & minus: majus cute quidem nigra, ſed alteri pulpa candida, alteri pulla (ſubflava alii notarunt) ſubeſt: minus colore rufo inſipidum & guſtu injucundum.

I. Tubera,

I. Tubera, Matth. Ang. Cord. in Dioſc. Lac. Lon. Dod. Caſt. Lugd. Tab. Cæſ.
Tubera terræ, Tab. Ger.

II. Tubera cervina: & Lob. belg.
Fungus cervinus, ſive Cervi boletus, Matth. Lon.
Fungi cervini. Boleti officin. Cord. in Dioſc.
Boleti cervini orbiculati, Thal.

Sic dicta quia reperiuntur iis in locis ubi cervi libidinem ſuam exercent: quàmvis Cordus invenerit etiam in præruptiſsimis montium ſylvis, quo ne damæ & rupicapræ quidem pervenire poſſunt, nedum cervi.

III. Tuberibus ſimilis fructus Indicus.
Fructus ſub terra naſcens, Monardi & Lugd. an Mambi Braſsilianorum, apud Lerium par. 3. Ind. occid. c. 12.

SECTIO SEXTA.

CARDUUS; CIRSIUM; CNICUS ET ATRACTILIS; ACARNA; CHAMAELEON ſive CARLINA; ACANUS; CARDUUS LACTEUS; CARduus Sphærocephalus; Carduus Tomentoſus; Acantha ſive Branca Urſina; Scolymus ſive Cinara; Carduus Spinoſiſſimus; Dipſacus; Eryngium; Carduus Stellatus; Euphorbium & Anteuphorbium; Tragacantha; Poterium; Drypis; Anonis ſive Reſta Bovis.

CARDUUS.

Plantarum ſpinoſarum diviſionem universè à Theophraſto, partim 1. hiſt. 16. partim 6. hiſt. 3. & 4. ſic expreſſa. ἀκανθώδη, id eſt, ſpinoſa, ſive aculeata alia in totum ſpinoſa, alia non in totum: in totum ſpinoſa, ut Corruda, Scorpius: non in totum ſpinoſa φυλλάκανθα, id eſt quæ folia omni ex parte ſic in ſpinas diviſa habent, ut tangenti præter ſpinas undiq; nihil occurat, ut acorna, drypis, acanacea. Alia εἰς ὀξὺ προήκει καὶ παραγωνίζει id eſt mucronantur & habent latera anguloſè diſſecta, ut Smilax, Ilex. Alia εἰς ὀξὺ προήκει καὶ μὴ παραγωνίζει. ut Ruſcus. Alia ſunt ἀκανθώδη ἐκ τῶν ἄκρων, καὶ πελονώδη καὶ δίσχιστα, mucronata & inſecta pectinũ modo, ut abies, pinus, picea, cedrus, juniperus. Alia προσακανθίζοντα ἐκ τοῦ ἄκρου καὶ πλαγίων, id eſt, quæ ſpina foliis adnata, & mucrone pungunt & lateribus, ut ilex phellodrys. Alia παρὰ τὴν ἄκανθαν φύλλον ἔχοντα, id eſt præter folium minimè ſpinoſum aculeis horrentia, ut rhamnus, tribulus, ononis, ſtœbe. Alia ἐκ τῶν καυλῶν ἄκανθαν ἔχοντα καὶ φύλλον ἐπακανθίζον, id eſt, ſpinas caulibus enaſcentes habentia, foliumq; inſuper aculeatum, ut capparis Aegyptia: quædam ὀρθακάνθα. id eſt arrectis ſpinis muricata, ut ſmilax: quædam καμπυλάκανθα id eſt uncinatis arcuatisq; ſpinis armata. At Plinius l. 21. c. 15. ſic expreſſit. Spinoſarum multæ ſpecies: in totum ſpina eſt aſparagus, ſcorpio: nullũ enim folium habent. Quædam ſpinoſa foliata ſunt, ut carduus, eryngium, glycyrrhizon, urtica: iis enim omnibus foliis ineſt aculeata mordacitas: Aliqua & ſecundum ſpinam habent folium, ut tribulus, ononis, phleos, quod aliqui Stœben appellavere: hipophaës ſpinis anguloſis. Quædam in folio habent & in caule, ut Capparis. Tribulo proprietas, quod & fructum ſpinoſum habet. Hæc Plinio.

Verùm hic non de omnibus ſpinoſis agemus, ſed potiſſimùm de Carduis & Acanaceis: de cæteris inter arbores & frutices.

CARDUUS.

Quemadmodum ἄκανθος & ἄκανθα generaliter omnem ſpinam denotat, ſic & Σκόλυμον Græcorum, Latini Carduum generatim interpretantur. Similiter Ἄκανος etſi herba quædam ſit ſpinoſa Theophraſto 6. hiſt. 1. tamen eidem l. 6. c. 4. ſic etiam dicitur illud quod in Carduorum genere, velut malum extuberat. Unde ἀκανώδης quaſi dicas Acanaceus, ſpinam Acani gerens, ſeu qui ex Acani genere eſt. Sic etiam Theoph. 6. hiſt. 3. illorum quæ folio conſtant aculeato, genus magna ex parte acanaceum eſt: acanaceum inquam, quoniam conceptus & id cui flos inhæret, aut etiam fructus, ſpina vel ſpinaceum quicquam ſit.

Carduus in pratis humidis vineis & avena.

I. Carduus pratenſis latifolius.
Carduus pratenſis, Trag. Geſ. hor. Ad. Lob. ico.
Carduus, limonia forte Theophraſti (conjectura ex natalibus ſumpta) Geſ. hor.
Braſsica pratenſis, Lon.
Acanthus ſyl. Lugd.
Theoph. 6. hiſt. 3. λειμωνία (Gaza malè Betam ſylveſtrem vertit) in genere carduorum, aculeatis foliis conſtat.

II. Carduus pratẽſis foliis tenuibus laciniatis. Eriſithales.

II. Cnicus Erisithales L. sp. 1157

Eriſithales, Ang. Lugd.
Plin. l. 26. c. 13. Eriſithales eſt flore luteo, foliis acanthi.

III. Carduus pratenſis Aſphodeli radice latifolius.
Leucacantha, Ang.
Carduus bulboſus Monſpelienſium, Ad. Lob. ico.
Cirſio quinto congener, Cluſ. hiſt.
Hujus alteram ſpeciem multis ſpinis donatam Lobelius notavit.

IV. Carduus pratenſis Aſphodeli radice, foliis profundè & tenuiter laciniatis.
Acanthus ſyl. alter Dalechampii, Lugd.
Jacea aculeata ſeu tuberoſa vel 4. Tab.
Jacea tuberoſa, Ger.

V. Carduus pratenſis polycephalus, ſub Carduo 6. in Prodr. deſcriptus.

VI. Carduus paluſtris, in Prodromo ſub 5. deſcriptus.

VII. Carduus vinearum repens folio Sonchi.
Ceanothus Theoph. Ang. Lugd. Col.
Theophraſt. l. 4. hiſtor. 11. Hujuſmodi verò eſt etiam ſpina κεναθος verùm non arundinoſa, neque geniculata radix hujus.

IIX. Carduus in avena proveniens.
Carduus ſyl. in avena, Trag.
Carduus avenarius, Thal.
Carduus arvenſis, Tab.
Carduus muſcatus, Ger.
Alius procerior alius humilior: floribus ruffis roſeis, candidis.

Carduus mollis.

I. Carduus mollis foliis Helenii.
Carduus montanus foliis Helenii non ſpinoſus, Camer.
Carduus mollis, Camerarii, Cluſ. pan. & hiſt.

II. Carduus mollis latifolius, lappæ capitulis, qui 1. in Prodromo.

III. Carduus mollis lapathi foliis.
Carduus mollis vel mollior 2. Cluſ. pan. & hiſt.

IV. Carduus mollis folio oblongo Cirſii capitulo.
Carduus mollis 3. Cluſ. pan. & hiſt.

V. Carduus mollis laciniato folio.
Carduus mollis primus, Cluſ. pan. & hiſt.
Carduus mollis tenuifolius, Cam.
Flos cæruleus, quandoque albus, interdum purpureus.

CARDUUS CIRSIUM DICTUS.

Κίρσιον quòd dolores κιρσῶν, id eſt varicum ſedet, Dioſcoridi l. 4. c. 119. quod his verbis deſcripſit: caule eſt tenero duum fermè cubitorum, triangulari, ab imo foliis roſæ puſillis circumdato, quæ quidem angulos habent ex intervallis ſpinoſos, ſed molles: foliis bugloſſo ſimilibus, modicè hirſutis, longioribus, ſubcandidis & per extremitates aculeatis: eſt autem pars ſumma caulis rotunda & hirſuta, illiq; inſident capitula in ſummo purpurea, quæ in pappos ſeu lanugines ſolvuntur. Cirſion Plinio l. 27. c. 8. qui eodem ferè modo deſcripſit.

I. Cirſium maximum Aſphodeli radice.
Cirſium maximum montanum incano folio vel 5. Cluſ. pan. & hiſt.

II. Cirſium latiſſimum.
Cirſium, Dod. gal. Lugd.

III. Cirſium majus ſingulari capitulo magno.
Cirſium majus, Lob.
Cirſium tertium, Dod. Cluſ. pan. & hiſt.
an Cirſium tertium, Cæſ.
Variat flore, ſtaminibus purpureis aliquando niveis: foliis quæ in eadem planta alia integra ſunt, alia profundius diſſecta.

IV. Cirſium majus ſingulari capitulo magno: vel incanum variè diſſectum.
Cirſium Anglicum, Lob. Lugd.

V. Cirſium ſingulari capitulo ſquâmato: vel incanum alterum.
Circium 2. vel Britannicum, Cluſ. pan. Anglicum 2. Eid. hiſt.

VI. Cirſium ſingularibus capitulis parvis.
Cirſium, Dod. alterum, Ad. Lob. an & Cæſ.
Cirſium 3. & montanum primũ, Cluſ. pan. & hiſt.
Cirſium aliud Dodonæi, Lugd.

VII. Cirſium foliis nõ hirſutis floribus compactis.
Cirſium, Matth. Geſn. hort. Lac. Ad. Lob. Caſt. Lugd. Eyſt.
Cirſium 2. Dod. quartum, vel montanum ſecundum, Cluſ. pan. & hiſt.
Cirſium agri Piſani, Cæſ.

IIX. Cirſium anguſtifolium non laciniatum.
Cirſium Pannonicum 1. pratenſe, Cluſ. pan. & hiſt.

IX. Cirſium anguſtifolium, in Prodromo ſub Carduo 2. deſcriptum.

CNICUS & ATRACTILIS.

Κνῖκος Dioſcoridi l.4.c.196. Theophraſto κνίκος 1.hiſt.12. & κνῆκος 6.hiſt. 1.3.4. Cnicon, Plinio: Latinis, Cnicus & Cnecus. Dicitur autem Cnicus, ἀπὸ τοῦ κνίζειν, quod mordere & pungere ſignificat: vel ἀπὸ τοῦ κνησμοῦ, quod pungendo pruriginem excitet, quod de ſylveſtri rectius, quàm de ſativo dici poteſt: an potius à floris colore, cùm κνηκὸς exponatur croceus, rutilus. Dioſcorides ſic deſcripſit: foliis conſtat oblongis, per ambitum diviſis, aſperis, aculeatis: caulis cubitalibus, & in eorum cacumine capitulis olivæ magnitudine, flore croci: ſemine candido, aut ruffo, oblongo, anguloſo. Ex his duo Cnici genera tradi colligitur, candidum ſcilicet & ruffum. Quare Theophraſtus 6.hiſt.4. in ſylveſtrem, urbanumq; diviſit. Sic enim ſparſim de Cnico inquit: fructum aculeatum ac veluti retorridum fert: florem unà cum ſtaminibus ipſis edit: foliis aculeatis inter Acanacea excipitur, unà cum Struthio & Soncho: quamvis enim natura ſpinoſa ſint, ſeminis tamen conceptum non ſpinoſum habent: multis caulibus conſtat & ramos fundit: ſylveſtri urbanoq; diſcernitur: ſylveſtris genera duo notantur: alterum urbano admodum ſimile, recticaulius tamen: quamobrem ex eo mulierum priſcarum nonnullæ colo utebantur: fructum nigrum, majuſculum amarumq; parit. Verùm Dioſcorides, per Cnicum ruffum videtur intelligere genus ſyl. quod ex foliorum deſcriptione ſignificatur, quod fortè apud Theophraſtum etiam Atractylis vocatur. Sic dum Theophraſtus dicit ſeminis conceptum non ſpinoſum habere, de urbano intelligendus videtur, & hoc ex Plinio l.21.c.15. colligitur. Cnici, inquit, differentiæ prima, ſylveſtris & ſativa: ſylveſtrium duæ ſpecies: una mitior eſt ſimili caule, tamen rigido: itaque & colu antiquæ mulieres utebantur, ex illis, quare quidam Atractylida vocant: ſemen ejus candidum & grande, amarum (quibus verbis Plinius potius domeſticum quàm ſylveſtre demonſtrat, & quia mitius, & quia ſemen candidum.) Altera hirſutior, poroſiore caule, & qui pene humi ſerpat, minuto ſemine: aculeatarum generis hæc eſt. Dicitur hodie Carthamum, voce à Mauritanis mutuata, qui Karten vocant, vel ἀπὸ τοῦ καθαίρειν quod eſt purgare: & Meſues, domeſticum & ſylveſtre fecit.

Ἀτρακτυλὶς dicitur, quoniam eo ἄτρακτοι, id eſt fuſi antiquitus conficiebantur. Dioſcoridi l.3.c.107. ſpina eſt Cnico ſimilis, ſed quæ in ſummis virgultis folia multo longiora proferat: major autem pars nuda eſt & aſpera, qua etiam fœminæ pro colu utuntur: capitula etiam gerit in cacumine aculeata, floremq; pallidum: radix tenuis eſt & ſupervacua. Theophraſto 6.hiſt.3. & 4. Atractylis (fuſum agreſtem Gaza vertit) ſpinoſa eſt, & Cnico Acarnaq; candidior eſt: habetq; peculiare quod in foliis evenit, decerpta enim carniq; allata ſuccum ſanguineum effundunt, qua de cauſa φόνος, id eſt cruor, à quibuſdam ſpina hæc eſt nominata, &c. Et 9.hiſt.1. ſuccus ſanguineus eſt ſpinæ quam Atractylin vocant. At Plinio l.21.c.15. Atractylis idem eſt quod Cnicus mitior: & c.16. Atractylis ſanguineum ſuccum fundit, quæ de cauſa phonos vocatur à quibuſdam: & c.21. Cnicus ſive Atractylis, &c. ubi Dalechampius cenſet, Plinium & hoc & cap.15. ineptè cum Cnico Atractylidem confundere.

I. Cnicus ſativus, ſive Carthamum officinarũ.
Cnicus urbana & ſativa, Theoph. & Plinii.
Cartamus, Brunf. Trag. Fuch. Lon. flore croceo, Camer.
Cnicus, Matth. Dod. ut: Lac. Ad. Caſt. ſativus, Cæſ. (cui & Crocus Sarracenicus) Eyſt.
Cnicus ſive Crocus ſyl. Ang.
Cnecus, Tur. vel Cnicus, Geſ. hor.
Cnicus ſativus, Theoph. Cord. in Dioſc. & hiſt. Lob. Lugd.
Cnicus vulgaris, Cluſ. hiſt.
Flore eſt croceo, rarius albido.

II. Cnicus cæruleus aſperior.
Cnicus alter, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd.
Cnicus flore cæruleo, Lob. Eyſt. cæruleus, Tab.
Carthamum ſive Cnicus flore cæruleo, Cam.
Carthamus ſive Cnicus, Ger.

III. Cnicus purpureus foliis non ſpinoſis.
Atractylis purpurea, Cæſ.

IV. Cnicus ſyl. hirſutior, ſive Carduus benedictus.
Carduus benedictus, Brunf. deſ. Trag. (cui & Acanthus Germanicus) Matth. Lac. Geſ. hort. Ad. Lob. Lugd. Caſt. Tab. Cam. Ger. Eyſt.
Atractylis hirſutior, Fuch. Dod. gal.
Atractylis ſive Cnicus ſyl. 2. Ang.
Acanthium, Cord. in Dioſc. Lon.
Cnicus ſyl. alter Theophraſti, Cord. in Dioſc. Fracaſt. Cæſ. Lugd. Cam.
Cnicus ſupinus, Cord. hiſt.
Cnicus vel Atractylis ſyl. Geſ. hor.
Carduus benedictus & Atractylis altera ſpecies, Dodon.
Carduus ſanctus, Atractylis Dioſcoridis, Cæſ.

V. Cnicus ſyl. ſpinoſior.
Carduus & Dipſacus minor, Brunf.
v. Carlina vulgaris

Atract-

Atractylis ſive Cartamus ſyl. Trag.
Carduus vulgaris, Matth. Lugd.
Atractylis vulgaris mitior, Fuch.
Carlina ſyl. Dod. ut: vulgaris, Cluſ. hiſt.
Colus ruſtica, Cord. in Dioſc. Geſ. hor.
Cnicus ſyl. 1. Theoph. Atractylis Dioſc. Cord. in Dioſc.
Atractylis media, Geſ. hor.
Cirſium luteum Sequanorum, Lob.
Carduus vulgatiſsimus viarum, Eid.
Cartamus ſylveſtris, Lon. Cæſ. cui & Cnicum ruffum Dioſcoridis.
Cnicus ſyl. prior, Lugd. Atractylis, Eidem.
Atractylis, ſive Cnicus ſyl. procerior, Thal.
Carduus ſyl. & Scolymus Plinii, Dod. qui floſculos purpureos tribuit.
Acarna, Lugd. quoad 2. icon.
Carduus & Scolymus ſyl. Cam. ep.
Heracantha, Tab. Eyſt.
Carlina ſyl. major, Ger.
an Acarna Theophraſti, Acorna Plinii, Col.
Vulgaris procerior eſt: altera quæ rarior & pumila locis montanis reperitur.
VI. Cnicus ſyl. ſpinoſior polycephalos.
VII. Carduus monſtroſus figura Cornucopiæ, Imper.

Atractylis.

I. Atractylis lutea.
Atractylis, Matth. Dod. ut: Lac. Ad. Lob. Caſt. Camer. Tab. Ger. vulgaris, Ang.
Atractylis quorundam, Lugd.
Atractylis Theophraſti & Dioſc. ſanguineo ſucco, Col.
II. Atractylis purpurea.
Atractylis cypria, Ang. Lugd.
Atractylis flore purpureo, Dod. Ad. Lugd.
Hæc aliquando non pubeſcit: at Cretica valde lanuginoſa eſt.
III. Atractylidi & Cnico ſylveſtri ſimilis.
Calochierni, Belli ep. 5. ad Cluſ.

ACARNA ſive ACORNA.

Ἄκαρνα Theophraſto 6. hiſt. 4. aſpectu Cnico urbano ſimilis eſt, colore flavicans, ſucco pinguis. Et Plinio l. 21. c. 16. Acorna colore tantum ruffo diſtinguitur (ſcilicet à Scolymo) & pinguiore ſucco.

I. Acarna flore luteo patulo.
Eryngium Archigenis, Ang.
Carlina ſyl. minor, Dod. Ger.
Carlina ſyl. minor Hiſpanica, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Acarnæ ſive Sequanorum Cirſii, Carlinæve varietas, Lob.
Acarnæ ſimilis Carlina ſyl. minor, Lugd.
Acorna, Cæſalp.
Carlina ſylveſtris, Tab.
II. Acarna flore purpurorubente patulo.
Acanthioides parva Apula, Col.
III. Acarna capitulis parvis luteis in umbella.
Acarna ſive Acorna altera Apula, Col.
IV. Acarna capitulis globoſis.
Carlinæ ſyl. aliud genus, Cluſ. cur. poſt.
V. Acarna humilis caule folioſo.
Picnomos Cretæ Salonenſis Galloprovinciæ, Ad. Lob. Lugd.
Chamæleon niger, Tab. Ger.
Eandem ſuſpicor cum ſequente
Acarna Valerandi altera Lob. Lugd. Tab. Ger.
VI. Acarna major caule folioſo.
Chamæleon niger Salmaticenſis, Cluſ. hiſp. & hiſt. Dod. Ger.
Chamæleon Salmaticenſis, Lob. Lugd.
Chamæleon Hiſpanicus, Tab.
VII. Acarna major caule non folioſo.
Acarna Theophraſti, Ang. Lob. Lugd. Tab. Ger.
IIX. Acarna minor caule non folioſo.
Leo, Carduus ferox, Dod.
Phœnix, Leo, Carduus ferox, Lob.
Carduus ferox, Lugd. Tab. Ger.

CHAMÆLEON ſive CARLINA.

Χαμαιλέων à foliorum varietate dicitur, Dioſcoride & Plinio teſtibus: at ille de nigro, hic verò de utroque teſtatur: eo quod cum terra colorem mutet: hic enim viridia, illic albicantia, alicubi cærulea, nonnuſquam rubra inveniuntur, Dioſcoridi: at Plinio hic niger, illic viridis, alibi cyaneus, alibi croceus atque aliis coloribus.

Duplex eſt Dioſcoridi l. 3. c. 10. & 11. albus & niger. albus ideo ἰξίαν dicitur, quod quibuſdam locis viſcum ad ipſius radices inveniatur: At Plinio l. 22. c. 18. Chamæleonem ixiam vocant (de utroque intelligens) duo genera ejus, candidior, &c. & ſub alis foliorum gigni aſſerit, quo mulieres etiam pro maſtiche utuntur, [illegible] monente. At Guiland. Chamæleonem & Ixiam Dioſcoridis lib. 6. quas inter venena recenſet, plantas diverſas facit. Et Theo-

phraſto 9.hiſt.13. una candida, altera nigra: Vernilaginem Gaza reddit. Dioſcoridi albus caulem non promit, verum ex medio ſpinam echino marino aut cinaræ ſimilem erigit, floribus purpuraſcentibus: & Plinio ſerpit in terra, echini modo ſpinas erigens: Et Theophraſto, capite eſt magno Acano ſimili, unde quidam Acanum vocarunt. At niger caulem habet dodrantalem, qui umbellam gerit, floribus ſpinoſis tenuibus, hyacinthi æmulis & verſicoloribus. Verum Plinio duplex eſt: ex nigris, ſcribit, aliqui marem dixere cui flos purpureus eſſet, & fœminam cui violaceus & una naſcuntur cubitali, &c. Carlina vulgo quaſi Carolina, quòd credatur hanc herbam Carolo magno ab Angelo demonſtratam fuiſſe, tanquam certiſſimum remedium ad peſtem ab exercitu ſuo propulſandam.

I. Carlina acaulos magno flore.
Eberwurtz/ id eſt apri radix, Brunſ.
Carduus panis ſeu pacis, Ericio Cord.
Chamæleon albus, Matth. Cord. in Dioſcor. Lac. Caſt. Lugd.
Ixine Theophraſti, Ang.
Helxine Pliniana, Eid.
Spina arabica, Dod. gal.
Cardopatium caule nullo, Geſ. hor.
Carlina herbariorum, Ad. Lob. ob.
Chamæleon albus Dioſcoridis, Guil. pap. Lob. ico. Cluſ. hiſt.
Carlina humilis (vel altera) Dod. Col.
Carlina vulgo, Cæſ.
Carlina ſeſsili flore, Cam.
Flore eſt albo: eſt & purpureo.

II. Carlina cauleſcens magno flore.
Chamæleon niger vulgaris, Trag. Eyſt.
Chamæleon niger alter, Matth. Lugd.
Chamæleon, Lon. niger, Lac.
Chamæleon albus, Fuch.
Leucacantha, Dod. gal.
Cardopatium flore albo caulem habens, Geſ. hor.
Carlina ſive Leucacantha, Dod.
Chamæleon albus caule donatus, Lob.
Crocodilium, Carlina caulem habens, Lugd.
Carlina major, Cluſ. pan. elatior, Eid. hiſt.
Carlinæ alterum genus, Cæſalp.
Carlina cauleſcens, Cam. ep. & hor.
Carlina vulgaris caulem emittens, Col.
Flos albicans rariſsimè rubeus.
Hanc aliqui à priore nihil differre cenſent, niſi quod caulem proferat: alii negant: certe priori congener eſt.

III. Carlina acaulis gummifera.
Chamæleon albus gummi, ut maſtix ferens, Belli ep. 1. ad Cluſ.
Chamæleon albus Apulus purpureo flore gummifer, Col.

IV. Carlina acaulos minore purpureo flore.
Chamæleon albus ſeu exiguus, Trag.
Chamæleon parvus, Lon. exiguus, Lugd.
Carduus acaulis ſeptentrionalium & Chamæleon albus Cordi, Lob.
Carlina minor purpureo flore, Cluſ. hiſt.
Chamæleon Septentrionalium exiguus appellatus, Col.

V. Carlina polycephalos alba: ad bicubitalem altitudinem excreſcit, cujus folia ſuperiora candida ſunt: apud Helvetios in paſcuis provenit.

VI. Chamæleon niger umbellatus flore cæruleo hyacinthino.
Chamæleon niger, Matth. Caſt. Lugd.
Chamæleon niger Dioſcoridis, Ang. Maranthæ, Ad. Lob. Cam. Col.
Chamæleon niger Cortuſi, Dodon. verus Dalechamp. Lugd.
Crocodilion, Tab.

ACANUS.

De Acano apud antiquos pauca reperiuntur, fortaſſe quia vulgatiſsimæ plantæ, omnibusq́; cognitæ notas deſcribere ſuperfluum viſum fuit: à qua reliqua ſpinarum genera Acanacea nuncupata. Apud Theophraſtum 1.hiſt.6. Ἄκανος inter φυλλάκανθα recenſetur: & 6.hiſt.1. alia foliis aculeatis conſtant, ut ἄκανος, ἠρύγγιον, κνῆκος &c. Guiland. in pap. Ixina à Theophr. aliter Acanus vocatur: quam vocem ἰξίνην Carduum pineam Gaza expoſuit. Plinius l.22.c.9. Sunt qui Acanon Eryngio aſcribant, ſpinoſam brevemq́; ac latã herbam, ſpiniſq́; latioribus.

Carduus latifolius echinos obſoletæ purpuræ ferens.
Acanus, Anguil. Lug.
Agavanus Cretenſium, fortè Acanus Theophraſti, Honor. Belli epiſtol. 5. ad Cluſ. & Ponæ Ital.

SILY-

SILYBUM ſive CARDUUS LACTEUS.

Σίλυβον Dioſcoridi l.4.c.159. ſpina eſt lata foliis Chamæleonti albo ſimilis. Plinio l.22.c.22. Silybum Chamæleonti albo ſimile æque ſpinoſum.

I. Carduus albis maculis notatus vulgaris.
Carduus albus & Chamæleon, Brunf.
Carduus Mariæ, Trag. Fuch. ico. Geſ. hor. Lon. Caſt. Ger. vulgaris, Cam.
Carduus lacteus, Matth. Lugd.
Spina alba, Dod. gal. Lac. hortenſis, Fuch.
Silybum, Ang. Ad. Lob.
Carduus Marianus, Cord. in Dioſc. Tab.
Leucacantha, Lac. Cornaro.
Carduus leucographus, Dod.
Leucographis Plinii, Lugd.
Cardui ſyl. aliud genus & Acanon Theophraſti, Cæſalp.

II. Carduus albis maculis notatus exoticus.
Carduus lacteus Syriacus, Cam.
Carduus lacteus vel Bedeguar Arabum, Rauwolf.
Aga Cretenſium nomine, ſemen accepimus.

CARDUUS SPHÆROCEPHALUS.

I. Carduus Sphærocephalus, latifolius vulgaris.
Chamæleon verus, Trag. niger, Fuch.
Spina alba altera, Matth. (at in prima edit. & epit. Spina alba) Spina alba putata, Cam. ep.
Spina incognita, Fuch. ico.
Spina peregrina, Dod. gal.
Carduus Sphærocephalus, Cord. hiſt. Dod. Tab. Eyſtett.
Echinopus, Geſ. hor.
Crocodilium, Lac. Ad. Lob. ob.
Ritro ſive Rutro Theoph. Lob. icon.
Chalceios, Lugd.
Tetralix ſpinoſa, Lugd.
Silybum, Lugd. deſ.
Spina alba item Arabica, Lugd.
Ruthrum alterum, Eid.
Sphærocephalus annuus, Cam.
Carduus globoſus, Ger.

Fructu eſt pilæ modo rotundo, flore candido vel cæruleo, vel ſtaminibus in medio cæruleis.

Κροκοδίλιον Dioſcoridi lib. 3. c.12. Chamæleontis nigri figuram habet: naſcitur in ſylvis, radice longa, levi, aliquantulum lata, odore ut naſturtii acri. Idem Plinio l.27.c.8. qui radicem ſcribit longam, æqualiter craſſam, odoris aſperi.

Χαλκηιος (Ærariam Gaza vertit) apud Theophraſtum & Plinium eſſe volunt, cum tamen ejus hiſtoria apud neutrum extet: Sic Theophr. 6. hiſtor. 3. inter natura ſpinoſas Chalceios, quæ tamen non aculeatis foliis conſtat: Et Plinius lib. 21. c.16. item acarna, leucacanthos, chalceos &c. in foliis non habent aculeos.

Τετράλιξ (quam cum reliquis aculeatis plantis enumerat Theophraſtus 6. hiſt. 3.) inquit, à quibusdam vocata æſtate floret: Et Plinius lib. 21. c. 16. quædam æſtate florent ut Tetralix. Sed non eſt confundenda cum Erica, quam Athenienſes Tetralicen vocant, eodem l.11.c.16. authore.

Ἀκανθα λευκὴ ſive Spina alba, folia fert Chamæleõtis albi, ſed anguſtiora & candidiora, aliquantulum hirſuta & aculeata: caulis bicubitalis candicans &c. in cacumine capitulum ſpinoſum, echini marini æmulum, at minus & oblongum: flores purpurei, in quibus ſemen ſeu Cnici, ſed rotundius. Dioſcorides l. 3.c.14. & Plinius l.25.c.12. cui Spina alba dicitur.

Ἄκανθα ἀραβικὴ, Spina Arabica, natura ſpinæ albæ ſimilis eſſe creditur, Dioſc. l. 3. c.15. & Plinius l.25.c.12. Spinæ Arabicæ vires recenſet.

Ῥύθρος: Theophraſtus 6. hiſt. 3. hæc ſolùm habet: alia ſupernè cacumine tantum ramos ſpargũt, quemadmodum Ruthrum. Sunt tamen qui velint mendosè pro ἠρυγγίκ apud Theophraſtum legi, quod ex Pliniana l. 21. c. 16. loci illius Theophraſti interpretatione colligitur, cum ibi non Ruthrum ſed Eryngium legatur.

Hæc lubuit aſpergere cum huic & ſequentibus, hæc nomina à quibuſdam tribuantur: at verborum brevitas obſtat quo minus certi quid ſtatui poſſit.

II. Carduus Sphęrocephalus cæruleus minor. an Ritrum ſive Rutrum Theoph. Ang.
Ritro floribus cæruleis, Ad. Lob.
Carduus ſphærocephalus 3. Dod. Lugd.
Crocodilium Monſpelienſium Dalech. Lugd.
Ruthrum Theophraſti, Eid.
Spina alba putata flore cæruleo, Cam. ep.

III. Carduus ſphærocephalus capitulo longis ſpinis armato.
Spina alba, Ang. Ad. Lob.
Carduus ſphærocephalus acutus, Dod. Lugd.
an Sphærocephalus maximus, Cam.
Hujus major & minor ſpecies ſive 2. & 3. Dod. & Lugd.
IV. Carduus ſphærocephalus minimus acutiſsimis foliis.
Carduus Sphærocephalus 4. Dod. Lugd.
V. Carduus capite rotundo tomentoſo.
Carduus eriocephalus, Dodon. Cluſ. pan. & hiſt. Cam. Lugd. deſc.
Carduus tomentoſus & corona fratrum, Lob.
Acanthium montanum Dalech. Lugd.
Jacea lutea, Cluſii, Lugd. ico.
Onopordon, Lugd.
Spina alba, Cæſalp.
Flore eſt purpureo, interdum albo.
Onopordon Plinius l. 27. c. 12. ſi comederint aſini, crepitus reddere dicunt: de hoc idem teſtatur Dalechampius.

CARDUUS TOMENTOSUS CAPItulo latiore.

I. Carduus tomentoſus capitulo majore.
an Spina Arabica, Ang.
Carduus tomentoſus, Ad. Lob. ico.
Spina Arabica Dioſcoridis & Plinii, Matt. emend. & Cæſ.
II. Carduus tomentoſus capitulo minore.
Spina alba, Matth. Caſt. altera, Matth. Lugd.
Carduus ſphærocephalus quintus, Dod.
Spina alba altera, Cæſ.
Hujus folia aliquando maculis albis notantur.
III. Carduus tomentoſus capitulis minimè aculeatis.
Carduus aræophyllos Dalechampii, Lugd.
IV. Carduus tomentoſus capitulis echinatis.
Leucacantho Monſpelienſium Dalechamp. Lugdun.

ACANTHION.

Ἀκάνθιον Dioſcoridi l. 3. c. 18. folia gerit ſpinæ albæ ſimilia, in ſummo verò eminentias aculeatas araneoſa lanugine obductas, è qua collecta textaq; veſtes bombycinis ſimiles fieri ajunt. Plinius l. 25. c. 12. Spinæ albæ ſimilis eſt ſpina illa, quam Græci Acanthion vocant, minoribus multo foliis, aculeatis per extremitates, & araneoſa lanugine obductis, qua collecta etiam veſtes bombycinis ſimiles fiunt in Oriente.

Carduus tomentoſus latifolius.

I. Spina alba tomentoſa latifolia ſylveſtris.
Spina alba 3. Trag.
Spina alba ſyl. Fuch. Lon.
Acanthium, Matth. Dod. ut: Ad. Lob. Caſt. Cam. Lugd. qui Matth. & Fuch. figuram exhibet.
Onopordon Athenæi, Ang. Geſ. hor.
Onogyros Nicandri, Eidem.
Acanthium vulgare, Tabern. flore albo & flore purpureo.
Acanthium album, Ger.
Silybum ſive Leucacantha Loniceri, Lugd. ico.
Carduus ſylveſtris, Cæſalp.
Floribus communiter purpureis, aliquando albis: hinc duæ figuræ apud Tabernæmont. & Gerardum.
Hęc duplex: altera foliis latioribus denſa lanugine: altera anguſtioribus, tenuiore lanugine obſitis, & in hac capitula majora & innocentioribus ſpinis horrentia: hinc apud Dodonæum figuræ duæ, altera Lobelii, altera Fuchſii.
II. Spina tomentoſa altera ſpinoſior.
Acanos forte Bellonii.
Onopordon, Dod. Cam. Taber. cui 1. & 2.
Acanthium Illyricum, Ad. Lob.
Onopyxus 3. Dalechampii, Lugd.
Carduus viarum, & Card. viarum fl. albo, Ger.
Acanthium ſyl. flore albo, Eyſt.
Floris color ut prior variat: hinc duæ figuræ apud Tabernæmontanum & Gerardum.
III. Acanthium peregrinum, Tab. quid?
Solſtitialis lutea peregrina, Ger.

ACANTHA ſive BRANCA URSINA.

Ἄκανθα ἢ ἑρπάκανθα (quaſi ſerpens ſpina) Dioſcoridi l. 3. c. 19. folia habet lactuceis latiora multò & longiora, erucæ diviſura, nigricantia, pinguia ac lævia: caulem lævem, binum cubitorum, digitali craſſitudine, prope verticem ex intervallis foliolis quibuſdam ceu alveolis circumdatum oblongis hyacinthinis, è quibus flos prodit albus:

ſemen

ſemen oblongum ac luteum: caput verò thyrſi ſpecie: radices ſubjacent viſcoſæ, muſcoſæ, ruffæ ac longæ. Plinio l.22.c.22. Acanthos eſt topiaria & urbana herba, elato longoq́; folio crepidines marginum adſurgentiumq́; pulvinorum toros veſtiens. An hæc ſit Acantha apud Theophraſtũ 4 hiſt.11. inter herbas, quã Gaza Spinã vertit, de qua inquit: pari modo & ſpina quæ Ceanothos (κεάνωθος) appellatur, ut Cyperus germinat: verum hujus radix non harundinoſa neq; geniculata eſt: & utrũ ea quæ pro Acantho exhibetur ſit Dioſcoridis Acanthus aliqui dubitãt, quæ de re ſuo loco.

Genera duo ſunt, eſt ſativa & ſylveſtris: de hac Dioſcorides l.3.c.20. eſt & ſylveſtris Acantha, carduo ſimilis, aculeata brevior ſativa: & Plinius l.c. duo genera ejus ſunt, aculeatum & criſpum, quod brevius: alterum læve, quod aliqui Pæderota vocant, alii Melanphyllum.

I. Acanthus ſativus vel mollis Vergilii.
Acanthus, Matth. Cord. in Dioſc. Lac. Lon. Caſt.
Cæſ. levis, Eyſt.
Acanthus verus, Trag. (cui & Branca urſina Italica vera) Fuch. Cam. (Tab. Ger.
Acanthus ſativus, Dod. ut: Geſ. hor. Ad. Lob. Lug.
Branca urſina Italorum, Guil. epiſt.

Ex plantæ ſucco glutinoſo & quaſi mucoſo quidam gummi Tragacanthæ æmulum faciunt.

II. Acanthus aculeatus.
Acanthus ſylveſtris, Dodon. ſpinoſus, Eyſt.
Acãthus ſyl. Scolymo ſimilis aculeat⁹ Dioſ. Lob.
Chamæleonta Monſpelienſium, Lob. ico.
Branca urſina aculeata, Lugd.

SCOLYMUS ſive CINARA.

Σκόλυμος Dioſcoridi l.3.c.16. folia habet Chamæleonis & Leucacanthæ, at nigriora & craſſiora: caulem edit longum foliis obſitum, in quo capitulum eſt ſpinoſum: radix craſſa nigra. Plinio lib.19.c.8. Carduus dicitur, ubi & maximi quæſtus eſſe teſtatur, & ſerendi modum deſcribit. Ἀγρυπτικη, Tralliano: Κινάρα, Galeno de alimentis: Cinara (a cinere quo ſtercorari amat) Columellæ & Palladio.

Genera: ſativus eſt qui foliis eſt ſpinoſis & non ſpinoſis: eſt & ſylveſtris, qui videtur eſſe apud Theoph. 6. hiſt. 4. Κάκτος nuncupatus. Cactus, inquit ſtatim à radice caules repentes in terram mittit folio lato atq; ſpinoſo: caules hos Cattos appellant, deſquamati cibo idonei ſunt fructus in quo ſemen ſpinata ſpecie eſt, &c. Et Plinio l.21.c.16. Cactos in Sicilia tantum creſcit, ſuæ proprietatis & ipſa, cujus in terra ſerpunt caules à radice emiſſi, lato folio & ſpinoſo: caules vocant cactos, &c.

I. Cinara hortenſis foliis non aculeatis.
Cardui alterum genus, Trag.
Carduus non aculeatus, Matth.
Cinara, Dod. gal. Lacun. Eyſt.
Scolymus non aculeatus, Ang. Tab.
Carduus hortenſis, Geſ. hor.
Carduus aut Scolymus non aculeatus, Lon.
Cinara non aculeata, Matthioli & Dodonæi, Lug.
Carduus ſativus, Geſ.
Cinara ſeu Artiſchochi vulgatior, Eyſt.
Carduus hortenſis non ſpinoſus, Caſt.

II. Cinara hortenſis aculeata.
Scolym⁹. Trag. Fuch. Cord. ut: Geſ. hor. Ad. Lob.
Carduus hortenſis foliis ſpinoſis, Geſ. hor. Caſt.
Cynaræ aliud genus, Dod. gal.
Carduus, Lac. Tur. ſive Scolymus, Lonic.
Carduus altilis, Lugd.
Scolymus Dioſcoridis, Cluſ. hiſt.

Utramque qui eandem fecerit non repugnabimus: quia foliis eſt aliquando aculeatis, aliquando mutibus: Sic caput nonnunquam in gracileſcentẽ metam erigitur: nonnunquam in compreſsiorem & rotundiorem globum extuberat, laminis interdum ſponte ſeſe recludentibus, interdum arctius compactis: capitum ſquammæ nunc virides, nunc pallentes, nunc ſubrubentes in aculeum deſinẽtes, nunc brevẽ nunc robuſtũ, nunc infirmum, eumq; in aliis ſurſum erectum in aliis deorſum inclinatum, nunc prope nullum. Eſt quædam capite maximo, quę dicitur & pingitur ſub

III. Cinara maxima Anglica, Lob. ico. Ger.
Scolymo majore, Taber.
Scolymus ſeu Cinara maxima, Eyſt.
Additur in horto Eyſtettenſi
Cinara major Bolonienſis quòd è Polonia allatum, foliis eſt minus aculeatis. Itèm
Cinara Genuenſium, ſquamis circa latera inęqualibus & aculeo infirmo.

IV. Cinara ſpinoſa cujus pediculi eſitantur.
Carduus aculeatus, Matth.
Cinara ſpinoſiſsima, Scolymus Dioſcoridis & Cactos Theophraſti, Ang.
Cactus Matthioli, Lugd.
Cardones, Cæſalp.
Scolymus aculeatus, Taber.
Carduus hortenſis, quem Cardum vulgo, Cam.

Folio-

Foliorum pediculi terra obruti candidi, à cute emundati, hyeme crudi cum ſale & pipere in cibos veniunt: & licet capitulis ſint ſpinoſiſsimis, longiſsimis aculeis armatis & vix veſcis, colitur tamen ut ſtolones teneri gulæ arrideant.

V. Cinara ſylveſtris latifolia.
Scolymus ſylveſtris, Ad. Lob.
Scolymus Dioſcoridis, Lugd.

VI. Cinara ſyl. Cretica.
Agrioancinari, Belli ep. 2. ad Cluſ.
Agriocinara Cretica, Ponæ Ital.
an Cynara ſyl. Bœtica, Cluſ. cur. poſt.

Echini licet ſpinoſiſsimi antequam aperiantur & crudi & elixi eſitantur.

CARDUI ALIQUOT EXOTICI.

I. Melocactus Indiæ occidentalis.
Echinomelocactos, Ad. Lob. ico. Cluſ. ex lib. 4. cap. 24.
Melocarduus echinatus Penæ, Lugd. Tab. Ger.
Melocactos, Eyſt.

Ex melone, pepone & carduo coaluiſſe videtur.

II. Carduus Guyavenſis.
Spina ex Guyava ex cardui capite detracta, Cluſ. exot. l. 2. c. 6.

III. Carduus ſpinoſiſsimus brachiatus ex Hiſpaniola.
Pithaja, Card. de variet. Geſ. hort.
Carduus pitahaya Oviedi, Lugd.

Hujus fructus eſitatus, urinas ſanguini ſimiles non ſecus quam Ficus Indicæ fructus cauſat.

IV. Carduus Inſulæ Madagaſcar.
Cardui cujuſdam elegantiſsimi caput ſub fructu 15. Cluſ. exot. l. 2. c. 15.

V. Carduus Braſilianus foliis Aloës.
Nanas Theveti, Lugd. Cluſ. Garz. & par. 3. Amer. epiſt. 1. de Braſil.
Strobylus ſive nux pinea, Monardi.
Ananas Acoſtæ, Lugd. ap. Caſt. & par. 4. Ind. or. c. 5. fig. 14.
Ananas, Ananaſa: Braſilianis, Nana: in Hiſpaniola, Jajama: Hiſpanis, Pinas, cujus duo genera, mas & fœmina, par. 6. Ind. or. c. 38.
Pineæ nuces in America, Joſeph. Acoſtæ lib. 4. cap. 19.
Pineæ in arbuſculis, Benzoni lib. 1. c. 28. vel par. 4. Ind. Occid.
Ananas optimus Americæ fructus, qui Panacous Braſilianis, Lerio cap. 12.
Aizoi majoris ortu perſimilis exotica plāta, Lob. icon.
Aberas nomine fructus Francofurti venalis fuit.

Species hujus tres ſecundum Oviedum: prior Jajama: altera Bonjama: tertia Jajagua dicitur.

VI. Carduus Braſilianus ſylveſtris.
Ananas ſylveſtris, Acoſtæ, Lugd. Caſt.

VII. Carduo Ananæ ſimilis.
Hoyriri, Theveto.

SCOLYMUS THEOPHRASTI.

ΣΚόλυμος Theophraſto 6. hiſtor. 4. (Carduus à Gaza vertitur) ſive Limonia inter Acanacea, foliis conſtat aculeatis: pulchre diu floret, &c. radix lacteum ſuccum emittit: floris quoque proventus peculiaris videtur: etenim circa ſolſtitium incipit: carnoſam cibóque idoneam partem craſſeſcentem ſortitur: ortus autem ejus non ſpinoſus, ſed oblongus fieri aſſolet. &c. Plinio lib. 21. cap. 16. Scolymus floret ſero & diu, Carduorum generis ab iis diſtat, quod radix ejus veſcendo eſt, decocta: mirumq; quod ſine intervallo tota æſtate aliud floret in eo genere, aliud concipit.

Scolymus chryſanthemos.
Eryngium Vegetii, Ang. Cam.
Aſcolimbros, Bellonio.
Scolymus Theophraſti, Cluſ. hiſp. Ad. (& Eryngium luteum Monſp.) Lob. Cæſ. Lugd. Tabern. Camer.
Carduus chryſanthemus, Dod. Ger.
Atractylis marina, Lugd.

Variat ratione loci: qui circa Monſpelium provenit magis luxuriat, ramis latius ſparſis & longioribus: cujus folia lacteis maculis notata ſunt: floribus eſt paucioribus, quam in ea planta quam Hiſpania profert: hinc duæ icones à Dodonæo & Cluſio in ſua hiſtoria proponuntur: illa quidem nomine
Scolymi Theophraſti Narbonenſis, Cluſ.
Cardui chryſanthemi alterius figura, Dod. hæc
Scolymi Theophraſti Hiſpanici Cluſ.
Cardui chryſanthemi, Dod.

CAR-

CARDUUS SPINOSISSIMUS.

Ὀνόπυξος à Theophraſto 6.hiſt.3.& à Plinio l.21.c.16. inter ſpinoſas ſtirpes numeratur (natura, inquit Theophraſt. ſpinoſus eſt) Buxum aſininum Gaza vertit, quod ſit carduus aſinis in cibo gratiſſimus.

I. Carduus ſpinoſiſsimus latifolius ſphærocephalus vulgaris.
Scolymus, Dod.gal.
Carduus aſininus, Geſ.col.
Carduus ſylveſtris primus, Dod.
Onopyxus Dodonæi, Lugd.

II. Carduus ſpinoſiſsimus ſphærocephalus rigidis aculeis armatus.

Hujus ſemen Cardui Arabici nomine miſſum fuit: excrevit caule criſpo cubitum ſuperante, foliis latis, longitudine palmum excedentibus per caulem rarioribus: capite eſt rotundo ſupernè æquali, ſpinis oblongis atrociter pungẽtibus armato: flore albo odorato: in cujus lanuginoſo capitulo ſemen continetur ſtriatum & tranſverſim canaliculatum, caucalidis Hiſpanicæ ferè modo ſed rudius & craſsius. Hortis facile aſſueſcit.

III. Carduus ſpinoſiſsimus anguſtifol. vulgaris.
Agriacantha, Ruellio.
Carduus ſyl. tertius, Dod. ut:
Aculeoſa Gazæ, Ad.
Carduus ſpinoſiſsimus vulgaris, Lob.
Polyacanthos Theophraſti, Lugd. Tab.
Onopordon, Gerar.

IV. Carduus ſpinoſiſsimus capitulis parum aculeatis.
Onopyxos alter, Lugd.

V. Carduus ſpinoſiſsimus ſegetibus frequens.
Carduus avenarius, Lonic.
Drypis, Lugdun.

Capitulis eſt ut in Scolymo echinatis, flore alias purpureo, alias candicante, alias puniceo.

VI. Carduus lanceatus latifolius.
Carduus lanceolatus, Tab. Ger.

VII. Carduus lanceatus anguſtifolius: qui pro 4. in Prodromo deſcribitur.

IIX. Carduus vertice corticoſo.
Carduus chondrilloides Dalechamp. Lugd.

DIPSACUS ſive CARDUUS FULLONUM.

Δίψακος id eſt ſitibundus, nomen à contrario invenit: quoniam ut Dioſcorides l.3.c.13. monet, alarum ſinu concavo rorem vel imbrem recipiat, quo velut ad ſitis injurias abigendas abutitur. Latinis, Labrum Veneris, à foliorum carinato habitu, quæ ſe ambage anfractuoſa ſinuantia pelvis ſpeciem conſtituunt, & intra ſe humorem continent. Caulem habet, inquit Dioſcorides, altum, ſpinis horridum, & folia caulem amplectentia lactucæ foliorum æmula, bina in ſingulis geniculis aculeata, &c. in cacumine caulis, ſingulis ſurculis, ſingula capita inſunt echino ſimilia, oblonga aculeata, quæ diviſa in medulla vermiculos oſtendunt, &c. Plinius l.26.c.ult. Labri Veneris meminit, at non deſcripſit: quare dubium an Dipſacum intellexerit. At l.27.c.11. Galedragon Xenocratis vocaſſe videtur, ſic deſcribens: leucacanthæ ſimilis, paluſtris & ſpinoſa, caule ferulaceo, alto, cui ſummo caput inhæret ſimile ovo: in hoc creſcente ætate vermiculos naſci tradunt, &c.

Genera: duplex eſt, Sativus & ſylveſtris: hic major & minor.

I. Dipſacus ſativus.
Carduus fullonum ſativus, Trag.
Labrum Veneris, Matth. Cord. in Dioſc. flore candido, Cæſ.
Dipſacus hortenſis albus, Fuch.
Galedragon Xenocratis, Anguil.
Dipſacus ſativus, Dod. ut: Cord. hiſtor. Geſ. hort. Gerar.
Dipſacus ſativus fullonum, Ad.
Carduus fullonum, Lobel. & an Spina Selenitis Theophraſti, Guilan.
Dipſacus ſive Labrum Veneris, Lugd.

II. Dipſacus folio laciniato.
Dipſacus ſecundus, Tab. ſyl. Ger.

III. Dipſacus ſyl. aut Virga paſtoris major.
Carduus fullonum, Brunf.
Carduus fullonius erraticus, Trag.
Labrum Veneris alterum, Matth.
Dipſacus, Lac. Lon. Tab. purpureus, Fuch.
Dipſacus ſyl. Dod. ut: Tur. Cord. hiſt. Geſn. hort. Thal.
Labrum Veneris, Cord. in Dioſcor. Ad. Lob. ſylv. Caſt.
Labrum Veneris flore purpureo, Cæſ.
Dipſacus ſativus alter, & Dipſacus ſyl. major, Lug.

IV. Dipſacus ſyl. capitulo minore, vel Virga paſtoris minor.
Cardui fullonii tertium genus, Trag.

Virga paſtoris, Matth. Ad. Lob.
Dipſacus 3. & Galedragon Plinii, Dod. ut:
Dipſacus minor, Geſ. hor. Thal. ſyl. minor, Lugd.
Virga paſtoris & Dipſacus fatuus, Cam.
Molybdena Plinii, vulgo Dipſacus ſecundus capite rotundo, Dalech. in Plin.

ERINGIUM ſive IRINGUS OFFICINAR.

Ἠρύγγιον & ἠρύγη: Græci Philoſophi Eryngium, quaſi ἐρύγειν id eſt ructum, dictum putant, quòd capræ quæ morſu ſurculum Eryngii præciderint, vel deglutiverint, cunctum gregem pone ſequentem quaſi ſtupore attonitum ſiſtunt, donec Eryngium ructu rejecerint. Eryngio Dioſcoridi l. 3. c. 24. folia lata ſunt & extremo ambitu aſpera, & ubi augeſcunt circa complures caulium eminentias in ſpinas aculeantur, in quorum ſummitatibus globoſa ſunt capitula ſpinarum acutiſſimarum durarumq́; ambitu ſtellatim circumvallata: radix oblonga &c. Plinio l. 22. c. 7. Erynge & Eryngion, dura, fruticoſa, ſpinoſis foliis, caule geniculato, cubitali & majore aliquando, alia albicans, alia nigra, radice odorata: & cap. ſeq. ex his candidam noſtri centum capita vocant. Sunt qui velint apud Theophraſtum 6. hiſt. 3. εὔϑρο mendosè pro ἠρύγγιον exaratum eſſe, quod ex Plinio colligatur.

Genera: Dioſcorides unius quidem meminit: ſed capitulorum colorem alias viridem, nunc pallidum, alias album, interdum cæruleum inveniri ſcribit: & Plinio ſativum eſt: eſt & ſponte naſcens in aſperis: & in litoribus maris durior nigriorq́; folio apii.

I. Eryngium maritimum: & Geſ. hor.
Eryngium marinum, Matth. Dod. ut: Ang. Tur. Ad. Lob. (cui & Acanos Plinii) Caſt. Lugd. Cæſ. (cui & Crocodilium Dioſcoridis & Plinii) Cam. Cluſ. hiſt. Eyſt. *E. maritimum, L. sp. 337.*
Glyzyrrhiza ſpinoſa, Lacun.
Eryngium rotundo folio, Colum.

II. Eryngium vulgare: & Cam.
Eryngium primum, Trag. Lon.
Eryngium montanum ſive campeſtre, Matthioli Caſt. Lugd. *E. campestre, L. sp. 337.*
Eryngium, Fuch. Ang. Lac. Cord. in Dioſc. Cæſ. Tab. vulgare, Dod. gal.
Eryngium mediterraneum, Tur. Geſ. hor. Ger.
Eryngium campeſtre, Dod. Caſt. vulgare, Cluſ. hiſtor.
Eryngium campeſtre mediterraneum, Ad. Lob.

III. Eryngium montanum amethiſtinum.
Eryngium caule & flore cæruleo, Ang.
Eryngium aliud in montibus, Cæſ.
Eryngium totum cæruleum, Cam. hor. Eyſt.
Eryngium montanum cæruleum, Ad. Col.
Interdum tota planta eſt coloris ſaturate cærulei, aliquando ſolum pars ſuperior: cujus etiam pumila ſpecies, Camerario monente.

IV. Eryngium montanum pumilum.
Eryngium pumilum, Cluſ. hiſp. & hiſt. Dod. Lug. Tab. Ger.

V. Eryngium montanum minimum, capitulo magno. *Carthamus Carduncellus, L. sp. 1164.*
Carduncellus montis Lupi, Ad. Lob. ico.
Carduncellus Penæ, ſive Cardui minimi ſpecies, Lugd.

VI. Eryngium alpinum cæruleum, capitulis dipſaci. *E. alpinum, L. sp. 337.*
Eryngium alpinum, Geſ. hor. cæruleum, Eid. col.
Eryngium magnis latisque capitulis, Geſ. hor. ap.
Eryngium alpinum cæruleum, Ad. Lob. ico. Tab.
Eryngium montanum tenuifolium ambitu profundè ſinuatum, Lob.
Eryngium planum Matthioli, Dod. ico.
Eryngium aliud montanum Dalechampii, Lugd.
Spina alba Dalechampii, Eid.
Herba peregrina foliis acanthi, Cæſ.
Eryngium capite dipſaci, nobile dictum Geſnero, Cam.
Eryngium ſpurium primum, Ger. ico.

VII. Eryngium latifolium planum.
Eryngium planum, Matth. Caſt. Lugd.
Eryngium ſpurium primum, Dod.
Eryngium pannonicum latifolium, Eyſtett. Cluſ. pan. latifolium 1. Eid. hiſt. *E. planum, L. sp. 336*
Eryngium cæruleum, Ger. 1. & 2. Tab.
Flore eſt cæruleo: eſt & albo: caulis in illo purpuraſcens, in hoc ex viridi palleſcens: à priore differt potiſſimum capitulis, quæ in illo oblonga lata: in hoc rotunda ſunt.

IIX. Eryngium planum minus.
Eryngiũ puſillum planũ Mutoni, Lob. Lug. Cluſ. hiſt.

IX. Eryngium arvenſe foliis ſerræ ſimilibus.
Crythamus agreſtis, Trag.
Crithmum 4. Matth. Caſt. Tab. Cam. an meminit Tralliano. *IX = Sium Falcaria, L.*
Eryngium 4. Dod.
Eryngium mont. recentiorũ, Ad. Lob. Lugd. Ger.
Ammi quorundam Dalechampii, Lugd.

IIX = E. pusillum L. sp. 337

CAR-

CARDUUS STELLATUS.

I. Carduus ſtellatus latifolius acaulos.
Ὀφθαλμοῤῥήγιον, ſive findens oculos, Caſt. quid?
II. Carduus ſtellatus latifolius cauleſcens.
Carduus ſtellatus Dalech. Lugd.
III. Carduus ſtellatus foliis papaveris erratici.
Eryngium Brunf. alterum, Trag. Lon.
Calcatreppola, Matth. cap. de Eryngio: & Cæſalpino, quaſi caccotribulus, id eſt, infeſtus tribulus: qui Scœbe Theophraſti putat.
Carduus ſtellatus, Dod. ut: Ad. (ſive Calcitrapa) Lob. Cam. Ger.
Carduus ſtellatorius ſive ſtellario, Geſ. hor.
Polyacantha, Cord. hiſt.
Myacanthos Theophraſti Dalechampio, Lugd.
Spinaſtella, & Spinaſtella alba, Tab.
Hippophæſtum vel Hippophaës Dioſcoridis, Colum.
Carduus muricatus, Cluſ. hiſt.
Variat florum colore, communiter ſubrubeus, aliquando albus: hinc duæ figuræ apud Taber. & Ger.
IV. Carduus ſtellatus luteus foliis cyani.
Spina citrina vel lutea, Geſ. hor.
Spina ſolſtitialis, Eid. Dod. Ad. Lob. ico. Cam.
Leucacantha quorundam, Lugd.
Calcatreppola altera, Cæſ.
Carduus ſolſtitialis, Cam.
Spina ſolſtitialis mitior Apula, ſive Carduus ſtellatus minor, Col.
V. Carduus caule ſtellato Peruanus.
Carduus, Monardi.
Arundinacea pinnata & ſpinoſa exotica planta, Ad. Lob. ico.
Palmacea ſeu arundinacea pinnata ſpinoſa 1. Lugd. deſc. at ipſa figura ſub titulo Nerei facie 1. habetur.
Calamus Peruianus aſteroides, Tab.
Calamus Peruianus ſpinoſus, Ger.
Λευκάκανθα Dioſcoridi lib. 3. cap. 22. radice eſt cyperi amara & calida: idem Plinius lib. 22. cap. 16. Apud Theophraſtum 6. hiſtor. 4. (ſpina candida Gazæ) ſpinoſa eſt, ſed non aculeatis foliis conſtat. Alii ἄκανθαν βασιλικὴν ſpinam regiã Theophraſti volunt, de qua 1. cauſ. 10. Spina regia aculeis conſtat, & radix in caput excreſcit, ceu nepa. Utriuſque deſcriptio brevior, quam ut quid ſtatui poſsit.

EUPHORBIUM & ANTEUPHORBIUM.

Εὐφόρβιον auctore Dioſcoride lib. 3. cap. 96. Juba in Libya regnante primo inventum eſt: & ut Plinius lib. 25. cap. 7. Invenit rex Juba quam appellavit Euphorbiam, medici ſui nomine & fratris Muſæ, à quo Divus Auguſtus conſervatus fuit. Dioſcoridi Libyca arbor eſt ferulæ ſpeciem habens, quæ in Atlante Mauritaniæ monte naſcitur, acerrimo liquore referta, quem propter eximium fervorem non citra metum incolæ colligunt: ventres villos lotos arbori circumligant & è longinquo caudicem contis vulnerant, unde ſtatim copioſus liquor effluit. Plinius ſcribit foliis acanthinis ſpectari, & colligendi & adulterandi modum ex Dioſcoride ſubjungit, qui herbam Euphorbiam, ſuccum vero Euphorbium vocavit. Leo Africanus inter Africæ plantas deſcribit: herba, inquit, eſt ex toto aculeata, quæ caput cardui ſyl. æmulatur: inter ejus ramos ab radice exeunt fructus cubitales & ampliores, craſsitudine citruli, virides, granuloſis quibuſdam tuberculis diſtincti ut Citrulus, veluti caudices viginti & triginta ex eodem ceſpite. Ruſtici hos gladiis pungunt cum ad maturitatem pervenerint: effluit autem humor lacti ſimilis, qui paulo mox denſatur & tandem ſiccatus utribus collectus. Vide infra lib. 12. ſect. 6.

Plantam ipſam primus Dodonæus expreſsit, quæ Bruxellis Anno 1570. eſt nata: quam ex Anglia unà cum Anteuphorbio, à Lobelio accepimus.

I. Euphorbium à Dodon. Lobel. Lugd. Lon. Tabernæm. Gerar. pingitur: de ipſius ſucco plures egere, ut Matthiol. Cord. Lac. Cæſalp. Lugd. & alii.
Euphorbia, Cord. hiſt.
II. Anteuphorbium, Dodon. Lob. Lugdun. Caſt. Tabern. Ger.
Sic dictum à contrariis Euphorbio facultatibus, hoc enim adverſus Euphorbii acrimoniam, indigenis remedio eſſe fertur. Dodonæus hanc herbam ad Telephium referri poſſe cenſet.

TRAGACANTHA.

T*Ραγάκανθα quam Gaza Hirciſpinam vertit, & de herba & de ejus lacryma dicitur. Dioſcoridi l.3.c.23. radice eſt lata & lignoſa ac ſupra terram eminente: à qua ſurculi humiles robuſti latiſſimè fuſi: & in ipſis foliola numeroſa, tenuia, inter quæ aculei ſeſe proferunt, quos ipſa occulunt, candidi, firmi rectiq;. Theophraſto 9. hiſt.1. lachrymam gignit: & 8.hiſt.9. & ſuccus ſponte conſiſtit ſpiſſaturq; lacrymæ modo: & 9.hiſt.15. largè in Arcadia naſcitur, nec deterior Cretica exiſtimatur, ſed etiam viſu pulchrior. Plinius l.13.c.21. Creta gignit & Tragacanthen ſpinæ albæ radice multum prælatum apud Medos aut in Achaja naſcenti. Sed de lacryma vide infra lib.12.ſect.6.*

I. Tragacantha.
Tragacantha, Matth. Ang. Geſ.hor. Lac. Lon. Ad. Lob. Lugd. Cluſ.cur.poſt.
Tragacantha prima Tab.
Tragacantha ſive Hirciſpina, Cluſ. in corol. ad Dodon.gal. & Dodon.Ger.

II. Tragacantha humilior luteis floribus.
Tragacanthæ alterum genus, Rauwolf. & Lugdun.ap.
Addit & tertium floribus purpureis & ſpecioſis.

POTERIUM.

Π*Οτήριον ſecundum aliquos dictum, quia potrix herba paludoſum riguumq; ſolum amat: & τὰ νεῦρα quod nervis amica ſit. Dioſcorides l.3.c.17. Poterium Iones Neurada vocant, frutex grandis eſt, ramulis longis, mollibus, lori modo lentis ac flexilibus, tenuibus, tragacanthæ proximis: foliis verò parvis & rotundis: totus autẽ frutex tenui lanoſa lanugine obducitur, eſtq; ſpinis horridus: flores ſunt parvi & candidi: radices binum ternúmve cubitorum firmæ ac nervoſæ, quæ proximè terram reciſæ lacrymam fundunt gummi ſimilem. Plinio l.27.c.12. Poterion aut Phrynion aut neurada, qui eodem fere modo deſcripſit, niſi quod florem dicat longum herbacei coloris: at lib.25. cap.10. flores parvos tribuit.*

I. Tragacanthæ affinis lanuginoſa, ſive Poterium.
Poterium, Matth. Caſt. Lug. Tab. Ger.
Tragacantha altera forte Poterium, Cluſ.hiſp. & hiſt. Lob. Lugd. Tab. forte & Bellonio.
Tragacanthæ primum genus, Rauwolf. & Lugdun.ap.
Spina hirci minor, Ger.

II. Poterio affinis foliis Pimpinellæ ſpinoſa.
Chalcios ſive Ereria, Ang.
Chalceion Anguillaræ, Lugd. Cluſ.hiſt.
Poterion, Ad. Lob. Lugd. Cæſ. Tab. Ger.
Pimpinella ſpinoſa, Cluſ.hiſp. Cam.
Bellan, Rauwolf. & Lugd.ap.
Stœbe legitima Dioſcoridis & στοιβὴ in Græcia, Honor. Belli ep.2. ad Cluſ.

DRYPIS.

Δ*Ρυπὶς Theophraſtus 1.hiſt.16. ſemel tantum meminit ſcribens, Acornam, Drypida, Acanum in genere ſpinoſi eſſe, loco enim folii ſpina oritur. Sic dicitur ἀπὸ τοῦ δρύπτειν id eſt ἀμύσσειν, νύττειν, ξύειν à lancinando, pungendo, vellicando, quod aculeis ſuis attrectantes & colligere volentes vulneret.*

Spina umbella foliis vidua.
Drypis Theophraſti, Ang. & ex eo Lob. Lug. Tab.
Drypis ab Anguillara deſcripta, forte Cenncthus, Col.

ANONIS ſive RESTA BOVIS.

A*Νωνὶς Dioſcoridi, & ὄνωνος Theophraſto. Anonis dicta videtur à non juvando quòd nullam utilitatem præbeat, cum aratoribus (hinc Remora aratri dicitur) inimica ſit: niſi quis ex adverſo nomen impoſitum cenſuerit. Ὄνωνις quidam deducunt ἀπὸ τοῦ ὄνου & ὀνίνημι, quaſi dicas aſini oblectationem: nam ex Græcis quidam affirmant, aſinos in ea ſe volutare, & dorſum ſub aculeis ejus herba libenter exterere. Dioſcorides lib.3.cap.21. Anonis quam aliqui Ononida vocant ramos habet dodrantales, etiam majores & fruticoſos, frequentibus geniculis cinctos, multis alarum cavis præditos & capitulis rotundis: foliolis puſillis, tenuibus ceu lenticulæ, ad rutæ aut lini pratenſis folia accedentibus, ſubhirſutis, odoratis: ramuli ſpinis acutioribus horrent: radix candida eſt. At Theophraſto 6. hiſtor.4. Ὄνωνὶς juxta folium aculeata eſt, altero quoque folio conditur: & c.5. verum ramis aculeigerum eſt: folio rutæ ſimilis, ſed per totum appoſito caulem, ut veluti coronam ex intervallis totam ſpeciem repræſentet: florem minutum & in ſiliqua non undique ſeptum edit. Plinio lib.21.cap.15. Ononis ſecundum ſpinam habet folium: & cap.*

& cap.16. in ramis ſpinas habet appoſito folio rutæ ſimili, toto caule foliatum in modum coronæ: & l.27.c.4. Anonin quidam Ononida malunt vocare, ramoſam, ſimilem fœnugræco, niſi fruticoſior hirſutiorq; eſſet, odore jucundo: poſt Ver ſpinoſa.

I. Anonis ſpinoſa flore purpureo.
Reſta bovis, Trag. Lon.
Ægypiron Cratevæ, Ang.
Anonis ſive Ononis, Matth. Lac. Tab.
Anonis, Fuch. Dod. mt. Tur. Caſt. ſpinoſa, Eyſt.
Ononis, Cord. in Dioſc. (cui & Acutella,) Geſn. hort. Ad. Lob. Lugd. Thal. Cæſ.
Anonis ſive reſta bovis, Ger.

Flore eſt communiter coloris dilutioris purpuræ, raro albidi, quæ
Anonis flore albo, Tab. Ger. rariſsimè luteo.

II. Anonis ſpinoſa lutea major.
Ononis montana lutea, Geſ. hor.

III. Anonis ſpinoſa lutea minor.
Ononis lutea ſyl. minima, Col.

IV. Anonis ſpinis carens purpurea.
Ononis perpetuo lævis, Geſ. hor.
Anonis non ſpinoſa, Cluſ. pan. Eyſt. purpuracea, Tab. Ger.
Anonis ſive Ononis ſine ſpinis, Cam.
Anonis mitior prima, Cluſ. hiſt.

Hæc & candidis floribus reperitur, quæ
Ononis candidis floribus, Ad.

V. Anonis viſcoſa ſpinis carens lutea major.
Natrix Plinii herbariorum, Ad. Lob.
Anonis mitis flore luteo, Cluſ. pan.
Ononis lutea montana, Cam. ep.
Anonis flore luteo, Eid. hor.
Anonis non ſpinoſa lutea, Caſt. Tab. Ger.
Ononis mitis luteo flore, Eyſt.

VI. Anonis non ſpinoſa flore luteo variegato.
Ononis lutea non ſpinoſa: aliis Melilotus major, vel ſyl. pinguis, Lugd.
Ononis fl. luteo variegato, mitis, Eyſt.

A priori differt floris colore, qui luteus, ſed pallidior eſt & lineis ſubrubris variegatus.

VII. Anonis viſcoſa ſpinis carens lutea minor, vel Anonis viſcoſa minor flore pendulo: in Prodromo deſcribitur.

IIX. Anonis non ſpinoſa capreolis donata.
Ononis Senenſis, Spigelio. Sed quid?

LIBER VNDECIMVS.

SECTIO PRIMA.

CYTISUS; ANAGYRIS; LABURNUM; ACACIA; ASPALATHUS; SANTALUM; ARBOR BRASILIA; AGALLOCHUM; ſive Xyloaloës; Geniſta-Spartium; Geniſta ſpinoſa ſive Scorpius; Geniſta non ſpinoſa; Chamægeniſta; Spartium; Colutea; Senna & Jovis barba.

CYTISUS.

FRUTICES & *Arbores propoſituri, à Cytiſo ordiri lubet, qui κύτισος Græcis dicitur, Latinis Cytiſus, à Cythino inſula in qua, Plinio l.13. c.24. auctore, inventus eſt, unde in omnes Cycladas, mox in urbes Græciæ magno caſei proventu, translatus: Eſt autem Dioſcoridi l.4. c.113. Cytiſus frutex totus albus, uti Rhamnus, ramos ſpargens cubitales, etiam majores, in quibus folia ſimilia Fœnugræci aut Loti trifoliæ, ſed minora & dorſum prominentiorem habentia. Theophraſto 1.hiſt.9. & 5. cauſ.6. Cytiſus medullam duram, ſpiſſam & nigram habet: & 4.hiſt.5. fruticoſa eſt veluti Hebenus. Plinio l.c. Cytiſus frutex eſt canus aſpectu, breviterq; ſi quis exprimere ſimilitudinem velit, anguſtioris trifolii frutex. Columella l.9.c.4. Sativum eſt & ſua ſponte.*

Cytiſus incanus vel hirſutus.

I. Cytiſus incanus, ſiliquis falcatis.
Cytiſus Marantha, Matth. Lob. Lugd.
Cytiſus ut exiſtimatur, Dodon.

Cytiſus, Cæſ. Galeni, Cam.
Cytiſus tertius cornutus, Tab. ſeptimus cornutus, Ger.
Cytiſus Galeni Maranthæ cornutus, Eyſtett.
Lignum Rhodium, ſive Cytiſus verus, Hon. Belli epiſt. 4. ad Cluſ. qui hujus ut & ſequentis ramum ad nos miſit.

II. Cytiſus incanus Creticus.
Barba Jovis altera, Ang.
Cytiſus Creticus ἀρχονδόξυλον, id eſt nobile lignum, Hon. Belli ep. 1. ad Cluſ.
Ebenus Cretica, Eid. ep. 4. ad Cluſ. & Ponæ.

III. Cytiſus incanus folio oblongo Auſtriacus.
Cytiſus 2. Cluſ. pan. quintus, Eid. hiſt. Eyſtet.
Cytiſus ſextus, Tab. ico. alias undecimus.
Cytiſus incanus, Ger.
Pſeudocytiſus 2. Dod. belg.
Hujus altera ſpecies anguſtis foliis, iiſque velut in aculeum deſinentibus, quemadmodum in Italia reperitur, qui
Cytiſus acuminatis foliis dici poſſet.

IV. Cytiſus incanus ſiliqua longiore.
Cytiſus, Ad. Lob. ico. Caſt.
Cytiſus prior Penæ, Lugd.
Cytiſus quartus, Tab. octavus, Ger.
Cytiſi ſyl. ſpecies prima, Cæſ.
In hortos tranſlata canitiem amittit.

V. Cytiſus albicans, folio trifolii vulgaris.
Cytiſus albus ſylveſtris, Cord. in hiſt.
an Cytiſus alpinus Dalechamp. Lugd.

VI. Cytiſus foliis ſubrufa lanugine hirſutis.
an Cytiſus, Tur.
Cytiſus 4. Cluſ. hiſp. tertius, Eid. hiſt.
Cytiſus quartus Hiſpanicus Cluſii, Lob. Lugd.
Cytiſus 12. Hiſpanicus 4. Tab. icon. alias decimus.
Pſeudocytiſus hirſutus, Ger.
an Cytiſus ſyl. alter, Cæſ.

VII. Cytiſus hirſutus major foliis pinnatis.
Cytiſi ſecundi ſpecies altera, Cluſ. pan. 5. ſpecies altera, Eid. hiſt.
Cytiſus ſeptimus, Tab. icon. alias duodecimus.
Cytiſus pinnatus, Ger.

IIX. Cytiſus incanus folio medio longiore.
Cytiſus 3. Cluſ. hiſp. ſextus, Eid. hiſt.
Cytiſus tertius Hiſpanicus Cluſii, Lob. Lugd.
Cytiſus undecimus Hiſpan. 3. Taber. icon. alias nonus.
Cytiſus ſempervirens, Ger. ico.

IX. Cytiſus hirſutus flore luteo purpuraſcente.
Cytiſus magnus flore luteo purpuraſcente, Ponæ Italic.

X. Cytiſus ſupinus foliis incana lanugine infernè pubeſcentibus.
Cytiſus tertius, Cluſ. pan. ſeptimus, Eid. hiſt.
Cytiſus 8. Tab. ico. alias ſextus.
Cytiſus hirſutus, Ger.
an Cytiſus ſupinus, Cam.

XI. Cytiſus ſupinus foliis inferne & ſiliquis molli hirſutie pubeſcentibus.
Cytiſi ſeptimi ſpecies altera, Cluſ. hiſt.
Cytiſus ſeptimus, Eyſtett.

XII. Cytiſus minoribus foliis ramulis tenellis villoſis.
Cytiſus primus, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Cytiſus Hiſpanicus primus, Lob. Lugd.
Pſeudocytiſus prior, Dod. Ger.
Cytiſus nonus: Hiſpanicus 1. Tab. icon. alias ſeptimus.

XIII. Pſeudocytiſus flore Leucoii luteo.
Cytiſi facie Alyſſon fruticans quorundam, Lob. Lugd.
Cytiſus adulterinus, Tab. Ger.

Cytiſus glaber.

I. Cytiſus glabris foliis ſubrotundis, pediculis breviſſimis.
an Cytiſus primus, Ang.
Cytiſus alter minor, Ad. Lob. ico. Lugd.
Cytiſus quintus rotundifolius, Tab.
Cytiſus, Ger.
Trifolium arboreſcens, Eyſtett.

II. Cytiſus glaber viridis.
Cytiſus ſecundus, Tab.
Cytiſus ſiliquoſus, Ger.
Trifolium fruticans Guilandinus nominabat.

III. Cytiſus glaber nigricans.
Pſeudocytiſus ſive niger, Cord. hiſt.
Cytiſus, Lac. Ger. & apud Cordum pingitur.
Cytiſus Geſneri, Lugd.
Cytiſus & Cytiſus minor, Geſ. hort.
Cytiſus primus, Cluſ. pan. Tab.
Cytiſus quartus, Cluſ. hiſt.
Cytiſus niger ſive major, Cam.
Pſeudocytiſus primus, Dod. Belg.
Cytiſus 1. Tabernæ. ſpicatus, Eyſtett.

IV. Cytiſus foliis incanis anguſtis quaſi complicatis.

Cyti-

Cytiſus ſecundus, Cluſ.hiſp.& hiſt.
Cytiſus 2.Hiſpanicus, Lob.Lugd.
Pſeudocytiſus alter, Dod.Ger.
Cytiſus decimus: Hiſpanicus 2. Tab. icon. alias octavus.

Hic circa Monſpelium foliis eſt viridibus, in Hiſpania prorſus incanis.

V. Cytiſus foliolis glabris ſiliquis Ornithopodii hirſutis, in Prodromo deſcriptus.

VI. Cytiſi in Thraciæ & Macedoniæ pratis, quam neq; Gallia neq; Italia alat: his ſolùm verbis meminit Bellonius l.1.obſ.c.56.60.63. Sed quid?

ANAGYRIS & LABURNUM.

Ἀνάγυρις ſive ἀνάγυρον aliis ἄκοπον Dioſcoridi l.3. c.167. fructus eſt arboris inſtar, foliis & virgis Vitici aſsimilis, perquam gravis odoris: flore braſsicæ ſimili: ſemen in longis corniculis renum figura, verſicolore ac ſolido, quod uva matureſcente dureſcit: Et Plinio l.27.c.4. Anagyros, quam aliqui Acopon vocant, fruticoſa eſt gravis odoris: flore oleris: ſemen in corniculis non brevibus gignit, ſimile renibus, quod dureſcit per meſſes.

LABURNUM Plinio l.1.c.18. alpina arbor eſt, nec vulgo nota, dura ac candida materie, cujus flos cubitali longitudine: apes non attingunt.

I. Anagyris fœtida.
Anagyris, Dod. utr. Ang. Cord. in Dioſc.& hiſt. Tur. Lon. Ad.Cæſ. Lugd. qui & Colyteam Theophraſt. ſuſpicatur.
Anagyris prope Arelatum, Geſ.hor. Lugd. Cluſ. hiſtor.
Anagyris folio fœtido, Geſ.hor. fœtida, Ger.
Anagyris fœtida arboreſcens, Lob.
Anagyris vera, Cluſ.hiſp.Lugd.
Anagyris prima, Cam.Tab.

Semina ſuperficie glabra quidem ſunt, ſed colore inter ſe diverſa; quædam enim purpureo, quædam livente, quædam in cinereo pallido.

II. Anagyris fœtida altera, rotundo folio.
Anagyris Cretica, à Cluſii diverſa, Hon. Belli ep. 2.ad Cluſ.
Anagyris, Anagyros vulgo in Creta circa Idam montem, Bellon.obſ.

III. Anagyris non fœtida major, vel Alpina.
Anagyris prima & major, Matth.Caſt.
Egano, forte Ebeni 2.ſpecies, Theoph.Ang.
Trifolia arbor, Cord.hiſt.Bellon.de cult.
Laburnum, Dod.gal.Bellon.de cult. Lugd. Cam. Cæſalp.
Anagyris latifolia, Eyſtett.

Trifolia quidem communiter eſt, attamen ſæpe quatuor, etiam quinque folia uni pediculo adhærent, ut ei qui antea non obſervârit, diverſa ab altera videatur.

In horto Lugduno Batavo habetur folio longiore anguſtiore, ſolidiore & atrovirente, quod Laburnum latifolium nominant.

IV. Anagyris non fœtens minor.
Faba inverſa, Trag.Lon.
Anagyris altera, Matth. Lac. Cam. Tab. minor, Caſt.
Anagyris alia ſpecies, Geſ.hor.
Eghelo, Dodon.
Anagyris minus fœtens, Ad.Lob.
Laburnum alterum, Lugd.
Anagyris fœtens, Ger.ico.
Anagyris anguſtifolia, Eyſtett.

III = Cytisus Laburnum, L. Mill. dict.

ACACIA.

ACACIA, ἀκακία Dioſcoridi & Græcis, ab ἀκάζω id eſt, acuo, unde Acacia quaſi acuta: quam Theophraſti l.4.hiſt.3. Ἄκανθαν, id eſt, Spinam, ſive Ἄκανθαν αἰγυπτίαν ſpinam Aegyptiam 9.hiſt.1. eſſe volunt: & Dioſcoridi l.1.c.133. ſpina eſt arboreſcens fruticoſa in rectum non aſſurgens, florem habens album, fructum verò inſtar Lupini ſiliquis incluſum: ex hac ſuccus exprimitur & gummi ex ea ſpina manat: de hoc ſucco Plinius l.24.c.12. Eſt, inquit, & Acaciæ ſpinæ ſuccus: fit in Aegypto, alba nigráq; arbore &c. Et Theophr. Spina ex eo nomen accepit, quòd tota arbos aculeis horret excepto caudice: nam & ſuper germina, foliáq; aculeos gerit, magnitudine excellit, materies quippe duodenorum cubitorum, tectis idonea ceditur: ejus duo genera, quædam candida imbecillis facileq; putreſcens: quædam nigra, quæ robuſtior & incorrupta &c. fructus in ſiliqua modo leguminum, flos pulcher aſpectu ut coronas ex eo facerent &c. Eadem ferè Plinius l.13.c.9. nomine Spinæ Aegyptiacæ. Et Dioſc. duplex eſt: altera longè minor humilis ac tenerior, aculeis vallorum in modum obſita, folia rutæ ſimilia habens: ſemen in folliculis connexis, ternum quaternúmve capacibus, lenticula minus.

I. Acacia foliis Scorpioidis leguminoſæ.
Acantha & Acantha Ægyptiaca, Hippoc.
Acacia Ægyptia, Dod. gal. Lugd. Cam. Alexandrina, Cam.
Acacia prima, Ang. Lac.
Acanthus Theophraſti, Ang.
Acacia, Bellon. (quæ Akakia in offic. Conſtantinop.) Dod. Cam. ep. Aſp. vera, Cluſ. ad Garz.
Spina Acaciæ Dioſcoridis, Ad. Lob.
Acacia, Arabibus Schamuth, Schack, Halepi, Rauwolf.
Acaciam 1. à Matthiolo & Lugdun. propoſitam, quam Acaciam majorem Durantes vocat, Arborem Judæ cui aculei adpicti ſunt, multi exiſtimant.

II. Acacia trifolia.
Acacia altera, Matth. Dod. ut: Lac. Bellon. Rauwolf. Lugd.
Acacia, Lon. altera Dioſcoridis, Ad. Lob. Tab.
Aſpalathus, Cæſ. ſive Acacia 2. Matthioli, Geſn. hort. Cam.
Aſpalathus 2. Dioſcoridis, Guil. epiſt. & Hon. Belli ep. 1. ad Cluſ. (quo nomine & Græcis indigenis hodie donatur) Ponæ ital.
Acacia Dioſcoridis, Ger.

ASPALATHUS.

ASPALATHUS, Ἀσπάλαθος *aliis Eryſiſceptrum, frutex eſt lignoſus, ſpinis crebris aculeatus: duplex eſt, alter detracto cortice rubens aut purpuraſcens, alterum genus candidum eſt Dioſcoridi l. 1. c. 19. At Plinius non eadem omnino tradit l. 22. c. 24. in eodem tractu Aſpalathus, inquit, naſcitur ſpina candida, magnitudine arboris modicæ, flore roſæ, radix unguentis expetitur: quidam Eryſiſceptrum, alii Sceptrum vocant &c. & l. 24. c. 13. Orientalem, alium à Rhodio facit.*

I. Aſpalathus cortice cinereo, ligno purpureo.
Aſpalathi prima ſpecies Dioſcoridis, Ponæ ital. à quo portionem accepimus.

II. Aſpalathus colore buxi.
Aſpalathi 1. genus, Ad. & Lugd.
Lignũ Americanũ buxei coloris, Lerio deſ. Braſil. an Lignum aureum & flavum in Terzera inſula, Linſcot. 3. part. Ind. Or. c. 6.

III. Aſpalathus albicans torulo citreo.
Rhodium lignum, quibuſdam Agallochum, Olea æthiopica videtur, Cord. in Dioſc.
Agallochum fortè, id eſt, Xyloaloë ſolida, quibuſdam lignum rhodium, rhadiſium & aſpalathum, aliis Oleaſtrum lignum, Cord. hiſt.
Aſpalathi tertium genus, Ad. & Lugd.
Aſpalathus Rhodius, Lob. ico.
Lignum roſei odoris in Braſilia, Lerius deſc. Braſ. vel par. 3. Ind. Occid. c. 12.

IV. Aſpalathus rubeus.
Rhodium lignũ rubeſcens & purpuraſcens Ruellii, Cord. in Dioſc.
Aſpalathi ſecundum genus, Penæ & Lugd.
Aſpalathus roſeus, Ad. Lob. ico.
Lignum Americanum rubrum diverſi à Braſilio generis, è quibus claves ſuas barbari conficiunt, Lerio l. c.
an Lignum Sanguinho dictum, totum rubrum & cruentulum in Terzera inſula, Linſcotto l. c.

V. Lignum Americanum album.
Lignum album ut charta, Lerio l. c.
Lignum cretæ candore nivium, Linſcot. l. c.

VI. Lignum Americanum violaceum, quæ ligna ſolius naturæ miraculo diſtincta, terra illa profert, Lerio l. c.

VII. Lignum Feixo & varii generis ligna præſtantiſſima, inſula Pico promit, Linſcot. l. c.

SANTALUM.

CUM multi Santalum pro Aſpalatho vero ſumpſerint: & aliqui Agallochum, lignum rhodium, crediderint, utrumque ſubjungemus.

SANTALUM veteribus Græcis indictum videtur, & Sandal Avicennæ, Serapioni & Mauritanis: Indis verò Sarcanda, Garzia auctore, dicitur: quod foliis eſt Lentiſci æmulis, flore ex cæruleo nigricante, fructu ceraſi magnitudine nigro, inſipido: trium generum, rubrum album pallidum, quæ uno in loco non proveniunt: eadem Acoſta & Lugdunenſis hiſtoria habent. Santali cinericei quoq; in regni Congiani deſcriptione mentio fit.

I. Santalũ albũ, Matth. Lac. Lon. Cord. hiſt. Caſt. Garz. Lugd. Tab. Ger. Linſcot. p. 4. Ind. or. 30.
Lignum odoratum candidum, Cæſ.

II. Santalum pallidum, Matth. Lac. Garz. Lug. Sãtalum citrinũ, Cord. hiſt. Lon. Caſt. Linſcot. l. c.
Santalum flavum, Tab. Cæſ. cui flavum quod hodie habetur, candidi medulla eſt & citrinum Serapioni dicitur.

III. San-

III. Santalum rubrum, Matth. Lac. Lon. Caſt. Garz. Lugd. Tab. Ger. Linſcot. l. c.
Lotus veterum, Sandalus rubea officinarũ, Cord.
Sandalum rubeum, Cord. hiſt. (in Dioſc.
Lignum odoratum rubrum, Cæſ.
Santali rubri quod in officinis Lignum aquilinũ dicatur & quo in regno Cõgiano febres curẽtur, Pigafetta in deſc. regni Congianei c.7. meminit.

IV. Santalum cinericeum, quo Scabiem Gallicã ſanant, tanti apud eos precii, ut vel parva ejus particula ſervo robuſto cõmutetur, idẽ proponit.

V. Pſeudoſantalum rubrũ ſive arbor Braſilia.
Arbor Braſilia Theveti, Lugd.
Berſilicum, Lon.
Perſilium rubrum & citrinum, Cord. hiſt.
Breſilienſis arbor in Guajana: par.8. Ind. occid.
Braſilia arbor, barbaris Araboutau, quercum proceritate & ramorum copia adæquat, foliis buxeis perſimilibus: fructum non ferens: harum quædam, quam vix trium: altera, quam vix octo: & altera quam vix ſedecim hominum ulnæ amplecterentur. Leri. in deſc. Braſil.

VI. Arbori Braſilianæ affinis: in regno Guineæ, in inſula Caiſco, arbores ſunt, quæ vel Braſilienſes rubedine ſuperant, quarum lignum inſtar politiſsimi ſpeculi nitet, tantæ duritiei, ut vix ingenti labore inflecti poſsit, ut habetur in 6. parte Indiæ orientalis cap.56.
an Lingnum Braſilianum quod flammei coloris eſt, & tincturis adhibetur, Joſeph. Acoſtæ l.4.c.29. meminit.

VII. Arbores pigmentiferæ.
Arborum peculiaria genera ex quibus rubrum, nigrum, flavum & purpureum colorem extrahũt in inſula Madegaſcar ſive Laurentii. par.4. Ind. or.

IIX. Ligno Braſiliano ſimile.
Lignum Sapou lanis tingendis percommodum, Linſc. par.2. Ind. or. c.24.

IX. Pſeudoſantalum Creticum.
Ἀ'ζελιχία. Abelicea foliis Alaterni, fructu piperis, ligno rubro, cujus pulvis Santalũ imitatur, Hon. Belli epiſt.2. ad Cluſ. Ponæ Ital.

X. Pſeudoſantalum album.
Lignũ Sambarane Santalo albo perſimile, Garzię.
Sambarane, Acoſtæ.

XI. Lignum ex freto Magellanico medulla flaveſcente.
Lignum exoticum alterum, Cluſ. exot. l.1.c.7.
Fructum fert nigrum myrtillis ſimilem.

XII. Lignum Moluccenſe foliis malvæ, fructu avellanâ minore, cortice molliore & nigricãte, Pavana incolis, Lugd.
Lignum Molucenſe, Acoſtæ.
Lignum Pavanum, Tab.

XIII. Ligna precioſiſsima ex Havana & inſula Cuba in Hiſpaniã vehuntur, cujus generis ſunt Ebanos, Caovana, Granadillos, Cedrus & ſimilia: Joſeph. Acoſta l.4.c.30.

AGALLOCHUM.

Arbor in Inſula Banda quæ nucē & macim profert, Pyri magnitudine, foliis laurinis, latioribus brevioribus: fructus cortice denſo, ut in noſtris Nucibus tegitur, cui alter tenuior reticulatus, rubeſcens ſubeſt, qui Macis dicitur. Fructus cum utroq; cortice muria conditus adfertur: quem & Saccharo condiunt & externum corticem in capitis affectibus cōmendant. In Iava majore, ex nucibus Conſervas & Confectiones, & tam ex nucibus quam foliis, oleum conficiunt.

Sic aliam in planis, quæ ad nos adfertur, aliam in montanis provenire ſcribunt, à cujus fructu, cum vix matureſcat, ſaltem Macis adimitur.

II. Nux moſchata fructu rotundo parvo.
Nux moſchata humilis & fructu puſillo in Moluccis, Acoſtæ.
Nux aromatites infructifera in Moluccis & Zeilan, Garziæ.

III. Nux moſchata fructu oblongo.
Nux moſchata maſcula vel major, Cord. hiſt.
Nux moſchata mas oblongior, Lob.
Nux myriſtica mas, Cluſ. exot.

IV. Macis Officinarum.
Macis dicitur cortex alter tenuis rubeſcens, à Maceris Græcorum ſimilitudine, qui aëri expoſitus paulatim flaveſcit.

Macer,

Macer, officinarum Macis, Cord. in Dioſc.
Macis, veterum Macer ſeu medius Nucis moſch. cortex, Cord. hiſt.
Macis, Ad. Garziæ, Acoſtæ, Frag.
Macer, Tab. qui cum fructu pingit.
Bunapalla & Iaifol incolis, Garziæ, Linſcot. Ind. orient. par. 4. c. 22.
[illegible] Maſſa & Fœlien, Linſc. Ind. orient. p. 2. c. 22.
Bethaſe Arab. Avicennæ cui odoratæ nucis involucrum eſt.
Nucum myriſticarum flos, 4. par. Ind. or. c. 21.

MACER VETERUM.

Macer Veterum, cortex eſt arboris ſui nominis, res à Maci recentiorum planè diverſa: de quo ſic Dioſcorides l.1.c.110. μάκερ, *cortex eſt è Barbaria advehi ſolitus, ſubflavus, craſſus & guſtu perquam aſtringens: & Plinius l.12.c.8. Macir ex India (Galenum ſecutus) advehitur, cortex rubeus radicis magnæ, nomine arboris ſuæ. Arbor ulmo multò major in India Orientali, præſertim in Provincia Malabar, Acoſta.*

Macer & Macir, Taliſafar radicis cortex, Avicē.
Macer, arbor dyſenteriæ, à radicis corticis uſu & arbor ſancta, Acoſtæ, Lugd. in ap.
Cortex Xylocaſsiæ facie, Ad. Lob. ico.
Macer veterum, Cluſ. exot. l. 4. c. 4.
Macer Græcorum verū, ignotum putat Garzias.
Macer veterum, Macir officinarū cenſent, Cord. in Dioſc. & hiſt.
Macer veterum eſt alter cortex craſsior nucis moſchatæ, Cæſalp.
An idem.
Cortex ad alvi profluvia in novo orbe, Monard.
Arbor contra fluxum, Caſt.
Cortex ad dyſenteriam, Lugd.
Anonymos arbor in novo orbe foliis cordis figura, Frag.

CASSIA ſive CANELLA & CINAMOMUM.

Κασία ſive κασσία, παρὰ τὸ κάζειν quaſi κοσμοῦσαν, διὰ τῆς εὐοσμίας τὰς αἰσθήσεις. Κασσίας Dioſcoridi l.1. c.12. complura ſunt genera, quæ circa aromatiferam Arabiam gignitur: habet autem ſarmentum craſsi corticis, folia verò piperis: primum locum habet γίζιρ *roſarum odorem ſpirans: 2.* ἄχυ *indigenis, mercatoribus Alexandrinis daphnitis, odore vinoſo: 3.* μοσυλῖτις βλαστός, *moſyleticus germen: reliquæ viles habentur, ut quæ* ἀσύφημον *nigra injucunda: & ea quæ* μοτὼ *&* δάκαρ *vocatur: eſt & quædam* ψευδοκασσία *illi ſimilima, quæ neq; acris, neq; aromatica, & corticem medullæ cohærentem habet, &c.*

Κιννάμωμον plura genera Dioſc. l.1.c.13. regionum in quibus naſcuntur nominibus deſignata: excellit quod μόσυλον dicunt, quod ſimilitudinem aliquam habet cum Moſylitide caſsia, & quæ recens colore nigrum ex vinoſo in cinereum vergens, nodoſum, colore rutæ, aut cardamomo proximum eſt, hujus genera quinq; recenſet.

Fabuloſa varia & incerta, de Caſsia & Cinamomo à veteribus Græcis & Latinis, ob longas & difficiles navigationes ſcripta ſunt. Hinc Dioſcorides ſcribit Caſsiam, eſſe virgulta craſsi corticis, piperis foliis: Cinamomi verò deſcriptionem prorſus omittit. At Theoph. Caſsiam & Cinamomum, magnitudine Viticis, multos ramos lignoſos habere. Plinius l.12.c.19. Cinamomum dixit fruticem eſſe duorum cubitorum altitudine ampliſsimum, palmiq; minimum: Caſsiam fruticem eſſe trium cubitorum amplitudine. Galenus 1. Antid. arcam Romam delatam è Barbarorum regione tradit, longitudine cubitorum quatuor cum dimidio: & licet Caſsiam & Cinamomum diverſas arbores eſſe ſtatuat, ſcribit tamen Caſsiam ſæpe in Cinamomum tranſmutari: ſic Cinamomi ſurculos, Caſsiæ prorſus perſimiles. Genera Caſsiæ, eadem Galenus quæ Dioſcorides recenſet: item Cinamomi ſex a Dioſcoride etiam declarata. Theophraſto 6. hiſt. 2. & Plinio, Caſsiæ duo duntaxat genera ſunt, candidum & nigrum. Recentiores qui judicio valent, Cinamomum officinarum vulgo Canella dictum, legitimam antiquorum Caſsiam dicunt: cujus genera a Dioſcoride & Galeno tradita, apud Mercatores qui magnam copiam habent, internoſci poſſunt. Et in compoſitionibus Græcorum Xylocaſsiam, id eſt Caſsiam ligneam ſive Caſsiam odoratam poſtulantibus, Canella noſtra adhibenda: in Mauritanorum enim medicamentis, Caſsia fiſtula purgatrix intelligenda.

I. Cinamomum ſive Canella Zeilanica.
Caſsia, Cinamomū & Canella orientalis, Monard.
Cinamomum, id eſt lignum odoratū quaſi Amomū ex Sina, Canella & Caſsia idem ſunt, Garz.
Darſini Avicennæ & Arabibus, quod Perſis Lignum Sinenſe ſonat.
Canella legitima, Matth. Lugd. Acoſtæ.
Caſsia, Ang. Lob.

Cinamo-

Cinamomum, Lac. (the.
Cinamomũ & Caſsia unius plantæ cortices, Guil.
Cinamomum & Caſsia Græcorum, Ad.
Cinamomum Seylenſe, Linſcotto Ind. orient. par. 2.c.16.& par.4.c.19.

Arbor in Zeilan frequens oleæ magnitudine, foliis forma ad Citri folia accedentibus, fructu rotundo exiguis olivis ſimili. Canella eſt ſecundus & interior arboris cortex, in tubulos convolutus, qui ſingulo triennio adimitur, & ab exteriore cinerea pellicula, qua obductus eſt, repurgatur: In Canariis etiam inſulis Cinamomi nulla eſt penuria, 3.part.Ind.or.c.5.

II. Cinamomum ſive Canella Malavarica & Javanenſis.
Canella ignobilior, Garziæ.
Caſsia veterum forte, Cluſ.ex.
Canella in ſylvis Malabar, Acoſtæ.
Cinamomum Malabaricum, Canella de Mato, ſeu ſyl.cinamomum, Linſcot.Ind.orient.par.4. c. 19.& figura 17.
Cinamomum ſyl.Canella de mare, 2.par. Ind.or. c.13.

Cortice eſt enodi cinereo in Malavar & Java: & ut Acoſta, fructus oleæ baccis par oſsiculum continens, qui fructus ſeſsili parte, parvo calice præditus eſt.

III. Cinamomum ſive Canella Peruana.
Canella in America quæ calices & glandes Suberis modo fert, quam ſui generis arborem, non Canellam eſſe, Garzias ſcribit.
Canella Peruana quam Gomara, Auguſt. Carate, Petrus Cieca, & ex his Cluſ.notis in Garziam proponit.

Canella novi orbis, Monardi, cui Caſsia, Cinamomum & Caſsia lignea, unius arboris cortices ſunt, & ſola loci varietate, altera alteram præſtantiorem facit: itaque Caſsiam & Cinamomum ſolis nominibus differre aſſerit.

Hujus fructum, qui parvo pileo ſimilis, ſua latitudine Taleri Germanici amplitudinem æquat, in uſu eſſe ſcribit.

IV. Cinamomum ſive Canella tubis minoribus alba.
Canella alba quorundam, Cluſ.ex.

Duplex eſt: altera majoribus, lõgioribus & craſsioribus tubis: altera tubis tenuioribus & minoribus: Idem habet,
Canellam albam è radice: &
Canellam albam ex arbore.
Lignum aromaticum Monardi, Lugd.Caſt.Frag. Cluſ. ex.
an Aicopo, arbor lauro ſimilis, cujus cortex calidus & acris eſt, in inſul. Virgin. deſcript. vel Ind. occid. par.1.

V. Cinamomum craſsiore cortice.
Xylocaſsia, Ad.Lob. qui an Pſeudocinamomum Dioſcoridis ſit, dubitat, Lugd.

VI. Caſsia lignea fuſca aromatica.
Xylocaſsia ſubnigra, Lob.belg.& ico.
an Caſsia Syringitis, vel Syringis Cinamomo cognata, Cord.in Dioſc.
an Caſsiæ genus, quod Galeno referente, junior Andromachus, Caſsiam fiſtulam nominavit, quia inanis & cava & craſsi corticis, cujuſmodi in vulgari Cinamomo frequentiſsimè conſpicitur.

VII. Cinamomum ſeu Caſsia craſsior, quæ præter odorem & ſaporem in officinis occurrit, Pſeudocaſsiam eſſe non temerè quis dixerit.

IIX. Cortex cinereus acri ſapore.
Cortex eriophorus, Cluſ.ex.l.4.c.5.

Cinamomum veterum.

Cinamomum veterum, à Caſsia ſive Canella diverſum eſſe volunt, cujus ſe tres ſurculos vidiſſe Cluſius aſſerit, qui recti, ſed non enodes, cortice tenui, ſubcinerei coloris, jucundi & ſuavis guſtus, acrimonia linguam vellicante: lignum verò inodorum & inſipidum.

Galenus 1. de Antidot. Caſsiam quæ Zizir cognominatur, adeo Cinamomo ſimilem ſcribit, ut ejus loco divendita fuerit: & pro qualibet Cinamomi parte, duas Caſsiæ adhiberi poſſe.

TAMALAPATRUM ſive FOLIUM.

Μαλάβαθρον & φύλλον, Latinis ſimiliter Malabathrum & Folium ſimpliciter, & Folium Indicum dicitur. Dioſc.l.1.c.11. μαλάβαθρον, inquit, nonnulli Nardi Indicæ folium eſſe arbitrantur, odoris quadam cognatione decepti: peculiare genus eſt, quod in paludibus Indicis gignitur: folium id eſt, quod lentis paluſtris modo aquæ innatat; radicem non habens, &c. Et Plinius l.12.c.26. dat & Malabathron Syria arborem folio convoluto, arido colore: mox ſubjungit: in paludibus Indiæ gigni tradunt, lentis modo, odoratius croco, nigricans ſcabrumq́;, quodam ſa-

lis guſtu: minus probatur candidum. Quibus verbis Plinius diverſa Malabathri genera propoſuiſſe videtur: at Dioſcorides unicum. Sed quid velint, non aſſequimur: noſtrum enim non innatat aquis, ſed in procera arbore, procul ab aquis in Cambaya naſcitur, ſecundum Garziam: at Linſcotto 4. part. Ind. or. c. 39. arbor eſt mediocris magnitudinis, quæ non niſi ad fluminum ripas aut lacus enaſcitur, in omni quidem India vulgaris, præcipuè tamen in Cambaya: folii odor qui Caryophyllorum, quare aliqui malè Caryophyllorum folium eſſe putant.

Cadegi Indi, id eſt, folium Indum, Arabib.
Folium Indi Seplaſiariorum, Trag.
Malabathrum, Matth. (cui & Folium) Lac. Lob. Tab.
Caſsiæ folium, Cord. in Dioſc.
Caſsia aromatica, folium malè, nec Cinamomi folium, nec Malabathrum, Cord. hiſt.
Malabathrum, Folium, & folium barbaricum, res differentes ſunt, Ang.
Malabathrum & Folium, medicamenta duo ſunt, Guil. the.
Tamalapatra, ex qua voce corrupta Malabathrũ, Garz. Cluſ. Lugd.
Folium noſtrate, Malabathrum eſt, Ad.
Folium Indicum Acoſtæ, Caſt. Frag.
Folium Indum vocatum, Tembul Avicẽnæ, Cæſ.
Folium Indum, incolis Tamalapatra.

Figuræ: fructus glandis exiguæ effigie adpingitur à Cluſ. Lobel. & Lugdun. quem Fructum Canellæ quorundam; aliis Tembul convolvuli in India nomine à Cortuſo, Cluſius, uti in notis in Garziam monet, accepit: qui tamen Malabathri noſtri fructum eſſe ſuſpicatur.

Huc referantur
Folia ſaporem Garyophyllorũ referẽtia, in inſula S. Maria, ad littus Madegaſcar: par. 3. Ind. or. c. 12.

BETRE ſive TEMBUL.

BETRE Mallaccenſium volubilis modo arbores ſcandens; fructu lacertæ caudam æmulante.

I. Tembul pro Tambul, Avicennæ.
Betre, Garz. Frag. Lugd. qui in append. figuram Cluſii habet.
Betre ſive Betle, Aloyſ. Cadamuſto, Cluſ. ad Garz.
Betella Lugd. Romano, Odovardo Barboſa.
Betel, Caſt. Betele, Acoſt.
Betle vel Betre, Tab.
Betelle ſive Betre, Linſcot. 4. par. Ind. orient. c. 16. & figura 14.

Sunt qui Folium Indum putant, ut Barboſa: & Amatus utrumque confundit, cum Betre folio acutiore & teneriore ſit.

Hoc Indi Orientales perpetuò mandunt, apud quos in maritimis regionibus provenit: at in Malaca Vitis modo ſeritur, & additis pedamentis, Hederæ modo ſe ſuſtinet.

II. Kaate, ex hujus arboris ligno paſtillos concinnatos cũ Betello comedũt: Linſc. p. 4. Ind. or. c. 16.

CARYOPHYLLUS AROMATICUS.

Fructus qui Καρυόφυλλον ſive καρυόφυλλος (id eſt, ſi verbum verbo reddas, Nucifolium, cum quo tamen ſimilitudinem nullam habet) Latinis Caryophyllum & Caryophyllus dicitur: à Germanis & Gallis, Clavus nominatur, quòd clavi modo capitatus ſit. Hujus, nec Dioſcorides nec Galenus meminiſſe videntur, licet Serapio Galenum falso citet, forſan rectius Aeginetam vel Sethi nominaturus. Apud Plinium l. 12. c. 7. hæc leguntur: eſt etiamnum in India Piperis grano ſimile, quod vocatur Garyophyllon grandius fragiliusq́. Verùm hunc Plinii, aliqui κώμακον Theoph. 9. hiſt. 7. eſſe putant: Comacum, inquit, ex India & Arabia deportatur, ad unguenta idoneum eſt.

I. Caryophyllus aromaticus fructu oblongo.
Caryophyllon, ipſe frutex, Ægin. Sethi.
Charunfel, Arabibus.
Caryophylli, Matth. Lac. Ludov. Romano, Maximiliano Tranſylvano de Moluc. Tab. qui & Matthioli & Cluſii figuram (à Cluſio tamen improbatam) exhibet.
Caryophyllus Cord. hiſt. Ad. Caſt. Cæſ. qui Carpeſium Q. Medici ſuſpicatur.
Caryophyllon ſive Garyophyllon, Arabibus & plerisq; Indis, Calafur, in Maluccis Châque. Garz.
Chamke in Maluco inſulis, in quibus ſolis naſcũtur, Linſcot. 4. par. Ind. orient. c. 12.
Caryophylla arbor quæ Arabibus Siger: fructus, Carnuful, Acoſtæ.
Garyophylli, Lob. Linſcot. l. c.
Caryophylli aromatici, Lugd. cui etiam in append. Caryophyllus Acoſtæ.
Caryophyllus florens & Caryophylli veri, Ger. cum utraque Tabern. figura.

Arbor

Arbor eſt, noſtris Malis, aut Pyris non minor, foliis venoſis: & ut Linſcottus, Lauri ſimilibus, (mea verò ad Pyri folia accedunt) non ita anguſtis & oblongis, ut Lobelius, Tabernæmontanus, Gerardus ex Cluſii editione prima pinxere, & Lugdun. ſuæ figuræ, ex Matthiolo deſumptæ, folium adpoſuit: ſic fructus non ſparſim ramis inhæret, ut Acoſta, & ex eo Lugd. in append. pinxere, ſed extrema parte bacillis oblongis inſident, ut Cluſius in notis poſtremis ad Garziam, Acoſtam, & exot. l. 1. pinxit: qui demum in Auctario ad exotic. lib. Caryophyllorum ramulum cum fructus rudimento, florem nondum expletum ſuſtinente, & eo qui primum formari incipit, exhibet. In Maluccis ut etiam Makian & Tidore frugifera: in Zeilan, infructifera gignitur: & in Ambona inſula ſumma diligentia nunc colitur, ut ad curas poſteriores Cluſii plenius habetur. Hos recèns ſiccatos ſubflaveſcere, & ut nigriores evadant infumari, & ex recentibus aquam deſtillatione elici, & cum Sacchara Electuarium confici, Linſcottus l. c. ſcribit. Fructus qui in arbore remanentes craſsiores fiunt, & quo Javanenſes magis expetunt, dicuntur.

Caryophylli mares, Avicennæ.

Caryophylli maturi ſeu majores, Cord. hiſt.

Antophylli, Lob. Lon. Tab. Ger. Linſcot.

Antophylli apud Nicolaum, Cæſalp.

Sic fructus qui ab arbore decutiuntur & maximè expetuntur aliqui

Flores Caryophyllorum vocant, cùm fructus rudimentum ſint:

Caryophyllus immaturus aut minor, Cord. hiſt.

Ita pediculi oblongi, à quibus flores dependent, feſtucæ Cordo, aliis Fuſti, Luſitanis Baſtan, dicuntur.

II. Caryophyllus albus ſpurius.

Cluſius in auctario ad lib. exotic. Solani Beladõnæ, aut ei congeneris flores ſuſpicatur: hoc Caryophyl. quoq; nomine à J. Pona Veronâ accepimus.

III. Caryophylli odore fructus exoticus.

Fructus caryophyllum olens avellanæ magnitudine, Garziæ, Fragoſo.

Fructus avellanæ nucis magnitudine, cujus folio Garyophyllos odore referunt, in Baya: part. 3. Ind. or. 15.

IV. Caryophyllus aromaticus fructu rotũdo.

Garyophyllon, Plinii.

Amomum quorundam, Cluſ. exot. l. 1. c. 17.

V. Fructus fuſcus formâ caryophylli aromatici majoris.

Fructus 7. ex navigat. Batavo, Cluſ. ex. l. 2. c. 15.

PIPER.

PIPER, πέπερι Græcis, Arabibus Fulfel & Fulſul dicitur. Dioſcorid. l. 2. c. 182. arbor brevis, quæ fructum oblongum inſtar ſiliquæ profert, &c. & Plinio l. 12. c. 7. Piperis arbores Juniperis noſtris ſimiles ſunt, & ſemina à Junipero diſtant parvis ſiliquis.

Genera: Dioſcorides (& cum eo Galenus) eandem arborem & longum & candidum & nigrum proferre, & ſola maturatione differre credidit: quæ pleraque & Plinius habet: quæ cùm falſa ſint, hic non adſcribemus. At Theoph. 9. hiſt 22. piperis genera duo: unum rotundum Ervi modo, cute carneq; conſtans ſicuti Lauri baccæ, ſubrubrum: alterum oblongum, nigrum, ſemina parva papaveris continens, quod altero longè validius. Verum Piper ad arbores, potiſſimum Fauſel, ſeritur, quas circumvolvendo conſcendit, foliis latis non ſerratis, Betre ſimilibus, fructum habens racemoſum, ſemper virentem, donec perfectè maturuerit: alia tamen eſt quæ Piper album, alia quæ nigrum fert, tam parva inter arbores differentia, quanta inter Vites, quæ uvam nigram vel albam profert, quamvis Ludovic. Romanus arborem quæ album profert proceriorem, craſsiore caudice, majoribus foliis eſſe dicat & Piper longum, non plus cum illis ſimilitudinis habet, quam faba cum ovo.

I. Piper rotundum nigrum.

Piper nigrum, Matth. Lac. Caſt. Garz. Frag. Cluſ. ex. Lugd. qui in Append. Acoſtæ fig. habet, & inſuper, Arborem piperiferam ex Theveto, Tab. Linſcotto in Arabia, Filfil; in Java, Sahang. 4. part. Ind. orient. c. 18. & fig. 15.

Piper rotundum nigrum, Cord. hiſt. Ad. Cæſ.

Piper nigrum in Calecut, Lud. Romano.

Piper rotundum Hippocratis, Garz.

Grana perpetuo virent, at Decembri & Januario, ubi maturari incipiunt, ſenſim nigreſcunt: & hoc vulgatiſsimum eſt, cùm albi proventus rarior ſit: cùm viride eſt, ab indigenis ſale & aceto conditur.

Quid ſibi velit Matthiolus cum ſua figura, quam & Caſt. Lugd. Tab. & Ger. habent, non aſſequimur. de qua figura ſic Guilandinus ſcribit: Si frutex ille Piper eſt, vel etiam Amomum, ut alii lo-

1 = Piper nigrum, L.

mniant, parum aberit, quin vulgare Ribes, vel Piper, vel Amomum eſſe poſsit.

II. Piper rotundum album.

Piper album, Matth. Lac. Lob. Garz. Frag. Cluſ. ad Garz. Caſt. Lugd. Tab. Linſcot. 4. part. Ind. orient. c. 18.

Piper rotundum album, Cord. hiſt. Ad.

Piperis alterum genus, quod in Taprobana Molaga vocant, Lud. Romano.

Piper alterum candidum, Cæſ.

Sabanh pute ſeu piper album, reliquis paulo exilius, in Sunda: par. 4. Ind. or. c. 8.

Hoc craſsiore eſt grano, nequaquam rugoſo & acriore.

III. Piper longum orientale.

Piper longum, Matth. Lac. Cord. hiſt. Ad. Lob. Garz. Frag. Cluſ. ad Garz. & exot. l. 1. c. 20. Linſcotto & Javanenſibus Pepileni.

Piper longum Orientale, Caſt.

Macropiper minus, Tab.

Hujus arboris facies longè alia exiſtit, Linſcoto, non autem Cluſio.

IV. Piper longum Occidentale dimidii pedis longitudine.

Piper, Monardi.

Piper longum Occidentale, Caſt.

Piperis longi genus in India occidentali, Cæſ.

Macropiper majus, Tab.

Piperis longi genus ex Carthagine, Frag.

Piper longum incolis Chiabe dictum, Linſcot. 4. par. Ind. orient. fig. 20.

Hoc priore longius, acrius & veluti ex multis granulis compoſitum.

V. Piper longum anguſtiſsimum ex Florida.

Piper longum, Felfel, Alpino.

Plantula peregrina, Cluſ. ex l. 4. c. 11.

VI. Piper oblongum nigrum.

an Piper longum, Dioſc.

Habzeli & Piper Nigrorum, Serapioni.

Piper Æthiopicum, Matth. Lob. Caſt. Lugd. Tab.

Crone & Granum Aneſcen Avicennæ, Ang.

Carpeſium, Cord. hiſt.

Piperis aliud genus Æthiopicum, Frag.

Amomum officinarum nõnullarum & longa vita, Lob. ico.

VII. Piperi ſimilis fructus ſtriatus.

Haernia Serapionis.

Fructus cap. de Mungo additus, forte Negundo, Cluſ. ad Garz.

Mungo ſimilis fructus, Lugd.

Caryophyllus Plinianus ſive Negundo, Imper.

Negundo, Garziæ, Acoſtæ, Fragoſo: mas procul aſpicienti Sambuco ſimilis: fœmina foliis populi albæ ſimilibus: fructus utriuſque piperi ſimilis & acris.

IIX. Lobus Æthiopico piperi ſimilis, Cluſ. ex. l. 3. c. 16.

IX. Piper abortivum.

Dioſc. l. 2. c. 182. reperitur etiam quoddam in genere nigri, nutrimenti defectu, caſſum ſeu inane & leve, quod βρέγμα vocant.

Breſma ſive Braſma, Cord. hiſt.

an exotic⁹ fructus 4. ex Valachia, Cluſ. ex. l. 2. c. 22.

X. Piper inane.

Piper quod lingua Malavarica à Canara nomen ſumpſit, Garz.

Piper Canarynum, Frag. Lugd. Linſcot. 4. part. Ind. orient. c. 18.

Hoc cæruleũ eſt, intus cavũ, in cujus ſpacio granula quædam cõtinentur, quod pauperculæ plebis uſibus cedit, quare Canarynũ, i. e. ruſticanũ vocari ſolet: & propter vilitatem, ad exteros nõ effertur.

XI. Piper racemoſum caudatum ex Guinea.

Amomum, Ang.

Piper caudatum, Adverſ. quod pimenta del rabo Luſitanis, Cluſ. ad Garz. Frag. Lugd.

Piperis nova ſpecies, Imperato.

Pimento del Rabo, Linſc. 4. par. Ind. orient. fig. 15.

CUBEBÆ; FAGARAS; MUNGO.

Quas CUBEBAS officinæ vocant, Actuarius κωμῆβας. Arabes Cubebe & Quabebe nominãt: cujus arbor folio eſt Piperis ſed anguſtioribus, ſimili modo in altũ repens, cujus fructus & forma & magnitudine piper referunt.

I. Cubebæ vulgares nec Arabum Cubebę, nec Galeni Carpeſium, Matth.

Cubebæ, Lac. Cord. hiſt. Garz. Acoſtæ, Frag. Lug. Caſt. Tab. Linſcot. 4. par. Ind. orient. c. 29.

Cubebæ Græcorum καρπήσιον, Lonic.

Cubebæ officin. Piper rotundum, Theoph. Piper ſimpliciter Hippocrati cui & Myrtidanum, Guil.

Cubebæ officinarum, Ad.

Cubebæ vulgo, Amomi fructum putarim, Cæſ.

Hæ à Javanenſibus, nunquam niſi prius aqua decoctę venduntur, ne apud exteros quoq; plantẽtur.

II. Cubebis affinis Fagara major.

Fagaras

Fagaras Avicennæ,Cluſ.in Garz.Lob.
Fagara.Caſt.Tab.Lugd. Linſcot. 4.par. Ind.or.c. 7.& fig.18.
Fagara major,Imperato.
III. Cubebis affinis Fagara minor.
Fagara minor,Imperato.
IV. Fructus niger Coriandro ſimilis.
Mungo, Garziæ.
Meſſe Avicennæ pro Mex.
Mens,Bellunenſi.

AMOMUM & AMOMIS.

Amomum,Græcis ἄμωμον, & Arabibus Hamana ſive Hamanus, & Conſtantinopoli in mercatorum officinis Amama nominatur. Dioſcoridi l.1.c.14. parvus frutex eſt, in uvæ modum ſuopte ligno in ſeipſum convolutus: florem habet parvum ceu Leucoium: folia verò Bryoniæ ſimilia. Differentias verò facit ratione loci, Armeniacum præſtantiſſimum: Medicum infirmius: Ponticum racemoſum,fructu plenum & odore nares feriens. Et Plinio l.12.c.13. Amomi uva in uſu eſt,Indica vite labruſca, uti alii exiſtimavêre, frutice myrtuoſo palmi altitudine, carpiturq; cum radice &c. addit: eſt & quæ vocetur Amomis,minus venoſa atque durior,ac minus odorata: quo apparet aut aliud eſſe, aut immaturum colligi. At ſic Dioſcorides: Sunt qui Amomum, herba ſimili quæ ἀμωμὶς dicitur, adulterent, ſed quæ & modica ſit & fructu careat. Theoph. 9. hiſt. 7. Amomum alii ex Media,alii ex India cum Nardo advehi narrant. Verum alii Roſam Hiericunticam: alii Cubebas: alii Piper racemoſum: alii Piper Aethiopicum: alii quid aliud eſſe volunt. Vide & Adverſar. auctores.

I. Amomum racemoſum, quod verum credimus Amomum, Martinelli & Ponæ, de quo Nicol.Marogna Medicus Veronenſis librum Latinè ſcripſit, quem Doct. Franciſcus Pona Italicum dedit.
Amomum ſpurium,Cluſ.exot.auctario.
Fructus 5.è Walachria,Cluſ.exot.l.2.c.22.
Amomum verum Ponæ, Cluſ. cur. poſt. & ibidem ſub Amomo.
II. Amomum ſpurium folioſum.
Amomum,Cluſ.ad Garz.Lugd.Tab.
III. Amomũ,arborẽ,foliis bryonię florib⁹ violę pingit Caſtor Durantes,ſed quid ſit ignoramus.
IV. Amomis,Cluſ.ad Garz.Lugd.Tab.

GRANA PARADISI & CARDAMOMUM.

Cardamomum,Græcis καρδάμωμον (quaſi Naſturtium ſuave) Arabibus Cordumeni nominatur: quod Dioſc. l.1.cap.5.non deſcripſit,ſed ſolum quibus in locis optimum naſcatur, his verbis expreſſit: Cardamomum optimum eſt,quod ex Comagine, Armenia, Boſphoroq; devehitur: in India quoque & Arabia provenit: eligitur,quod eſt frangenti contumax,plenum,occluſum & caput odore tentans,guſtu acre & ſubamarum. Plinio lib.12.cap.13. Simile his (Amomo & Amomidi) & nomine & frutice Cardamomum,ſemine oblongo &c. Et licet Dioſcorides,Galenus & cæteri Græci,unius tantum meminerint,Plinius tamen quatuor genera fecit: viridiſſimum ac pingue,acutis angulis: proximum è ruſo candicans: tertium brevius atque nigrius: pejus tamen varium, odoriſq; parvi. Eſt autem Cardamomum aroma Indorum culinis familiare, carnem quam elixant condientes,quod frumenti modo provenit,& ocymi plantam ferè æmulatur.

I. Grana paradyſi officinar. cujus folia (quæ ut & Nucis moſchatæ à D. Clutio Amſtelrodamo accepimus) ſub Melegueta in Prodromo deſcripſimus.
Cardamomum majus, Matth. Lon. Lac. (cui etiam Cardamomum hortenſe) Caſt. Lugd.
Grana paradyſi,Cord.in Dioſc.
Mellegetta ſeu Cardamomũ piperatum,Eid.hiſt.
Milleguetta,Ad.Lob.
Malaguetta Garziæ (cui & Combazbange, Avicen.) & ad Cluſ.cur.poſt.
Cardamomum primum, Cam.ep.alterum, Cæſ.
Cardamomum Arabum majus,Tab.
Grana paradiſi ſeu Meligettas.Linſcot. par.3.c.14.
Hoc Cardamomi minoris loco aliqui utuntur & Melegeta dicitur,propter ſimilitudinem,quam cum Melicæ ſemine habet.
II. Granis paradyſi ſive Mellegetæ affinis fructus.
Fructus 14. ſive Melegueta ſpuria, Cluſ. ex. lib. 2. cap. 15.
III. Cardamomum majus officinarum.
Saccolaa Arabum,aut Sacoule Avicennæ, Elachi Mauritanis.
Cardamomum medium, Matth. Lon.Caſt.Lugd.
Cardamomum majus, Cord.in Dioſc. (cui Heyl

Arabum) & hiſt.Cluſ.ad Dod.Linſcot.4.par.Ind. orient.c.23.

Cardamomum majus vulgare, Ad. Lob.Cluſ.in Garz.Tab.

Cardamomum,Garz.Frag.ſecundum, Cam.ep.

Avicēnę duum generum, alterum Saccolaa quebir,id eſt,magnum:alterum Saccolaa ceguer,id eſt minus.

IV. Cardamomum medium: Ad. & Lob. Taber.

Cardamomum mediocre,Cord.hiſt.

V. Cardamomum ſimpliciter in officinis dictum.

Cardamomum minus, Matth.Lac.Lon.Ad.Lug. Tab.Linſcot.l.c.

Cardamomum verum,Ang.

Cardamomum minus, Cord.in Dioſc.& hiſt.cui & Helbane Arabum.

Cardamomũ minus vulgare,Lob.Cluſ.in Garz.

Cardamomum primum,Cæſ.tertium,Cam.ep.

VI. Cardamomum minimum:& Lob.Tab.

Cardamomum quartum,Cam.ep.

SECTIO QUARTA.

RHUS; COCCONILEA ſive COGGYGRIA; SORBUS; AZEDARAETH; FRAXINUS; NUX JUGLANS; NUX AVELLANA, ſive Corylus; Caſtanea; Fagus; Quercus; Robur; Quercus excrementa; Viſcum; Phellodrys; Suber; Smilax Arcadum & Ilex.

RHUS.

PΟῦς & Hippocrati ῥῦς. à coccineo acinorum colore dicitur: ῥοῦς enim ἐρυθρὸν interpretantur, unde rurſus vox Latina: Rhus, inquit Dioſcor. lib. 1.cap.147. quam aliqui Erythron, id eſt rubrum vocant,fructus eſt (ῥοῦς βυρσοδεψικὸς) rhois coriariæ, ſic vocatæ, quòd coriarii ea utantur ad coria ſpiſſanda:eſt verò arbuſcula binûm cubitorum, in qua folia oblonga ſubrubentia per ambitum Ilicis modo ſerrata:fructus autem racemulis ſimilis, denſus,terebinthini magnitudine,quadantenus latus,cujus corticoſa tunica ambiens perutilis eſt. At Plinio l.24.c.11. Rhus quæ Erythros appellatur,frutex eſt,& hujus ſemen aſpergitur pro ſale obſoniis. Verùm Plinius malè a Rhoe coriariorum diſtinguit:de Theophraſti Rhoe vide in Viburno.

I. Rhus folio Ulmi.

Rhus, Matth. Ang. Cord.in Dioſcor.Lac.Lugd. Taber.

Rhus coriaria,Dod.ut:Ger.& deſ.Virgin.

Rhus, Rhus veterum, coriaria, obſoniorum & Sumac,Bellon.

Rhus obſoniorum, Ad.Lob.Cæſ.Cam.Cluſ.hiſt.

Sumach Arabum,Lon.Caſt.Rauwolf.

Rhus obſoniorum,ſive rubrum,ſive culinarium, ſive coriariorum,idem ſunt: cujus ſeminis tunica externa quę ſapore acido eſt,vice ſalis condimentis aſpergebatur.

II. Rhus anguſtifolium,ſub Sumach anguſtifolio in Prodromo deſcribitur.

III. Rhus myrtifolia Monſpeliaca.

Rhus Plinii exiſtimatus Montpelii,Geſ.hor.

Rhus Plinii myrtifolia Monſpelienſium, Adv. Lob.ico.

Rhus ſylveſtris Plinii,Lob.Dod.Lugd.

Rhus myrtifolius,Tab.Cam.Cæſ.

Rhus Plinii nonnullorum,alii Driophanon ejuſdem l.27.c.9.arbitrantur.

IV. Rhus myrtifolia Belgica.

an Myrtus nemoralis & Dryophanon Plinii, Ruel.

Elæagnus lacus Orcomenii Theophraſt. Bellon. cult.

Rhus ſyl.Plinii,Dod.gal.

Chamælæagnus Dod. ſed melior figura in editione Belgica.

Gagel Germanorum & Myrtus Brabantica quibuſdam,Ad.Lob.vel Belgarum,Eid.Adverſ.parte altera.

Elæagnus Cordi,Lob.ico.

Rhus ſyl.altera,Lugd.

Rhus herba Plinii,Cluſ.hiſt.

Plinius lib.24.cap.11. nec Rhus inquit,Latinum nomen habet, cùm in pluribus modis veniat:nam & her-

& herba eſt ſylveſtris, foliis myrti, cauliculis brevibus, quæ venena & tinea pellit, & frutex coriarius appellatur, ſubrutilus &c.

Variat foliis aliquando latioribus, aliquando longè anguſtioribus: aliquando foliorum Arbuti inſtar crenatis, ut Roſtochio, nomine Roſmarini Septentrionalium, ſeu Myrti noſtratis, à Doct. Bakmeiſtero accepimus.

COCCONILEA ſive COGGYGRIA.

Κοκκοσιλέα apud Theophraſtum 3. hiſt. 16. habetur, ubi plerique κοκκυγέα legunt, & Gaza, Prunum tranſtulit: de qua, ubi de κομάρῳ & ἀνδράχνῃ (Arbutum & Portulacam Gaza reddit) egiſſet, ſubjungit: his folio ſimilis arbor parva, quæ hoc proprium habet, quòd fructus in lanuginem abeat: hoc enim de nulla alia arbore audivimus. Plinius l. 13. c. 22. Coggygriam legit: nam cum Andrachnen delineaſſet, ſubjicit: ſimilis & Coggygria folio, magnitudine minor, proprietatem habet fructum amittendi lanugine, pappum vocant. quod nulli alii arborum evenit (imo Salici, Populo & Nerio ſimiliter contingit) Verum & Plinii Cotinum l. 16. c. 18. eſſe volunt, de qua ſic: eſt in Apennino frutex, qui vocatur Cotinus, ad lineamenta, modo Conchilii colore inſignis. Sane Allobroges Rhu vocant, & cortice (ſicut & Auſtriaci circa Viennam) coria ſpiſſant: etiam ad pannos luteo colore tingendos utuntur: imò è radicibus pannos rubro colore inficiunt, Anguillara notante.

Cotinus, Matth. Ang. Geſ. hor. Caſt. Cam. Tab.
Cotinus coriaria, Dod. Eyſt. coriarius Plinii, Ger.
Rhus, Turn.
Coccigria forte Barba Jovis Plinii, Geſ. hor.
Cotinus Plinii, Rauwolf.
Coccigria Theophraſti, Ad. Lob.
Coggygria Plinii, Cluſ. pan. & hiſt. Tab. Ger. uterque bis pingit. ſub Coccygria & Cotino Plinii.
Coggygria Theophraſti, Cotinus Plinii, Lugd.
Scotanum vulgo, Cæſalp.

SORBUS.

Sorbus arbor ὄα & ὄη nominatur Dioſcoridi l. 1. c. 173. qui non deſcripſit: at Theophraſto 3. hiſt. 12. Sorbi folium totum prolixo nervaceoq; pediculo conſtat, pinnis ſimilia è lateribus exeunt, perinde ac ſi id unicum folium ſit, ad nervoſum uſque pediculum, tanquam in lacinias diviſum: omnibus in poſtremo pediculi folium impar prominet, ambitu ſerrata, nec in extremum tam acutè mucronata, ſed rotundiora: florem racemoſum habet ex una veluti clava ex multis parvis & albis conſtantem. fructus quoq; cum magnus ejus proventus eſt, racematim coit, &c.

Sorborum genera (eidem) duo ſunt, fœmina fructifera, mas ſterilis (& 3. hiſt. 3. ſylveſtris maturior urbanâ eſt) fructu differt. quod alia orbiculatum, alia ovatum ferant: diſtant & ſuccis: nam orbiculati magna ex parte odoratiores ſunt & dulciores: ovati, ſæpè acidi & minus odorati. At Plinio l. 15. c. 21. Sorbis quadruplex differentia: aliis enim rotunditas Mali, aliis turbinata pyri, aliis ovata ſpecies, ceu malorum aliquibus: odore & ſuavitate rotunda præcellunt: cæteris vini ſapor: quartum genus torminale appellant.

I. Sorbus ſativa.
Sorbus, Brunf. Trag. Dod. ut: Ang. Lac. Cord. in Dioſc. Geſ. hor. Lon. Lugd. Tab. Ger.
Sorbus domeſtica, Matth. Ad. Lob. (qui Oſtriam Theoph. l. 3. c. 10. ſuſpicatur) Caſt.
Sorbum ovatum, Fuch. Tur.
Sorbus legitima, Cluſ. pan. & hiſt.
Sorbus eſculenta, Cam.
II. Sorbus ſyl. foliis domeſticæ ſimilis.
Fraxinea arbor, Trag.
Groſſer Maſlbaum, Eid. Lon.
Sorbus ſylveſtris, Matthiol. Lugd. Caſt. Tabern. Gerar.
Fraxinus bubula, Dod. gal.
Fraxinus aucuparia, Geſ. col.
Ornus, Ruell. Geſ. frac. Dod. Portæ.
Sorbi prima ſpecies, Tur.
Sorbi 5. genus aucuparium, Cord. in Dioſc.
Sorbus ſyl. alpina, Ad. Lob. Cæſalp.
Sorbus aucuparia, Bellon. Cluſ. pan. & hiſt. Thal. aucupalis Cam.
Sorbus torminalis, Lug.

AZEDARAETH.

Azedaraeth Avicennæ l. 2. c. 17. arbor eſt nota habēs fructum ſimilem Nabach (id eſt Loto) & nominant eā in Rechi, arborem Myrobalanorum, & eſt ex magnis arboribus. Hanc eſſe eam quā ſubjecimus plures exiſtimāt.

Arbor fraxini folio flore cæruleo.
Pſeudoſycomorus, Matth. Caſt. Tab. Eyſt.
Sycomor⁹ Italorū mas, Cord. in Dioſc. Geſ. hor.
Perlaro, falſo Sycomorus Italorum, Bellon. cult.
Azedarach Avicennæ, Geſ. hor. Rauwolf. cui & Aſtergir Rhaſis, incolis Zenſelacht.

Azeda-

Azedarach, Dod.
Azedarac, Lotus alba Pelicerio, Cluſ.hiſp.& hiſt. Camer.
Laurus Græca Plinii & Myxus alba, Geſ.hor.
Zizypha candida Monſpel.Lob.Ger.
Zizyphus alba, Matthioli, Lugd.
Tuber, Zizypha Columellæ videtur forte & Plinii, Cæſ.

Plinio lib. 15. cap. 14. de Malorum generibus agenti Tuberum duo genera: candidum & à colore ſericum dictum: penè peregrina ſunt, in uno Italiæ agro Veronenſi naſcentia, quæ lanata appellantur: lanugo ea obducit, &c. ex his Plinii verbis quid colligas?

Ex nucleis precatorios globulos Monachi conficiunt, hinc arbor de gli patre noſtro, Italis: Gallis verò, arbor Sancta dicitur.

Variat foliis, quæ in Italica laciniata, in Gallica ſolum crenata ſunt, quod herbarii Lugdunẽſis auctor, duplici figura demonſtrare voluiſſe videtur.

FRAXINUS.

Fraxinus, μελία arbor nota eſt inquit Dioſcorid.l.1.c.108. Theophraſtus 3.hiſt.11.deſcripſit, ejuſq; genera duo fecit: unum excelſum, procerum, ligno candido, nervoſo, molliore, criſpiore, magis enodi. Alterum humilius, minus augeſcens, ſcabrius, durius & magis flavum. Et Plinius l.16.c.13.inquit, Græci fraxini duo genera fecêre, longam, enodem: alterã brevem, duriorẽ fuſcioremq;, laurinis foliis. Alii ſitu diviſêre: campeſtrẽ enim criſpẽ eſſe: montanã verò ſpiſſam.

I. Fraxinus excelſior.
Fraxinus prior & βουμελία (Fraxinus bubula Gazæ) Theophraſto.
Fraxinus bumelia, Plinio & Bellon.
Fraxinus, Brunf. Trag. Matth. Dod. ut: Geſ.hort. Lac. Tur. Lon. Ad. Lob. Tab. Lugd. Caſt.
Fraxinus prima, & major, Anguil.

Theophraſtus monet Idæos exiſtimaſſe fructu & flore carere: ferre tamen in ſiliqua fructum minutum nucis modo, qualem Amygdalæ, guſtu ſubamarum: ferre & quædam alia οἷς βρύα, veluti muſcos, ut Laurus: cæterum denſiores & magis compactos, globoſos, non aliter, quam Platani pilulas. Sane globoſos hos muſcos, unà cum fructu hiſt. Lugd. pingit, qui circa Veris initium obſervantur: qui veluti ex muſco glutinoſo impenſius reſiccato concreti videntur: Sic Camerario, mas floret nigris racemis ſeu granulis, ſed fructum non fert, qui abſque fructu, ut juglandium juli decidũt: quare Thalio alia ſterilis, alia frugifera.

Fructus ipſius ſive ſemen, Ornogloſſum & Lingua avis dicitur, Anguil. aliis fructus Fraxini: aliis lingua paſſeris: aliis anſeris. Avicenna inter medullas computat.

Ex fraxino haſtæ, menſæ, vaſa & utenſilia multa fiunt: fiunt & pocula, ex quibus ſiquis aſsidue bibat, lienem extenuari ajunt: cujus nomine & corticis decoctum quidam exhibent: quo etiam aliqui vice ligni Guajaci felici ſucceſſu utuntur, Cæſalpino monente: addens ejus corticem internum, aquam, in qua maduerit, cæruleam reddere.

II. Fraxinus humilior, ſive altera Theophraſti: minore & tenuiore folio.
Fraxinus ſylveſtris, Columellæ.
Ornus, Bellon. cult. (cui & pumila fraxinus & ὀρειομελία) Lugd.

Triplicem Fraxinũ facit Thalius: 1. Fraxinũ paſſim naſcentẽ. 2. Fraxinũ Fago ſimilẽ, Buchäſchen. 3. Fraxinum duram ſeu λιθώδη Steinäſchen.

III. Fraxinus rotundiore folio.
Ornus, Galli Preſſani lib. de re ruſtica.

IV. Lignũ peregrinum aquã cæruleã reddens.
Lignũ ad renũ affectiones & urinę incõmoda. Monard.
Lignum ad Nephritidem, Lugd.
Lignum in Nova Hiſpania repertum, Cæſ.
Lignum ex novo mundo Pyro ſimile, Frag.

V. Arbor Indica fraxino ſimilis, oleæ fructu.
Nimbo, Garziæ, Acoſtæ, Caſt. Lugd. Frag.

NUX JUGLANS.

Nuces juglandes, Dioſcoridi l.1.c.178. κάρυα βασιλικὰ, nonnullis περσικὰ dicuntur: & Theoph.1.hiſt.18. κάρυα. Nux Juglans, Perſica & Baſilica nuncupatur, quod è Perſide à regibus tranſlata ſit. Juglans verò quaſi Jovis glans: hinc Cloatius, Macrobio referente, Diuglandẽ primo vocatã ſcribit, quaſi Διὸς βάλανον. Arbor, καρυα· fructus, κάρυον dicitur, quod caput, nẽpe τὰ ἄκρα, id eſt, τὴν κεφαλὴν odoris gravitate offendat, ut Plin. l.15.c.22. habet: imo l.17.c.12. juglandis umbra capiti noxia: & l.23.c.8. aſſerit nuces juglandes Græcos à capitis gravedine ſic vocare.

Genera: Plinio l.15.c.22. ſola differentia generum in putamine duro, fragiliore & tenui, craſſo, loculoſo, ac ſimplici. Addamus etiam in magnitudine & parvitate: quare recentiores quinque differentias potiſſimum notarunt.

I. Nux

I. Nux juglans ſive regia vulgaris.
Nux regia, Brunſ. Cord. in Dioſc.
Nux juglans, Trago, Matthiol. Lac. Geſ. hor. Lon. Dod. Ad. Lob. Cæſ. Caſt. Lugd. Tab. Cam.
Nux, Dod. gal.
Juglans, Fuch. Tur.
Has à duro cortice & frangendi mora, Moracias & Moracillas appellari Hermolaus tradit, & Lug. & quæ à putamine vix purgari poſſunt, Surdæ nominantur, Cæſalp.
Nuces regiæ maxima frequentia in Virginea habentur, eæque duorum generum: unum forma & ſapore parum ab Anglicis differt, putamine craſſiore & duriore: alterum majus cortice ſcabro & duro, nucleo magno, dulci & oleaginoſo, ex quibus contuſis Lac conficiunt cum ſuis cibis miſcentes: harum arborum nonnullæ octuaginta pedes longæ, part. I. Ind. occid.
II. Nux juglans fructu maximo.
Nuces caballinæ, Lugd.
Ex harum cuppis, marſupia pueris geſtanda fiũt.
III. Nux juglans fructu tenero & fragili putamine.
Nuces juglandes cortice tenuiſsimo, Geſ. hor.
Molluſca & Perſica, Suevio poëtæ apud Macrobium: cum Tarentina eadem, aut proximę naturę,
IV. Nux juglans bifera, Lugd.
Harum & Plinius meminit & in agro Patavino provenire Hermolaus aſſerit, Lugd.
V. Nux juglans fructu ſerotino.
Nuces S. Johannis, quia ante diem S. Johanni ſacrum, neque folia, neque nuces oſtẽdunt: cum verò id tempus adeſt par reliquis nucibus, quoad fructum & folia: harum Tragus meminit: Johan. Bauhinus circa Tigurum, Dalechampius circa Lugdunum obſervavit, Lugd.
VI. Nux juglans folio ſerrato.
Juglandis genus alterum, fructu teneriore & longiore, Cluſ. hiſt.

Arbores Indicæ Juglandi ſimiles.

I. Arbor Indica Mamei dicta.
Mamei arbor juglandis proceritate, foliis paribus, fructu duorum pugnorum, aliquando minore, Oviedo, Lugd.
Mamay, Gomaræ hiſt. Indicæ.
Mamei arbor Caſtaneę forma, fructu etiam maximi cydonii globum ſuperante, Scalig. Lugd.
Mamei arbor mediocris nucis magnitudine, fructu in Hiſpaniola rotundo, in continente lõgo, & craſſiore, Benzo, Americ. lib. 4.
Mamei fructus, par. 6. Ind. occid.
Mameyen fructus Melocotones ſive Perſica æquant ſuperántve, Joſeph. Acoſta parte 9. Amer. l. 4. c. 24. Alias dulces, alias acidi. Idem.
II. Arbor Indica foliis Juglandis, fructus nucis magnitudine.
Ambare, Garz. Acoſtæ, Frag.
Ambares, Caſt.
III. Fructui prædicto affinis.
Fructus Braſilianus 1. & 2. Cluſ. ex. l. 2. c. 7.
IV. Arbor Braſiliana juglandi ſimilis nucibus (carens.
Copau, Ind. occid. p. 3. c. 12.
V. Hobos, Pacayes ſive Guauas multi pro nuce juglande habuerunt: ſæpius transplantatæ, nuces Hiſpanicis ſimiles gignere ajunt: part. 9. Ind. occid. l. 4. c. 26.

NUX AVELLANA.

Nuces avellanæ, κάρυα ποντικὰ *&* λεπτοκάρυα, *Dioſcoridi l. 1. c. 169. id eſt, nux Pontica & tenuis dicitur: at Theophraſto 3. hiſt. 15.* Ἡρακλεωτικὴ κάρυα *nuces Heracleoticæ (quod ex Heraclea Ponti translatæ) aliis Prœneſtinæ & Avellanæ dicuntur. Avellanæ Plinio lib. 15. c. 22. quas antea Abellinas, patrio nomine vocabant: in Aſiam Græciamq́; è Ponto venêre: & ideo Ponticæ nuces vocantur. At arbor Latinis Corylus dicitur. Theophraſto 1. hiſt. 6 folia inſecta habet ut Ulmus & Robur: 3. hiſt. 6. quidam florere exiſtimant: 3. hiſt. 7 ſed poſtquam fructus decidit, racemoſum quiddam vermis prægrandis magnitudine naſcitur, ex uno pediculo pingui: 3. hiſt. 8. julos nonnulli vocant quod ex minutis ſquammis innumeris ordine nucis pineæ conſtat &c.*

Genera: Sylveſtris eſt & urbana: ambæ bino genere conſtant, quædam enim rotundam, quædam oblongam nucem largiuntur: ſed urbanarum fructus candidior eſt, Theoph. 3. hiſt. 15.

I. Corylus ſativa fructu albo minore ſive vulgaris.
Nux avellana rotunda, alba, domeſtica, Brunſ.
Nux avellana fructu rotundo, Matth. Lac. Cæſ.
Corylus hortenſis, Dodon. gal. ſativa, Lon. Lugd. domeſtica, Cluſ. hiſtor.
Avellana domeſtica, Fuch. Tur.
Avellanæ tertium genus, Cord. in Dioſc.
Corylus domeſtica rotunda alba, Caſt.
Corylus perſimilis alno, Ad. Lob.

Nux avellana ſive Pontica, Cam.
Corylus ſativa rotundis nucibus, Lugd.
Fructus major eſt, & ſuavior ſylveſtri.

II. Corylus ſativa fructu rotundo maximo.
Avellana urbana rotũda circa Lugdunũ, Geſ.hor.
Avellana major Lugdunenſis, Cam.

III. Corylus ſativa fructu oblongo rubente.
Nux avellana domeſtica oblõga, rubra, Brũf. Matt.
Corylus ſativa rubris oblongis nucibus, Trag.
Corylus hortenſis fructu rubro, quæ nux Pontica veterum, Dod.gal.
Nux avellana urbana cute rubente, Eid.
Avellanæ urbanæ oblongæ rubicundæ Lombardicæ quibuſdam, Geſ.hor.
Corylus domeſtica longa rubra, Cord. domeſtica oblonga, Cluſ.hiſt.
Corylus ſativa nuce oblonga, Lugd.
Nux avellana fructu oblongo, Cæſ.
Pontica nux hortenſis, ruffa ut plurimum membrana, Cord. in Dioſc.
Hæc præſtantior, & tardius rotunda maturatur: hanc quæ fructu eſt oblongo etiam duplicem faciunt, cujus alterius nucleus rubra, alterius alba pellicula integatur.

IV. Corylus nucibus in racemum congeſtis.
Corylus Macedonica, Cord. in Dioſc. Geſ.hor.

V. Corylus ſylveſtris.
Nux avellana ſylveſtris, Brunf. Matthiol. Lac. ſive Corylus, Dodon.
Corylus ſylveſtris, Trag. Matth. Dod.gal. Geſ.hor. Lon. Lob. Caſt. Lugd. Cluſ.hiſt.
Avellana nux ſyl. Fuch.
Pontica nux in Corylo vulgari, Cord. in Dioſc.
Corylus avellana, Tur.
Avellana Corylus ſyl. Geſ.hor.
Fructu eſt minore, albidiore & rotũdiore, quàm ſativa ſit.

VI. Avellana peregrina humilis.
Nux barbata Plinii l.19.c.1.
Avellana pumila Byzãtina, Cluſ.pan. & hiſt. Ger.
Avellana Byzantina, Tab.
Variat fructu majore & minore.

VII. Avellana purgatrix.
Avellanæ purgatrices, Monardi, Lugd. Frag. Cluſ.
Avellanæ purgativæ, Cæſalp.
Nuces purgantes, Tab. Ger.
Ben magnum Medicorum vulgo, Monard.
Ex novi orbis inſula S. Dominici adfertur.

IIX. Avellana Indica oſculo trifido.
Avellanæ Indicæ 2. Matth. & Lugd. adpinxit.
Mehenbethene, Lob. Cluſ. ad Garz. (cui Nucis unguentariæ genus) Tab. Lugd.

IX. Avellanæ prædictæ affinis fructu ſpadiceo, velut in binas partes ſecto.
Fructus miſcellaneus 7. Cluſ. ex. l.2.c.25.

X. Avellana quadrifida.
Avellana purgativa, Oviedo.
Fructus exoticus 6. Cluſ. ex. l.2.c.16.
Hic velut ex quatuor avellanis ſimul connexis lævibus & ſpadiceus conſtat.

XI. Nux purgatrix.
Fructus exoticus 17. Cluſ. ex. l.2.c.16.

XII. Avellanæ Indicæ 3. genus, Matth. Lugd.
Avellana Indica 2. Cluſii, ſecundum, Lugd.
Fructus exoticus 2. Cluſii in Garz.
Fructus peregrinus 1. quem etiam pro Balſamo Peruana accepit, Cluſ. ex. l.2.c.29.
Balſama fructus, Lugd.

CASTANEA.

Caſtanea, Græcis κάστανα & καστάνεια, à Caſtano Magneſiæ urbe: vel ut Stephanus ſcribit, Apuliæ, non procul à Tarento, unde advectæ ſunt. Fructus ejus σαρδιαναὶ βάλανοι, ἢ λόπιμα ἢ κάστανα ἢ διὸς βάλανος, Dioſcoridi l.1.c.145. id eſt, Sardianæ glandes, quod Sardibus eæ primum provenerint: lopima, à cortice craſſiore, qui Græcis λέπος dicitur: Theoph.3 hiſt.3. & 4. διὸς βάλανος. Gaza Nucem caſtaneam vertit: dicuntur etiam καστανικὰ κάρυα, nuces caſtanicæ, Diodoro: κάρυα δὲ Βοϊκὰ κάρυον καστανάϊκὸν, διὸς βάλανον, diſtinctis locis Theophraſtus nominat.

Genera: antiqui plura fecere, nominibus plerisq; à locis unde importabantur, inditis, ut ex Plinio l.15.c.13. colligere eſt: à quo recenſentur, Tarentina, figura plana: Balanitis, quæ rotundior & ſponte proſilit: & Salariana plana eſt: Coralliana laudatior ipſa Tarentina: Metereana rubenti cortice. Sane fructus magnitudine & parvitate: item figurâ, cum quædam in ventrem magis creſcant, quædam in longitudinem: & ſapore, differunt.

I. Caſtanea ſativa.
Caſtaneæ domeſticæ, Matth. Cæſ. Caſt.
Caſtanea ſativa grandis, Cord. in Dioſc.
Caſtaneæ craſsiores, Bellonio.
Caſtaneæ majores, Geſ.hor. Lugd.
At ſativę duplices ſunt, grãdiores quas Maronas vocant, quæ divitum menſas claudunt, quæ cineribus obrutæ igne coquuntur: ſunt & minores.

II. Ca-

II. Caſtanea ſylveſtris, q̃ peculiariter Caſtanea.
Caſtaneæ populares & coctivæ, Plinio.
Caſtanea, Brunſ. Trag. Tur. Fuch. Ang. Dod. ut: Geſ.hor. Guil. Lac. Lon. Ad. Lob. Tab. Ger.
Caſtaneæ minores, Matth. Lugd.
Caſtaneæ ſyl. Cord. in Dioſc. Cæſ. Caſt.

Hæ in aqua decoctæ pauperum jejunia ſaturant: & ex earum farina panis conficitur. Sic in Virginia Caſtanearum magna quantitas eſt, & in Florida, ſed Gallicis magis ſylveſtres: par. 2. Amer.

III. Caſtanea humilis racemoſa.
Caſtanea humilis, Joh. du Choul in hiſtor. montis Pilati, Lugd.

IV. Caſtanea folio multifido.
Caſtanea equina, Matth. Dod. Ad. Lob. Caſt. Cluſ. pan. & hiſt. & hiſtor. appẽd. alt. Lug. Cæſ. Tab. Ger.
an ſit Myrobalanus folio heliotropii Plinii l. 12. c. 21. dubitat Cæſalpinus.

Ex Oriente primùm Conſtantinopolim, hinc Viennam, ubi provenit, delata: & quia equis anheloſis prodeſt, equina dicitur.

V. Caſtanea leporino reni ſimilis.
Caſtanea Peruana, Cluſ. hiſt.

VI. Caſtanea purgatrix.
Caſtaneæ purgativæ, Monard. Caſt.
Fructus cholagogus, Monard. Lugd.

Ex maritimis Nicaragua in Hiſpaniam delatus.

VII. Caſtanea ex Bali inſula.
Fructus pyri magnitudine, caſtaneæ forma, cortice tenui minus tamen aculeato, albicans, ſapore jucundo, Ind. orient. par. 3. c. 39.

IIX. Arbor Mexiocana fructu caſtaneę coccifera.
Arbor finium regundorum, Scalig. & ex eo Lugd. quia in fructu coccos, quo ad picturas utuntur, & in tabellis pictis, cum literas non habeant, agrorum facies, fineſque prædiorum ſervant.
an Daburi, Cluſ. ex. l. 3. c. 19.
Bixa Oviedi, Cluſ. ex. l. 3. c. 20.

IX. Fructus peregrinus Caſtaneæ ſimilis.
Gor fruct⁹ caſtaneę ſimilis ſed amar⁹, Scalig. Lug.

FAGUS.

Fagus Theoph. 3. hiſt. 7. ὀξύη (Gaza Sciſſima vertit, quòd ſit in laminas ſectilis) cujus fructum 3. hiſt. 10. deſcribit, levem, glandeum, in calice echinato, placido tamen & levi non hiſpido ut Caſtaneæ, illi tamen dulcedine & ſuo ſimilis. Sed præter glandem etiam baccam parvam gignit, de qua ſic Plinius l. 16. c. 16. Fagi glans nucleis ſimilis, triangula cute includitur &c. media parte folii, plerunq; gignens ſuperne parvulam baccam viridem cacumine aculeatam. Theophraſto 3. hiſt. 10. & 5. hiſt. 8. duplex eſt: altera montana candida: altera campeſtris, nigra: ſed campeſtris minus utilis montana, quæ ad multa perutilis.

Fagus, Brunſ. Trag. Matthiol. Anguil. Dod. ut: Geſ. hort. Lac. Tur. Lon. Ad. Lob. Caſt. Lugd. Cæſ. Tab. Ger. = Fagus sylvatica, L.
Oxya, Bellonio.
Oxya Græcorũ, Fagus recentiorum, Geſ. de lapid.
Ornus, Pandectario.

QUERCUS.

Quercus δρῦς Græcis: licet priſci Græci omne genus arboris δρυὸς nomine intellexerint, à verbo δρύω erumpo: ſic Latini Glandis nomine, omnẽ fructum cõplexi ſunt, ut Jabolinus ait, exẽplo Græci ſermonis τῆς δρυὸς, apud quos omnes arborum ſpecies ἀκρόδρυα appellantur, ut ἀπὸ τῆς δρυὸς, fiat dictio ἀκρ δρυα, quo verbo Cajus omnem fructum ſignificari dixit. Quæ etiam glandis appellatione apud ſcriptores intelliguntur, à Græcis βαλανηρὰ vocantur: ſed revera δρῦς tantùm arborem glandiferam denotat, & præſertim Quercum. Glandem verò (ut habet Plinius l. 16. c. 6.) quæ propriè intelligitur, ferunt, Robur, Quercus, Eſculus, Cerrus, Ilex, Suber: quámvis Roboris appellatione omnia genera contineri poſſe, Gaza cenſuerit: cum tamen Robur una ſolum ſpecies ſit, quæ δρυὸς generi ſubjectæ ſunt. Et Theoph. 3. hiſt. 9. Quercus genera ſunt, ἡμερὶς, αἰγίλωψ, πλατύφυλλος, φηγὸς, ἁλίφλοιος: Gaza ſic vertit: Roboris genera habentur, placida, cerrus, latifolia, fagus, ſalſicortex, quam aliqui recticorticem vocant.

I. Quercus latifol. mas, quę brevi pediculo eſt.
πλατύφυλλος Idęorum & Maurorum, Theoph. latifolia, Plinio.
Glandiferarum arborum ſpecies tertia, Ang.
Platyphyllos mas, Lugd.

Glande eſt mediocri, calice tãtùm puſtulata ſcabritie aſperato: ſæpe ternis aut binis ſimul cohærentibus, raro unica, in ſummo ramorũ prodeũte.

II. Quercus latifolia fœmina.
Platyphyllos fœmina, Lugd.

Hæc per omnia minor, foliis ob denſas lacinias veluti criſpis: glãdibus interdũ ſenis aut quinis, ſæpè ternis aut quaternis, rarò binis, rariſsimè ſingularibus, calici firmiter adnexis. Verùm ſæpè penè rotũdæ imperfectæ calyci continuæ reperiuntur, quemadmodum in hiſtoria Lugdunẽſi pingitur.

III. Quercus latifolia perpetuo virens.
Quercus ubi Sybaris perſpicua, quæ nunquam folia demittit, Theoph.1.hiſt.15.
Quercus in Thurino agro, ubi Sybaris fluit, Plin. lib.16.c.21.
Quercus in Apennino & Andium Gallicæ gentis agro, Lug.

IV. Quercus cum longo pediculo.
Hemeris Idæorũ, Etymodrys Macedonũ, Theop.
Hemeris, Plinio; placida, Gazæ.
Quercus, Trag. Matth. Fuch. Dod. gal. Tur. Lon. Tabern.
Quercus vulgaris, Lob. Ger.
Quercus vulgaris, hemeris, Cord. in Dioſc.
Hemeris etymodrys, Lugd.

Huic peculiare, quod glans modo unica, modo gemina longo pediculo affixa dependeat.
Quercus latifoliæ ampliſsimæ circa Viennã Cluſius meminit, cujus omnes glandes è longis pediculis dependentes, quaſi viridi quadam excreſcentia, multis inæqualibus angulis prædita, incluſæ erãt, quę reſiccata gallarũ modo firma & dura erat.
Quercus Pãnonica latifolia, rectius Cerrus, Cam.
Sic Quercus præaltę & vaſtæ in inſula Virginea: & in Guayaquil ſingularis præſtantiæ & longiſsimæ durationis: Joſeph. Acoſta lib.4.c.30.

V. Quercus parva ſive Phagus Græcorum & Eſculus Plinii.
φηγὸς, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν; Latinis ab eſca vel eſu, Eſculus, quòd fructus ejus dulcis ſit, ac ceu Caſtanea edulis, cùm cæterarum Quercuum fructus, ſuibus tantum ſapiat.
Quercus, ſive glandiferarum arborum 1. ſpecies, Ang.
Phegus, Quercus ſpecies, Cord. in Dioſc.
Eſculus veteribus Græcis πλατύφυλλος, Bellon.
Phagus eſculus mas & fœmina, Lugd.
Ilicis genus quod in Hiſpania Enzinas vocãt, Cęſ. Foliis præcedenti anguſtiore, infernè candicante, glande communiter unica, rarò gemina & aculeo magis pungente: quas Hiſpani ſub cineribus coctas, ſecundis menſis apponunt.
Quercus genus à noſtris diverſum, quod veteribus ignotum arbitramur, cujus glandes minoribus fabis haud ſunt majores: hæc Bellon.

VI. Quercus calice echinato glande majore.
αἰγίλωψ Idæorum, Aſpris Maurorum, Latinorum Cerrus.
Cerrus, glandiferarum 2. ſpecies, Ang.
Ægilops ſive Cerris majore glande, Dod.
Quercus Ægilops, ſive præcelſa dicta Cerris Plinii, Ad.
Cerris Plinii majore glande, Lob.
Quercus altera, quæ Cerrus, Cæſalp.
Cerris ſive Quercus 4. genus, Lugd.
Cerris Plinii 1. Tab.

Hiſce glandibus ad pannos atro colore inficiendos, gallarum vice utuntur.

VII. Quercus calice hiſpido glande minore.
Ægilops minore glande, Dodon.
Cerris Plinii minore glande, Lob.
Cerrus Ægilops Theoph. Cluſ. pan. & hiſt.
Glandifera folio ſinuato deciduo tertia vel Quercus 3. ſpecies quæ in Etruria Farnia, Cæſalp.
Haliphleos, Cerrus fœmina, ſive Querc⁹ 5. genus, Lugd.

Huc referatur:
Quercus peregrina ſive Mauritanica grandiſsima glande, cujus ex Scaligero, Lugdun. meminit.

IIX. Quercus Burgundiaca calyce hiſpido.
Quercus alia Bauhini, ſive Haliphlæos Sequanorum, Lugd. niſi eadem cum priore.

IX. Quercus pedem vix ſuperans.
Robur 5. Cluſ. hiſt. hiſp. (at 7. in hiſt.) Tab.
Quercus humilis, Dod. Ger.
Quercus pumila fruticis ſpecie, fronde Ilicis molliore, Lob.

ROBUR ſive QUERCUS GALLIFERA.

I. Quercus foliis molli lanugine pubeſcẽtibus.
Robur primum, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Hujus altera ſpecies, quæ folio eſt minus amplo, & minore glande.

II. Quercus gallã exiguæ nucis magnitudine ferens.
Robur 2. Cluſ. hiſp. at 3. Eid. hiſt.
Galla, an Theoph. Fagus, Ad.
Galla major, Lob. & Dod. Galla, Caſt.
an Gallæ magnæ, quas Poma de Coquo nuncupant, Garziæ.

III. Quercus foliis muricatis, non lanuginoſis, gallâ ſuperiori ſimili.
Robur tertium, Cluſ. hiſp. (at quartũ in hiſt.) Tab.
Galla major altera, Lob.
Galla ſive Robur majus, Ger.

IV. Quercus foliis muricatis, minor.
Robur quartũ, Cluſ. hiſp. (at quintũ in hiſt.) Tab.
Galla minor, Lob. Dod. Ger.

V. Quer-

V. Quercus humilis gallis binis,ternis aut pluribus ſimul junctis.
Robur humile, Cluſ.pan. at ſextum,Eid.hiſt.

Quercus etiam miræ magnitudinis & amplitudinis reperiuntur in Septentrionali plaga Harcyniæ ſylvæ, Plin.l.16.c.2. Quercus quæ Baſileæ in D.Petri nemore eſt, Cardanus l.6.var.rer. c.23. Bellon.Lugdun.& etiam Geſnerus meminêre.

VI. Glans Virginea.
Fructus exoticus 21.vel glãdis calix ex Wingaudecaow allatus, Cluſ.exot.l.2.c.16.
an Mangummenauck, Virginiæ hiſtoriæ, quæ in cibum cum piſcibus & carnibus cedit.

VII. Glandium vel baccarum quinque genera,quæ in diverſis arboribus naſcuntur.
1. Sagatémener. 2. Oſámener. 3. Pummuckoner: ex his indigenæ oleum dulce eliciunt: 4. Sapũmener dictum, coctum Caſtaneæ eſt ſapore, ex hac interdum panem pinſunt: 5. Magũmenauck, glãs eſt Quercus illius provinciæ: omnibus decoctis in cibis utuntur in Virginea,par.1.Ind.occid.

IIX. Quercus lapidea.
Lithoxyla ſive lignea lapidea Anglica, Ad.Lob.
Lignea lapidea, Lugd.
Lithoxyla ex Cerro, Cluſ.pan.& hiſt.

Verùm & Abies, Alnus, Ulmus montana & alia quoque ligna aliquando in lapidem mutãtur, monente etiam Geſnero lib.de lapidib.
Abietes integræ cum cortice in Elbogane tractu, in lapidem verſæ, Agricola.
Fagus altitudine 170 ulnarum cum trunco, ramis, foliis, in ſaxo cinereo duriſsimo ſub terra in valle Joachimica reperta: & ibidem ex Alno lapis, unde cotes fiant, arte conficere docet, Jo. Kentmannus lib.de foſsilib.

Quercinum lignum ſub terra defoſſum, in cotem lapideam mutatũ, manibus ſuis eruit Langius.

Arbores integræ petrificatæ, ſtantibus adhuc ramis, cortice, medulla ac radicibus, ſæpiſsimè in Bohemiæ & vicinis locis ſubterraneis invenias, Agricola authore.

Narrat Porta lib.2.Magiæ natur. alicubi ſuccum abundantem petrificum ab arboribus per radices & trunci poros exſugi: atque radices ipſas, truncum, ramos, folia & flores in lapidem convertere.

Amnes & rivuli ſunt in Anglia ubi pali ligni, ridicce, aut conti, ſi immergantur, aliquot menſibus lapideſcunt, imò ferè ferreſcunt, &c. Adverſar. quod in Pannonia quoq; Cluſius notavit. Sic in Tercera fons quoque, qui omnia vel illapſa, vel injecta, in ſolidiſsimum lapidem commutat, Linicot.3.par.Ind.or.6.

Similiter in Java majore affirmant incolæ, flumẽ præterlabi, in quod ſi ligna quæcunque immergantur, ea in lapides mutari. 2.par.Ind.or.22.

Et Plinio l.2.c.103. in Ciconum flumine & in Piceno lacu lignum dejectum, lapideo cortice obducitur: & in Surio Colchidis flumine, adeo ut lapidem plerunque durus adhuc integat cortex: Similiter in flumine Silaro, non virgulta modò immerſa, verùm & folia lapideſcunt, alias ſalubri potu ejus aquæ.

QUERCUS EXCREMENTA.

Quercus præter glandem plurima alia gignunt, Theophr.3. hiſt.8. & Plinio l.16.c.7. auctoribus.

GALLA Græcis κηκὶς dicta, fortè à κῆκα. id eſt fuligine: quod Gallarum, pannis nigro colore tingendis, magnus uſus ſit. Et licet Plinius l.16.c.6. voluerit Gallã omnes ferre quæ & Glandé, Quercubus tamen magis peculiaris eſt, adeo ut Dioſcorides l.1.c.146. Gallam Quercus fructum appellarit: quam Græci duplicem fecere: Dioſcoridi altera ὀμφακῖτις parva, tuberoſa, gravis, nullo foramine pervia: altera plana, levis & perforata, quæ major eſt. Theoph.3. hiſt.6. altera candida & exigua, quarum aliquæ non majores fabis evadunt: altera nigra, & magnitudinem mali nonnullæ capeſſunt: & cap.8. Quercus præter fructum gignit Gallam parvulam, atq; alteram reſinoſam & nigram: & Plin.l.24.c.4. Gallæ genera facimus, ſolidam, perforatam: item albam, nigram: majorem & minorem. Hic notatu dignum, quod Matthiolus in comment. addit: majores Gallas illud peculiare ſibi vendicaſſe, ut quotannis, aut annonæ fertilitatem, aut ſterilitatem, aut peſtilentem auram prænuncient: nam ſi integræ rumpantur quæ perforatæ non ſunt, aut muſca, aut araneus exit: ſi muſca evolat, futuri belli: ſi repat vermiculus, annonæ penuriæ: ſi currat araneus, peſtilentium morborum præſagium eſſe. Gallarum genera, Taber. & Gerard. quatuordecim propoſuere. Tragus ſcribit Quercus peculiare genus eſſe quod Gallam ferat, nec in Germania provenire.

I. Gallæ maximæ orbiculatæ.
Gallarum 1.& 2.genus Tab.
Gallæ ex Oriente: & Provinciales, Lugd.
Gallæ orbiculatæ, Ger.

Harum aliæ ſunt Orientales, aliæ Provinciales, & Illyricæ.

II. Galla oblonga: & Ger.
Gallæ ex Iſtria, Lugd.
Gallarum 3.4.& 5. genus.
III. Galla minor.
Gallarum 6. genus, Tab.
Galla viridis ſive omphacitis, Ger.
IV. Galla galericulata: & Ger.
Excrementa duo fungum quodammodo exprimentia, Lugd.
Gallarum genus 12.13.& 14.Tab.
V. Galla anguloſa.
Gallarum genus 7.8.9.10.Tab.
Galla viridis ſive omphacitis, Ger.
VI. Galla umbilicata.
Excrementum umbilicatum, Lugd.
VII. Galla Braſiliana quinquangula.
Fructus miſcellaneus 10.Cluſ.ex.l.2.c.25.

Alia Quercus Excrementa.

I. Excrementum moro ſimile.
Συκαμινώδης Theoph.3.hiſt.8.ſpecie mori,ſed durum & fractu admodum difficile: quædam veluti mora fert, Plin.l.16.c.7.
II. Excrementa pudendi virilis effigie.
Αἰδοιώδης ſive colis effigiem repræſentās,Theoph.
Veretrum,Lugdun.
III. Excrementū tauri caput referens:& Lug.
Ταυροκέφαλον durum & perforatum & tauri caput quodammodo æmulans, quod præruptum nuclei oleæ ſpeciem intus oſtendit, Theophr. Tauri caput imitantia, Plinio.
Gallarum genus undecimum, Tab.
Galla aſinina,Ger.
IV. Pilulæ lanatæ: & Lugdun.
Πῖλον pilum quidam appellant: pilulæ ſunt lanugino ſæ,molles,nucleum duriorem amplexæ, quibus ad lucernas utuntur,Theoph. Pilulæ nucibus nō abſimiles,intus habētes floccos molles,&c.Pli.
V. Pilulæ capillatæ: & Lugd.
Σφαίριον κόμην ἔχον pilula comam habēs,quæ inutilis Theoph. pilula alia inutilis cum capillo, verno tamen tempore mellei ſucci, Plin.
Bedeguaris effigie excrementum ſpongioſum & muſcoſum, Lob.
VI. Pilulæ in alis ramorum.
Σφαίριον μασχαλιαῖον, in ramorum alis pilulam aliam gignit,ſine pediculo,concavoque,ſeſsilem & verſicolorem &c. Theoph.gignunt & aliæ ramorum pilulas, corpore, non pediculo, adhærentes, candicantes umbilicis,Plin.

Pilulæ ſeſsiles, Lugd.
Capita multis ſquāmis conſtantia, Cluſ. in Cerri hiſtoria: vide & Thalium in Quercu.
VII. Pilulæ è foliis convolutis.
Σφαίριον φυλλικόν, pilula è foliis compreſſa & convoluta,Theoph.è foliis convolutæ pilulæ,Plin.
Pilulæ folioſæ, Lugd.
an idem cum κάχρυ Theoph. 3. hiſt.7. & Cachry Plinii l.16.c.8.
IIX. Pilulæ aquoſæ: & Lugd.
Σφαίριον ὑδατῶδες: ſuper foliis tergo adhærentem pilulam fert candidam, aquoſam dum tenera eſt, in qua culices & matureſcens in modum parvæ Gallæ dureſcit, Theoph. in folio rubente aquoſi nuclei,candicantes & translucidi,&c. Plin.
Ὀνκινίδες, Galeno.
Pilulæ aſininæ,Trago.
Quercus vulgaris cum ſuis excrementis fungoſis, Lobel.
IX. Pumex quercinus.
Λιθάριον pumiceum lapillum quoq; gignit, quanquam raró: Theoph.aliquādo & pumices gignit, Plin.
Pumex,Lugdun.
X. Quercus excrementum villoſum.
Σπλάγχνον, Dioſc.
Φάκος, Theoph.3.hiſt.9.
Panos arentes, muſcoſo villo canos è ramis dependentes, Plinius l.16.c.8.vocat.
Sphagnos & Bryon,Plin.l.12.c.23.
Splanchnon & Hypnum,Lugd.
Uſnea, Arabum.
XI. Foliorum quercus gēmæ foraminulentę.
XII. Coccus Quercuum.
Coccus cochlearū exilium in ſimilitudine in Ciliciæ Quercubus,Dioſc.l.4.c.48.
XIII. Verruca ſeu nodi Quercus.
XIV. Quercus albumen.
XV. Uva Quercina.
Uva Quercina à me inventa,quâ nihil præſtātius in dyſentericis etiam deploratis,Encelius l.3.de lapid.c.51. vide & Schenck.
Uva Quercina in annoſarum Quercuum truncis, Thal.in Quercu.
an Hypodrys fungus rubens,ad Quercus radices: eodem modo quo Hypociſtis ſub Ciſto pululare ſolet, Solinander conſil.ſect.4.conſ.24.& 25.
XVI. Boleti Quercus qui è radicibus & circa radices gignuntur,Plin..l.16.c.8.

XVII. Quercinum Agaricum vel Fungus. de Boletis & Fungo inter Fungos actum eſt.

XIIX. Quercus excrementum purgans: & Lob.ob.

VISCUM ARBORUM.

VISCUM licet multis arboribus adnaſcatur, quia tamen in Quercubus optimum provenit, unde Ion poëta ſudorem Quercus vocavit, idcirco Quercus excrementis illud ſubjungere lubet. Viſcum ὁ ἰξὸς Ariſtoteli 1. gen. an. 1. dicitur, unde Latinum Viſcus fluxit: ἰξία Theoph. 3. hiſt. 9. & 16. quod nomen commune, at Stelin Euboënſium, Hyphear Arcadum vocabulum eſſe ſcribit. Dioſcoridi l. 3. c. 103. ἰξὸς (ſic glutinum quod ex eo fit appellat) è fructu quodam rotundo, fruticis in Quercu naſcentis, foliis buxo ſimilibus conficitur. ἰξὸς quidam derivari dixerunt ab ἴσχω. ſignificante κρατῶ. quaſi ἰξὸς à futuro ἴξω.

Genera Viſci: Plinius l. 16. c. 44. in abiete ac larice (pino Theophr.) Stelin dicit Euboea, Hyphear Arcadia naſci ſcribit: Viſcum autem in Quercu, Robore, Ilice, Pruno ſyl. Terebintho, nec aliis (& aliis Theoph.) arboribus adnaſci plerique: vide Theoph. 2. cauſ. 23. & 3. hiſt. 16. At Dioſcoridi l. c. gignitur quoque in malo, pyro & pleriſque aliis arboribus: atque etiam apud fruticum quorundam radices reperitur. Quare recentiores obſervârunt in abiete, acere, betula, caſtanea, cerro, corylo, cotoneo, cynosbato, Ilice, larice, meſpilo, nuce, olea, oxyacantha, oxycedro, pomo, populo nigra, pruno ſylv. pyro domeſtica & ſyl. quercu, robore, roſis, ſalice, ſubere, ſorbo, terebintho & tilia. Veteres arbitrati ſunt, Viſci acinis à Turdo comeſtis, quod ad pulpam pertinet, concoqui: quod ſeminis eſt, incoctum ab alvo dejici, ſiſtiq; in arboribus illis, in quibus iſti quieſcere conſueverunt. Sed quaſi cornua ex oſſibus animalium: ſic ex arboribus viſcum educi, cum Scaligero exerc. 168. credimus.

I. Viſcum baccis albis.
Viſcus, Brunf.
Viſcũ, Trag. Matth. Fuch. Dod. ut Cord. in Dioſc. Ang. Tur. Lac. Lon. Ad. Lob. Cæſ. (qui fruticem dicit) Cluſ. Caſt. Tab. Ger.
Lignum Viſci quercini & Lignũ S. Crucis, Gentilis & Jacobus de partibus, vocant.
Quercinum omnes cõmendant: quidam & quod Caſtaneæ adnaſcitur, probant: quod verò malo ac pyro ſyl. ac domeſticæ, penitus inutile ſcribunt: & ut Bellonius refert, nulla Quercus eſt inter mõtem Athon & urbes Ceres & Tricala, quæ Viſcum nõ alat & à ruſticis Oxo nuncupatur: nam tenaciſſimum Viſcum ex ejus baccis, quemadmodũ Rhodienſes ex fructu Sebeſten conficiunt.
II. Viſcum baccis rubris.
Viſcum baccis rubris in oleis circa Hieruſalem, Bellon. Caſt. Lugd.
Viſcũ baccis purpureis, in olea, Cluſ. hiſp. & hiſt. qui & Viſci oxycedri meminit.
III. Viſcum racemoſum.
Viſcum polycoccon, Cam. ep.
Hoc à vulgari ſolùm baccarum racematim cohærentium copia differt.
IV. Viſcum latifolium ſenis circulis utrinq; inſculptis.
Viſcum Indicum, Ad. Lob. Lugd. Tab. Ger.
V. Viſci modo arboribus Indicis adnaſcens.
Peruviana alia Aloës facie, arboribus innaſcens Viſci ritu, Ad. Lob. Lugd.
Planta Peruana Viſco ſimilis, Tab.
Viſcum Peruvianum, Ger.

PHELLODRYS.

QUam Φελλόδρυν Arcades nuncupant, natura eſt inter Ilicem & Quercum media, atque adeò Ilicem fœminam quidam eſſe putaverunt, Theoph. 3. hiſt. 18. auctore. Dicitur Phellodrys quaſi Suberiquercus, nomine ex Subere & Quercu facto, quod natura utriuſque participem eſſe oſtendit. Hæc, Theoph. l. c. Ilice mollior ac ſubtilior, Quercu durior ac ſpiſſior: colore ligni decorticati, candidior Ilice, fulvior Quercu: folio ſimilis ambobus, verùm majori quam Ilex, minori quàm Quercus: fructu Ilice minore, at Quercu majore. Plinius lib. 16. c. 8. eandem cum Subere exiſtimaſſe videtur, ut qui Theophraſti de Phellodry verba ad Suber tranſtulerit.

I. Phellodrys candicans latifolia molliter aculeata.
Phellodrys alba latifolia, Lugd.
An Suberella, Cæſalp.
Phellodrys, Matth. Ad. (& Ilex fœmina) Caſt. Lug. Tab.
ſub Subere latifolio ramus ſerratis foliis apud Lobel. pingitur.
II. Phellodrys candicans anguſtifolia ſerrata.
Phellodrys alba anguſtifolia folio ſerrato, Lugd.
Cerroſu-

Cerroſugaro Matthioli, Cluſ.hiſt.

III. Phellodrys nigricãs latifolia inciſuris ſpinoſis.

Phellodrys nigra latiſsimis foliis, Lugd.

IV. Phellodrys nigricans anguſtifolia.

Phellodrys nigra mediocribus foliis, Lugd.

V. Phellodrys foliis muricatis.

Phellodrys foliis muricatis calyce glandis echinato, Lugd.

S U B E R.

SUBER φελλὸς Græcis à σαλεύω fluctuo, Suberis modo, quòd aquis ſemper innatet: qua ratione etiam ἴψος, quòd ſemper altum petat dicitur. Theophraſto 3.hiſt.16. arbor eſt caudicoſa, parumq; ramoſa, procera tamen, auctuq; inſignis, ligno robuſto, cortice unico craſſo, diſrumpiq; ſolito: folio fraxini, craſſo, oblongiori & deciduo. fructu glandoſo Agriæ ſimili: corticem detrahunt, inverſumq; dividendum cenſent: alioqui arborem deteriorem effici volunt: rurſum verò intra triennium repletur. Plinius l.16.c.6. Suber inter glandiferas recenſet: & cap.8. corticis uſum in hyberno fœminarum calceatu: quare non infacetè Græcos, corticis arborem appellaſſe ſcribit.

I. Suber latifolium folio deciduo, & Theoph.

Suber, Matth. Lac. Bellon. Cæſ.

Phellos ſive Suber Gazæ, Ang.

Suber Aquitanicum folio deciduo, Cluſ. hiſp. & hiſt.

Phellos ſive Suber in Aquitania, Dod.

Suber folio breviore & latiore, Lugd.

II. Suber latifolium perpetuò virens.

Suberifera latifolia Ilex glande echinato, Ad.

Suber Hiſpanicum latifolium perpetuo virens, Cluſ.hiſp. & hiſt.

Phellos ſive Suber in Hiſpania, Dod.

Suber latifolia, Lob. Caſt. latifolium, Tab. Ger.

Videntur hæ duæ ſpecies ſaltem in eo differre, quòd altera, quæ circa Pyrrhenæos montes, foliis hyberno tempore exuatur, quod Theophraſt. de φελλῷ Pyrrheno ſcribit: altera verò perpetua fronde in Italia ac Hiſpania vireat.

III. Suber anguſtifolium non ſerratum.

Suber 2. & anguſtifolium, Matth. Caſt. Tab. Ger.

Suberifera anguſtifolia Ilex, Ad.

Suber folio longiore & anguſtiore, Lugd.

Suberis latifoliæ ramus dexter, apud Lob.

Suber alterum oblõgis anguſtisq; foliis, Cluſ.hiſt.

IV. Suberi affine lignum fomitis vicem præbens.

Lignorum duo genera Braſiliani habẽt, quorum alterum eſt molliſsimum, alterum clariſsimum, quibus ad ignem excitandum utuntur hoc modo: virgam ex præduri illius ligni, pedali longitudine ab altera parte ad fuſi modum excavant, hujus cuſpidem in mollis illius ligni fruſto defigunt, virgam maxima celeritate volvunt, quaſi ligni ſuppoſiti fruſtum perforaturi, ſicque non modò fumus quem Tataton vocant, ſed etiam ignis qui illis Tata excitatur, & goſſypio, vel foliis ſiccis admotis, ignis concipitur, Lerius in hiſt. Braſiliana c.17. an Lignum fomitis vicem præbens, Cluſ. exotic. l.1.c.8.

Ligna in Braſilia quæ Urakuciba vocant, quæ exſiccant, dein invicem terunt, ex quo attritu pulvis deraſus inflammatur. Stadius par.3. Ind. occid. c.6.

V. Lignum leve fungoſum è Java majore.

Lignum cotis vicem præbens, Cluſ. l.c.

At Geſn. lib. de lapide eſt, ubi adeo lignum induratur, ut vel Cotes ex eo fiant, aut fieri poſsint.

ILEX & SMILAX ARCADUM.

ILEX Dioſc.l.1.c.144. & Theoph.3.hiſt.16. πρῖνος quia ſerra propter duritiem ſecanda ſit. Eſt autem Theoph. l.c. folio Quercus, ſed minore aculeatoq; cortice leviore quàm Quercus: arbor magna inſtar Quercus aſſurgit: materies ſpiſſa & robuſta: radix alta admodum atque multiplex: fructus glandoſus, ſed glans ipſa puſilla eſt: veterem novus occupat, nam ſero matureſcit, quamobrem bifera à nonnullis exiſtimata: fert præter glandem granum quoddam puniceum, & viſcum atque hyphear habet &c. Σμίλακα Arcades vocant arborem Ilici ſimilem, folio tamen non aculeato, ſed molliori profundioriq;: nec materia ut illo ſolida ſpiſſaq;, ſed ſoluta molliq; &c. Theoph. l.c. At Plinio l.16.c.6. Ilicis duo genera: ex iis in Italia folio non multum ab oleis diſtant, Smilaces à quibuſdam Græcis dictæ: in provinciis Aquifoliæ &c.

I. Ilex oblongo ſerrato folio.

Ilex, Matth. Ang. Lac. Bellon. Cæſ. Lugd.

Ilex arborea, Ad.

Ilex anguſtifolia, Tab.

Sanè Phellodryn, ſi faciem & folia perpẽdas, Ilicem quampiam dixeris: ipſum autem lignũ mollius & laxius Ilice, & fructus major quàm Ilicis.

II. Ilex folio anguſto non ſerrato.

Smilax

Smilax humilis anguſtifolia, Lugd.

III. Ilex folio rotundiore, molli, modiceq; ſinuato, ſive Smilax Theophraſti.

Ilex major, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Ilex major glandifera, Dod.
Ilex arbor, Lob.
Ilex, Tab. glandifera, Ger.
Ilex latifolia, Cam. ep.
Ilicis alterum genus, Cæſ.
Ilex in Gallia Narbonenſi, Lugd.
Smilax Arcadum glandifera, Lugd.

Fructu eſt majore & lõgiore Hiſpanica: at Narbonenſis minore & breviore.

Huc referri debet

Ilex Londinenſis duplex, quas Cluſius in ſua hiſtoria deſcripſit: qui etiam in Ilice Monſpeliaca, aliquando granum ex puniceo nigricans, & interdum tenuem & capillaceum muſcum cinereum, è ramis dependentem, non verò Viſcum aut hyphear, obſervavit.

IV. Ilex aculeata cocciglandifera.

Ilex hæc à Dioſcoride l. 4. c. 48. κόκκος βαφική, à Theoph. 3. hiſt. 16. communi nomine πρῖνος: à Plinio l. 16. cap. 6. Ilex aquifolia, & cap. 6. Ilex parva Aquifolia: à quibuſdam Phellodrys coccifera appellatur. Eſt autem Dioſcorid. l. c. frutex parvus è cremiorum genere, cui grana ceu lentes adhærent, quæ decerpta reponuntur: hæc ille. Etenim in foliorum ſupina parte, nonnunquam ſed rarius, in ſurculorum quoque nodis, granum quoddam rotundum, parvum rubens, ſanguineo colore plenum innaſcitur, quod Dioſc. & Theophraſt. κόκκον φοινικοῦν: Pauſanias, Coccum: Plinius, granum, coccum, quiſquilium (cuſculium aliqui legunt.) Arabes, Chermes: officinæ granum tinctorium, nam in ipſo grano vermiculus naſcitur, ex quo Chermeſinum conficitur: aliqui Scarlatum vocant: ex hoc quoq; Monſpeſſuli confectio Alkermes conficitur.

Coccum infectorium, Matth. Lacun. Bellon. cult.
Coccus infectoria, Cord. in Dioſcor. Ad. Lobel. Caſt. Tab.
Cocci infectorii arbuſcula, Lugd.
Granum & coccus Baphica, Ang.
Ilex in quo coccus baphica, Bellon. & Ilex pumila.
Granum tinctorium, Lon. Cæſ.
Ilex minor coccigera, Dod.
Ilex coccigera, Rauwolf. Cluſ. hiſpan. & hiſt. Gerard.
Ilex coccifera, Bellon. Cam. ep. Tab.
Ilex aquifolia, Lugd.
Ilicis ſpecies, Fragoſo.
Ilicis alterum genus, Quiquerano.

Huc referatur ex Anguillara

Agria quam Plinius Aquifoliam vocitat, quæ foliis eſt Ilicis aliquantulum ſpinoſis, glandeminima & quæ in agro Patavino provenit.
an Milax ſive Acylaca, ilicis ſpecies Bellon.

V. Ilex aculeata baccifera folio ſinuato.

Hæc Theoph. 3. hiſt. 4. ἀγρία (Aquifoliam Gaza vertit) quam perpetuò virere & in montibus naſci ſcribit: & Plinio l. 16. c. 21. Aquifolio, folia non decidunt, & montes amat.

Aquifolia, Trag. Dod. gal. quibuſdam Ruſcus ſyl.
Aquifolium, Ruell. Matth. Bellon. Geſ. hor. (quibuſdam Palma aculeata) Lobel. Caſt. Lugdun. Thal. Tab.
Agrifolium, Guiland. (fortè Cratægus Theoph.) Dod. Cæſ. Cam. Ger.
Aquifolium ſive Agrifolium Septentrionis, Ad.
Paliurus 2. Lacun.
Ilex aquifolia, Lonic.
an ſit Hedera rigens Plinii dubitat Cæſalp. at Plinii l. 16. c. 34. hæc ſunt: eſt & rigens Edera, quæ ſine adminiculo ſtat, ſola omnium generum ob id vocata ciſſos.

Hæc multis in locis tam pumila, ut ad Frutices referenda ſit: aliis in locis in juſtam arborem attollitur: hinc apud Tragum,

Aquifolia arbor, & Aquifolia frutex.

Hæc per ætatem redditur folio nequaquã fimbriato, nec pungente, ſed ſolum extremitate acuminata, & hæc eſt

Aquifolii alia ſpecies levi folio, Geſ. hor.

Ruſtici ex cortice radicibus detracto Viſcum parant.

SECTIO QUINTA.

TILIA; ULMUS; OSTRYS ſeu OSTRIA; BETULA; ALNUS; EVONYMUS; VIBURNUM; POPULUS; GOSSIPIUM ſive Xylon; Acer; Platanus; Saſſafras & Ricinus.

TILIA.

Tilia, Theoph.3.hiſt.10. φιλυρα dicitur, quod in tenues aſſulas ſive philyras diſcerpatur: & inter corticem & lignum, aliæ tenues interiores cortices ſunt, & veluti membranæ, à quibus aliarum quoq; arborum cortices interiores, Tiliæ & Philyræ vocantur: quod ex Plinio l.16.c.14.& l.24. cap.8. colligere eſt. Theophraſto l.c. altera mas eſt, altera fœmina: differunt inter ſe cum tota forma, tum ligno: & quod mas ſterilis eſt & ſine flore: fœmina, florem & fructum gignit, &c. folium figura Hederæ folio ſimile, verum ſenſim magis rotundatur, & juxta pediculum id quod velut in gibbum prominet, à folii medio, longiore tractu, in acutum magis cogitur: per ambitum criſpa & ſerrata folia ſunt &c. & Plinio l.16.c.14. Tila mas & fœmina, quæ omni modo differunt, &c.

I. Tilia mas foliis Ulmi.
Tilia mas, Brunſ. Dod. Lugd. quoad deſcriptionem, non iconem, quæ Ulmi eſt.

Hæc cum non ſemper fructum ferat, à quibusdam ſterilis exiſtimatur: interdũ ſiliquas rotũdas, cõpreſſas, coacervatas, cũ fiſſura in ſumma parte edit, quarũ ſingulæ & ſingulis petiolis dependent.

II. Tilia montana maximo folio: an mas Theophraſti?
Tilia ſylveſtris ſive montana, Thal.

In monte noſtro Muteto provenit, in qua nullum hactenus fructus obſervavimus.

III. Tilia fœmina folio majore.
Tilia fœmina, Brunſ. Matth. Fuch. Ang. Dod. gal. Geſ. hor. Ad. Lob. Cæſ. Lugd. Tab.
Tilia, Tur. Lac. Lon. Dod. ſativa, Trag.
Philyra Græcis, Tilia Latinis, Guil.
Phyllirea, Caſt. icõ.

Ex tiliarum cortice funes & ut Bellonius refert, in monte Athou etiam lagenæ fiunt.

Mirum profecto quod Plinius l.17. c.16. ſcribit Tiliam juxta Tiburtes conſpici omni genere pomorum onuſtam, alio ramo nucibus, alio baccis, aliunde vite, ficis, pyris, punicis, malorumq; generibus, ſed cui vita brevis fuit.

Ad tiliarum antiquarum radices ſæpenumerò ſimile obſervatur ei, quod ad Quercus radices Uva eſt, Thalio monente.

IV. Tilia fœmina folio minore.
Tilia ſylveſtris, Trago.
Tilia minor, Geſ. hor.

Hæc per omnia minor eſt, & fronde nigriore.

ULMUS.

Quæ Latinis Ulmus, πτελέα Dioſcoridi l.1. c.111. & Theoph.3.hiſt.14. qui genera duo fecit: unum ὀρειοπτελέα (montiulmus Gazæ, Ulmus montoſa, Plinio) alterum πτελέα (Ulmus campeſtris Plinio) intereſt quod ulmus fruticoſior eſt, montiulmus auctior: folium individuum leviter circumſerratum, oblongius quàm pyro, ſcabro neq; lævi: materies flava, robuſta, nervoſa deformis, quia tota cor eſt: ſterilis putatur. At Plinio l.16.cap.40. ſemen fert latiuſculum, rotundum tenue: qui l.16.c.17. Ulmi quatuor genera fecit: Græci, inquit, duo Ulmi genera novere: montoſam, quæ ſit amplior: campeſtrem, quæ fruticoſa. Italia Atinia vocat excelſiſſimas, & ex iis ſiccaneas præfert, quæ non ſunt riguæ: alterum genus Gallicas: tertium noſtrates, denſiore folio & ab eodem ſurculo numeroſiore: quartum ſylveſtre. Theoph.3.hiſt.8. Ulmus mas fert & folliculos quoſdam: & 8.hiſt.8. ἐν κωρυκοῖς (φύσαις Dioſcoridi) in folliculis gummi gignit & animalia quædam culicibus ſimilia (& ut Dioſcorides, humor is dum exiccatur, in animalcula culicibus ſimilia reſolvitur) Nam ſi Ulmus verno tempore pluviis, ſubitoq; calore Solis infeſtetur, ipſius folia protinus corrugantur, & veſicæ ſeu folliculi ſcroti humani figurâ generantur, quibus humor initio lentus, mox in gummi concreſcens includitur, qui dum ſiccatur in vermiculos, qui ſnipes, culices & muſiones appellantur, avolant. Addit Theoph. Cachryn (amenta Gazæ) etiam edere peculiarem, autumno, multam minutam, nigram. Semen à Plinio Samora vocatur.

I. Ulmus campeſtris & Theophr.
Ulmus noſtras ſive Italica, Plinii.
Ulmus vernacula, Columellæ.
Ulmus, Trag. Matth. Dod. ut: Bellon. Lac. Turn. Cord. in Dioſ. & hiſt. Geſ. hor. Lon. Ad. Lob. Cæſ. Lugd. Cam. Cluſ. hiſt.

Ulmus

Ulmus in planis proveniens, Ang.
Ulmus 1. Tab. qui & 2. habet, quæ Ulmus, Ger.
Huc referri debet ea, cujus foliis averſa parte folliculi adnaſcuntur, quæ dicitur
Tilia mas, Matth. Ad. Lob. Lugd. Tab. Ger.
Carpinus nigra, Caſt.
Ulmus aut ei ſimilis cum folliculis, quam aliqui pro Tilia mare offerunt, Dodon.

Notatu omnino dignum quod Cluſius obſervavit, nempe Ulmorum, juxta Thormim amnem in Hiſpania naſcentium, quaſdã radices in tenuiſſima ſtamina deſinere, quæ cum à præterlabentibus aquis perluuntur, rubeſcentem colorem contrahere, in quibus exigua quædam animalcula, exiguis locuſtis ſimilia naſcuntur & latitant, quæ piſcatores in eſcam capiendis piſcibus colligunt: quæ verò adoleſcunt ex radiculis emergentia, inſtar terreſtrium locuſtarum avolare: poſtea certo tempore in aquas ad ſuum genus conſervandum remeare. Sic Bellonius ex Ulmi cortice lagenas confici ſcribit.

II. Ulmus montana.
Ulmus latifolia, Trag. Ger.
Ulmus montana, Matth. Ang. Caſt.
Ulmi alterum genus, Cord. in Dioſc. Cæſ.
Ulmus 2. Dod. tertia, Tab.

Ulmo ſimiles arbores.

I. Cortex arboris Ulmo ſimilis ad catarrhos.
Arboris cortex ad rheumatiſmos, Mon. Lug. (ma.
Arbor vaſta Ulmo ſimilis cũ amplitudine, tũ for-

II. Pacal Indis arbor jam deſcripta minor, Mohard. Lugd.

OSTRYS ſive OSTRYA.

Ὄστρυς quam nonnulli ὀστρύαν vocant, inquit Theoph. 3. hiſt. 10. eſt unica ſpecies, Oxyæ (id eſt Fago, Sciſſima Gazæ) tum ſatu tum cortice ſimile, folio pyri non multo oblongiore, in acutum contractiore & majore, fibris multis & craſſis, à medio dorſi in modum coſtarum rectâ ſecundum magnam fibram porrectis, in fibris ipſis rugato & in ambitu leviter ſerrato: materia dura, decolore, albida: fructu puſillo, oblongo, ordeo ſimili, flavo: radices ſublimes habet. Et Plinio l. 13. c. 21. Oſtrys quæ & Oſtrya, arbor ſimilis Fraxino cortice & ramis, foliis pyri, paulo tamen longioribus, craſſioribusq́; ac rugoſis, inciſuris, quæ per tota diſcurrunt: ſemine hordeo figura ſimili & colore.

I. Oſtrya Ulmo ſimilis fructu in umbilicis foliaceis. Carpinus betulus L. 1417
Ornus, Trag. Lon.
Carpinus, Matth. Dod. Ad. Lob. Tab. Cam.
Carpinus alba, Caſt.
Ulmi 3. ſpecies, fortè Ulmus ſyl. Plinii, Dod. gal.
Oſtrya Cordi, Geſn. de lapid. Bellon. Thal.
Oſtrys Theoph. Fagulus herbariorum, Cluſ. hiſt.
Fagus ſepiaria, Geſ. hor.
Ulmus Atinia, Lugd.
Fago ſimilis altera, Cæſ.
Betulus, Lob. in icon. Ger.
Carpinus, Matt. quæ Oſtryã ſatis repræſentat, Cã.

II. Oſtrya Ulmo ſimilis fructu racemoſo lupulo ſimili. Carpinus ostrya L. 1417
Fago ſimilis prima, Cæſalp.

Hæc Italis, illa Germanis frequens, quam alii ad Ulmum, ad Fagum alii, alii vero ad Carpinum Plinii, q̃ Aceris ſpecies eſt: alii ad Oſtryn Theophraſti referunt.

BETULA

Betula vel Betulla, quæ quibuſdam ſic dicta videtur, quod bitumine ſcateat: Theophraſto 3. hiſt. 14. σημύδα folio eſt Caryæ (forte Oxyæ) paulo anguſtiore, cortice verſicolore, materia lævi, nec niſi ad baculos utili: at Plinio l. 16. c. 18. Betula arbor eſt Gallica mirabili candore atq; tenuitate, terribilis magiſtratuum virgis, (idcirco arborem ſapientiæ appellare conſuevimus) &c. Hujus cortici liber albus ſubeſt (qui liber Betulæ) tenuis, candidus, chartæ noſtræ modo, cui veteres opera ſua, ante chartæ noſtræ uſum repertum, inſcribebant.

Betula, Trag. (qui papyri ſpeciem veterum cenſet) Matth. Dod. ut: Ang. Bellon. Lon. Ad. Lobel. Lugd. Caſt. Tab. Ger. B. alba L. 1394
Populo albæ ſimilis in alpibus, Cæſ.

Hæc ſæpè in arborem altam & craſſam aſſurgit: aliquando pumila reperitur: hinc
Betula arbor, &.
Betula pumila, Thalio.

ALNUS.

Alnus, quod amne alatur: κλῆθρα Theoph. 3. h. 14. ſterilis eſt & unius generis, recta arbor natura, ligno molli, medulla tenera, folio pyri ſed ampliore nervoſioreq́;, cortice ſcabro, intus rubẽte, quo coria tingunt: radice eſt per ſũma terræ

 ſparſa,

ſparſa, nec major quam Laurus: & 3. hiſt.4. tum ſterilis, tum fructifera floreſcit. Verùm Theophraſtus aliquando eas ſteriles vocat, quæ fructum non conſpicuum, aut inutilem ferunt: quidam & cortice & fructu viridi, gallarum vice ad ſcriptorium atramentum utuntur. Plinius l.16.c.24. Alno folia craſſiſſima tribuit: & cap. 26. nullum ſemen aut fructum ferre ſcribit: fortè Ariſtotelis auctoritate motus, qui inter naturæ miracula retulit quod Alni in ſola Creta non ſint ſteriles: ſed ne apud nos quidem infructiferæ ſunt.

I. Alnus rotundifolia glutinoſa viridis.
Amedanus, Creſcentio.
Alnus, Brunf.Trag.Matth.Ang.Dod.ut: Tur. Lon.Ad.Lob.Cæſ.Caſt.Lugd.Thal.Tab.
Alnus vulgo Schlitro in Creta, Bellon.
Alnus vulgaris, Cluſ.hiſt.

Ad hujus radices quandoque excreſcentiam ramoſam, Uvæ quercinæ ſimilē obſervavimus. Ex hujus ligno pali in aqua ædificiorum fundamentis ſubacti lapideſcunt, cujus cauſam Vitruvius refert.

II. Alnus folio oblongo viridi.

III. Alnus folio incano.
Alnus hirſuta, in Matthiolo noſtro picta & deſcripta.
an Alnus altera, Cluſ.hiſt. qui figuram ex Lobelii iconibus habet.

IV. Alnus alpina minor.

Hæc cum prima convenit quidem ſed per omnia minor & humilior eſt, nec folia ita lento humore aſperſa ſunt: quæ in Alpibus Auſtriacis provenit.

Alnus baccifera.

I. Alnus nigra baccifera.
Avornus, Creſcentio.
Faulbaum, Trag.
Frangula, Matth.Dod.Lugd.
Alnus nigra, Dod.gal.Ad.Lob.Cam.Thal.
Jovis barbæ ſpecies, Bellon.cult.
Alnus nigra baccifera, Lugd.
Alnus baccifera, Tab.
Arbor fœtida, Lon.
Siler Plinii quibuſdam monente, Lugd.

Hæc dum puſilla eſt in locoq; pingui folia oblonga & magna fert. Cortice interno multi pro Rhabarbaro utuntur.

Sunt qui & hirſutam notarunt.

II. Alnus nigra pumila Thalii quid?

III. Alnus nigra polycarpos.
Kreutzbeer/ Lonic.

EVONYMUS.

Εὐώνυμος (Theoph.3.hiſt.ult.) arbor, naſcitur magnitudine mali punici, atq; folia ejuſdem, majori quam Vinca pervinca: & molli ut punicæ: flos odore albæ violæ ſimilis, odore infeſtus, fructus cum putamine ſiliquæ Seſamæ proximus, intus ſolidus, præterquam quod in verſus quaternos dividitur.

I. Euonymus vulgaris granis rubentibus.
Fuſanus, Creſcentio.
Carpinus, Theoph.Trag.Lon.
Euonymus, Matth.Dod.ut: Ang.Tur.Geſn.hort. Ad.Lob.Thal.Caſt.Tab.
Anonymos aliis Euonymus, Cord.hiſt.
Siler Plinii, Cæſ.
Tetragonia Theophraſti, Lugd.
Theophraſto 3.hiſt.6. τετραγωνία (Quadratoniā Gaza vertit) ſerotino germine cōſtat, ſicut Thuya & Taxus: hæc Theoph.

Fructu eſt communiter rubeſcente: rarius albo.

II. Euonymus granis nigris.
Euonymus alter, Cluſ.pan.& hiſt.
Euonymus pannonicus, Tab.Cam.

III. Euonymus latifolius.
Euonymus Pannonicus prior, Cluſ.pan.
Euon. primus ſive latifolius, Eid.hiſt.
Euonymus latifolius, Tab.

IV. Euonymo ſimilis Ægyptiaca, fructu baccis lauriſimili.
Bon vel Ban, ex cujus ſemine Ægyptii potum Caova conficiunt, Alpin. & Palud. notis in Linſcot. p.2. Ind.or.c.28. ſed Choana vocat.
Buncho Avicennæ & Bunca Rhaſis ex cujus fructibus Turcæ potionem Chaube parant, Rauwolf.
Buna ex qua in Alexandria potio fit, Cluſ.notis in Garz. Lugd.Tab.Belli ep.4.ad Cluſ.
Elkarie nonnullis, Pancio.

VIBURNUM VULGO.

Etſi Viburnum alicujus ſingularis plantæ nomen non ſit, ſed cujuſq; virgulti fruticiſve proprium, Strabone & Nemeſiano teſtibus, cum tamen vulgo huic, nomen hoc tribuatur, aſſervare placuit.

Kleiner Mälbaum/Trag.Lon.
Viburnum,Matth.Geſ.hor.Cam.Caſt.Lugd.
Spiræa Theophraſti Dalechampii,Lugd.
Viurna vulgi Gallorum & Ruellii,Lob.Caſt.
Lantana,Geſ.hor.(quod lenti ſint rami) Guiland. Dod.Cæſ.
Rhus coriariorum Theophraſti & Plinii Cæſalpino videtur.

Rhus (ait Theophr.3. hiſt.18. Fluidam Gaza vertit, nomen illi à ῥέω impoſitum fuiſſe exiſtimans) alia maſcula, alia fœmina,quia alia ſterilis, alia fructifera: nec virgas longas gerit,neq; craſſas: folium Ulmo ſimile,niſi quod parum oblongius denſumque aliquantulum: tamulorum novellorum folia paribus internodiis conjugatim condita adhærent, & planè à lateribus ordo verſus conſpicitur: flos candidus racematim enaſcens: hic ubi defluxit cum labruſca ruſeſcit fiuntque ceu lentes tenues congeſtæ: figura his quoq; in modum uvæ,&c. Plinio l.24.c.11. Rhus frutex eſt coriarius, ſubrutilus, cubitalis, craſsitudine digitali, cujus aridis foliis,ut Malicorio coria perficiuntur,&c. & alibi inter Syriæ arbores, Theoph.deſcribit.

POPULUS.

Populi tria genera Plinius l.16.c.23.fecit,albam nigram & Lybicam:Theoph.3.hiſt.4. λεύκη,αἴγειρ@ κ̉ κερκὶς: Gaza ſic reddidit:primam quidẽ ſimpliciter nomine populi,4.hiſt.9. aliquando populi albæ.3.hiſt.6. Alteram, populi nigræ,2.hiſt.3.at 3.hiſt.1. voces λεύκη κ̉ αἴγειρ@, reddidit populum tam albam quàm nigram. Tertiam,alpinæ nomine: nam 3.hiſt.14. ἡ κερκὶς δὲ παρόμοιον τῇ λεύκῃ, alpina, populo albæ non abſimilis: quamvis Gaza 3.hiſt.6. ubi habetur λεύκη,αἴγειρ@, vocem poſteriorem non reddiderit. Sic apud Dioſcoridem lib.1.cap.109. & 113. λεύκης κ̉ αἴγειρ@ legitur: ubi interpretes nomen populi addidere.

I. Populus alba (quæ λεύκη ab albedine dicitur) majoribus foliis.
Populus alba,Matth.Dod.ut:Cord.in Dioſc.(cui & Farfarus antiquorum)Bello.Lac.Ad.Lob.Cæſ. Caſt.Lugd.Tab.Ger.
Populi albæ alia ſpecies,Trag.
Populus alba latifolia,Lob.ico.
Populi prima ſpecies,Ang.
Populus alba Arabibus Haur,Rauwolf.

Uvas lanoſas quædam fert: quædam ſterilis,ut etiam non floreat. Dioſcorides σφαιρίων, id eſt pilularũ, prima foliorum germinatione erumpentium meminit.Theoph.2.cauſ.21. τὴν λεύκην ἐξαιγειροῦσθαι φασί. i.e. populum albam in nigrã tranſire ferũt,tum fronde tum etiã tota ſpecie: & 4.cauſ.6. populus alba in totũ nigræ diſsimilis,fronde formaq; tota eſt,ſed in ſenecta ſimilima efficitur.

Muſcus quandoq; etiam adnaſcitur,quem Populneum muſcum Dioſcorides & Galenus, unguentis & oleis inferunt.

II. Populus alba foliis minoribus:& Lob.in ico.

III. Populus nigra.
Populus alba,Trag. (cui & 1. ſive vulgaris) Lon.
Populus nigra, Matth.Dod.ut:Cord.in Dioſcor. Bellon.Lac.Ad.Lob.Cæſ.Caſt.Lugd.Tab.Ger.
Populus ſecunda,Ang.Tur.

Quædã floret,& fructum nõ fert:quædam fructum fert, & non floret: flos inſtar amenti, colore rubente,aut candicante:fructus,racemulus oblongus ex plurimis granis viridibus compoſitus,in quibus lana candida continetur: nonnunquam etiam ramis nodi quidam duri adnaſcuntur. Ex gemmarum (oculorum) viſcido & flavo humore,Unguẽtum populeum in Vere paratur. Reſina ῥητίνη ex hac colligitur Dioſcoridi,qui & δάκρυον, i.e.lachrymam deſtillatã concreſcere & Electrum fieri ex aliorum ſententia monet.

IV. Populus tremula.
Populus Lybica Plinio,alpina,Gazæ.
Populus nigra,Trag.Lon.
Populus Lybica, Matth.Dod.ut:Bellon.Ad.Lob. Caſt.Lugd.Thal.Tab.Ger.
Populus alpina,Bellon.
Populi 3.ſpecies, Ang.Cord.in Dioſc.cui & Tremula Latinorum.
Populo nigræ ſimilis in alpibus,Cæſ.
Cercis Theophraſti ſive Populus Lybica Plinii, Cluſ.hiſt.

Hãc κερκὶδα Theophraſti volũt,de qua 3.hiſt.14. ἡ κερκὶς παρόμοιον τῇ λεύκῃ. ſic Gaza, Alpina populo albæ non abſimilis eſt,cum magnitudine,tum verò quod ramis albicantibus ſpargitur, folio hederæ, ſed parte altera ſine angulo, altera oblongo, inque angulum acutum exeunte,colore parte reſupina,pronaque ferè ſimili: pediculo prolixo tenuique annexo, quare non erecto ſed inflexo,cortice aſperiori, quam populus alba,&c. Sunt qui κρέκειν à crepando, non κερκὶν dicendam cenſeant.

 Ali-

Aliqui Cratægum Theophraſti volunt, Lobelio monente. Plinio l.16. c.23. populus quæ Lybica appellatur, minima folio, ac nigerrima, fungisque enaſcentibus laudatiſsima.

V. Populus rotundifolia Americana.
Populus novi orbis, Ad.Lob.Caſt.
Populus America ſive Peruana, Lugd.
Populus Americana, Tab.Ger.

Populo ſimiles exoticæ.

I. Arbor populo ſimilis reſinoſa.
Focot Guebit, i.e. lignum expetitum, Frag.
Tocot Guebit, i.e. lignũ deſiderii, Cluſ.in Monar.
Arbor in India occident. ex qua Idola conficiunt: ſub cujus cortice, gummi Thure candidius, cujus loco etiam utuntur.

II. Arbor populo ſimilis reſinoſa altera.
Tacamahaca colligitur in nova Hiſpania ex arbore odorata, magna ut Populus, cujus fructus coloratus ut Pæonia eſt, Monard. Frag. Lugd.
Tacamahaca 9.hiſt.Ind.occid.l.4.c.29.
Gummi Taccamaca ex arbore quæ foliis longis anguſtis, fructu prunorum magnitudine, 4.par. Ind.orient.7.

GOSSIPIUM ſive XYLON.

VT Græcè Ξύλον *&* Γοσσίπιον, *ita Latinis Xylon & Goſsipium nominatur. At Theophr.4.hiſt.9.* δένδρον ἐριόφορον *dicitur: in Tylo inquit, inſula multæ ſunt arbores lanigeræ, quæ folia vitis habent, verum minora, fructum fert in quo lana continetur mali magnitudine, vere naſcitur occluſum, quod cum maturum eſt aperitur & lana excipitur, qua telas texunt. Plinius l.12. c.10. de his arboribus paulò aliter egit: & fortè ſeq. cap. 11. eædem ſunt arbores, quas Goſſampinos vocari tradit: qui aliâs inter lini genera l.19. c.1. recenſuit, his verbis: frutex quem aliqui Goſsipion vocant, plures Xylon & ideo lina inde facta Xylina: parvus eſt, ſimilemq; barbatæ nucis defert fructum, cujus ex interiore bombyce lanugo netur: nec lina ſunt eis candore mollitiéve præferenda.*

I. Goſsipium fruteſcens ſemine albo.
Coto & Bombax, Serapioni.
Xylon ſive Goſsipium, Matth.Guil.
Xylon, Fuch.Dod.gal.Geſ.hor.Lac.Lon.
Goſſypium, Turn.Dod.Rauwolf.Ad.Lob.Caſt. Cæſ.Lugd.Cam.Tab.
Bombax Officinarum.
Goſsipium p.4.Ind.occid.c.15.& p.8.
Algodon, Catoen ſive Goſſypium in arbuſculis tam magnis quàm minoribus naſcitur: aliud denſum & craſſum, aliud molle & tractabile, par.9. Ind.occid.l.4.c.23.
Goſsipium in ſylvarum humilibus arboribus copioſè, Linſcot.Ind.or.p.3.c.9.

II. Goſsipium arboreum caule lævi.
Goſsipiũ perẽne & arboreũ, ſive Aſiaticũ, Bellon.
Goſsipium arboreum, Gotne Miegiar appellatum, Alpin.

III. Goſsipium arboreum caule ſpinoſo.
Goſsipium Braſilianum, Bellon.& Belli.
Bombax Indica, Ponæ ital.
Xyloa, Stadio in Braſil.par.3.Ind.occ.c.38.
Xyliferæ arbores, Lerio, par 3.Ind.occ.c.12.
Hujus ſemina nigra ſunt, in dena vel duodena grana uvæ modo congeſta: cum Aſiaticum ſingula grana ſeparata habeat.

IV. Goſsipium Javanenſe ſalicis folio.
Cylæ, Oviedo.
Lanifera arbor peregrina, Cluſ.exot.l.1.c.14.
an Lanifera arbor, Bellon.

ACER.

ACer Græcis σφένδαμνος *dicitur. Theophraſto 3.hiſt.11.* σφενδάμνου *(Acer Gaza vertit) alii bina, alii tria genera faciunt: unum quod communi nomine* σφένδαμνον *(Acer) vocant: alterum* ζυγίαν *(Carpinum) tertium verò* κλινότροχον *(Lectirotariam Gazæ) At 3.hiſt.4.* σφένδαμνος *quæ in monte* ζυγία, *quæ in planis* γλεῖνον *(Gallicum Gazæ) vocari tradit. Plinio l.16.c.16. Aceris plura genera: album, quod præcipui candoris, vocatur Gallicum: alterum genus (Zygias Theoph.) criſpo macularum diſcurſu, qui cum excellentior fuerit, à ſimilitudine caudæ pavonis nomẽ accepit: e viliori genere craſsiveniũ (clinotrochon Theoph.) Græci ſitu diſcernunt: campeſtre candidũ eſſe, nec criſpũ, quod glinon vocãt: montanum verò, criſpius duriusq;: & tertiũ Zygiam, &c. quod alii generis proprii eſſe volunt & Latinè carpinum appellãt. Verum ſic diſtinguere licet, quod Sphendamnus acer ſit nervoſum & album: Zygias verò, flavum & criſpum: clinotrochos, flavum & non criſpũ: glinon, candidũ, minus criſpũ.*

I. Acer montanum candidum.
Platanus, Trag.Lon.
Aceris ſpecies folio majore, Carpinus videtur, (Dod.gal.
Sycomorus Ruellii, Geſ.hor.
Aceris prima ſpecies, Ang.
Acer, Cord.in Dioſc.Cæſ.

Aceris

Aceris ſpecies Platanus Gallorum.Bellon.
Acer major, Cord.hiſt.Geſn.hort.Dod.Ad.Lob. Cam.ep.Thal.
Acer, *κοινότροχος* antiquis,Ad.
Acer latifolia,Cluſ.pan.
Acer montanum,Geſ.hor.ſive Gallicum,Lugd.

Hujus turiones lacte ſcatent, ut Ficus: ſic quædam floret,quædam non floret,nec fructum fert.

II. Acer montanum flavum ſive criſpum.
Acer criſpa materia,Acer montana Aſphendãnos ruſticis Cretenſibus,Bellon.
Aceris altera ſpecies,quę fortè Zygia Theoph.Ad.
Opulus montanus,Lugd.

Acer montanũ in marem & fœminã diſtinguũt: mas colore magis flavo,ligno duriore & venoſiore,magiſq; criſpo, citiuſq; floret: fœmina tardius, & ligno eſt pallidiore,minuſque criſpo.Germani ob flexuoſos venarum diſcurſus ad opera lautiora utuntur, lignum nobile vocantes, ex hujus radicibus cochlearia pulchra conficiuntur.

III. Acer montanũ tenuiſsimis & acutis foliis.
Acer acutioribus foliis,Geſ.hor.
Acer tenuifolia,Thal.

IV. Acer campeſtre & minus.
Acer,Trag.Lob.minus,Geſ.hor.
Acer cãpeſtre,Dod.gal.& Lugd. cui & Carpinus & Opulus campeſtris veteribus.
Opulus,Tur.Geſ.hor.Cæſ.
Acer tenuifolia,Cord.hiſt.
Acer,Opio cognominatũ Romanis, Bellon.cult.
Aceris ſpecies quæ Sphendamnos Theoph.Ad.
Acer minor,Dod.Cluſ.pan.Cam.
Platanus,Lon.ico.
Opulus & Rhambolinus,Cordi Schol.
Acer latifolium,Cluſ.hiſt.ico.
Alibi frutex alibi arbor eſt.

V. Acer trifolia.
Acer Monſpeſſulanum,Lugd.
an Aceris arboris genus à reliquis diverſum & ſextum id genus à nobis obſervatum,Bellon.

PLATANUS.

Platanus πλάτανος Græcis,à latè diffuſis ramis nomen ſortita eſt: πλατύω enim dilato & ſpecioſum reddo, ſignificat: hujus apud Dioſc.l.1.c.107.nulla deſcriptio: at Theoph.1.hiſt.16.platano folia ampla tribuit: & 3.hiſt.2. ſemen manifeſtũ producit.eoq; gignitur: quam (1.hiſt.15.) in Creta inſula apud fontem ſtare aſſeverant,quæ nunquã folia deperdat: & Plinius l.12.c.1.de Platano multa habet, oſtendẽs quomodo mero affuſo enutriatur: ſicq; & arbores vino potare: Aelianus ſcribit (cum adeo patulis ramis diffundatur) Xerxen adeo ipſius umbra delectatum, ut in Lydia diem integrum,cum maximo exercitu ſub ea conſumpſerit.

I. Platanus,Matth.Ang.Dod.ut:Cord.in Dioſ. Bellon.Geſ.hor.Tur.ico.Lac.Ad.Rauwolf.Lob. Cæſ.Caſt.Lugd.Tab.Cluſ.hiſt.
Fructus ipſius *σφαιρία* Dioſcorides, pilulas Plinius l.24.c.1.vocat.

Ex hujus truncis craſsis montis Athoni incolæ naviculas conficiunt,Bellonio eas deſcribente.

II. Arbor Platani folio fructu peponis magnitudine eduli.
Mamoera ipſa arbor: at fructus Mamaon ab uberũ forte ſimilitudine, Luſitanis in America eſt mas ſterilis,fœmina fructifera,Cluſ.cur.poſt.

SASSAFRAS.

Arbor ex Florida ficulneo folio.
Pavame Indorum,Monardi,Lugd.Frag.
Saſſafras arbor,Monardi,Lugd.
Saſſafras,Caſt.Capevaccio, cui & Indica Saſsifragia.
Lignũ ex India occidentali,Saſſafras vocant,Cæſ.
Saſſafras, ab indigenis in Virginea, Winauck appellatum,par.1.Ind.occident.

Ex Florida,novi orbis provincia,adfertur: fructum oblongum, rugoſum, longiſsimis pediculis donatum habet. Hujus folia fructumq; Doct. Doldius p. m. unà cum infinitis aliis ad me Norinberga miſit.

RICINUS.

Ricinus. Dioſcoridi lib.4.cap.164. Κίκι ἢ κρότων, à ſimilitudine Crotonis vel Ricini animalis,quod ſemen ejus refert: quod animal. Plinius lib.11.cap 34 & lib.30.cap.10.deſcripſit. Aliis Pentadactylus & vulgo Palma Chriſti,a figura foliorum quæ palmam digitis expanſis æmulantur. Mauritanis Cerva. Dioſcoridi arbuſcula eſt ut parva ficus habens folia Platani at majora,leviora ac nigriora, ramis radicibuſq; cavis harundinis modo: ſemen in uvis aſperſis. At Plinio l.15.c.7. Cici arbor in Aegypto copioſa. & in Hiſpania repente provenit, altitudine oleæ,caule ferulaceo.folio vitium,ſemine uvarum gravidum,&c.meminit & l.16.c.22.

I. Rici-

I. Ricinus vulgaris.
Granum regium majus, Meſuæo.
Ricinus, Trag. Matth. Fuch. Dod. ut: Ang. Cord. in Dioſcor. & hiſt. Geſn. hort. Lac. Lon. Adv. Lob. (Gallis Palma Chriſti) Cæſ. Caſt. Lugd. Tab.
Cici, Geſ. hor.
Kikaion S. Jonæ: Alkaroa & Kerua Arabibus:
Mira ſole Italis, Guiland. epiſt.
Ricinus vulgaris, Cam.
Phaſelus Romanus Thuſcis, Mar. Virgilio.
Ricinus, Kerua Tripoli, Rauwolf.
Cerva aut Cataputia major, Frag.
Ricinus major, Eyſt.

Foliis ludit: quare Theophr. 1. hiſt. 16. Crotonis folia initio cùm proveniunt, rotunda ſunt, deinde in angulos formantur tanquam perfectè articulata. Ratione loci magnitudine variat: nam hominis craſsitudine in Hiſpania Cluſius, & magnas arbores in Creta, Bellonius vidit ut ſcalis admotis conſcendi debeant: ex quo apud Hiſpanos oleum conficitur, quod oleum ficus infernalis nominant, Monardi & Fragoſo monentibus.

Fit etiã in horto Eyſtettenſi mentio Ricini minoris, qui omni ex parte prædicto magnitudine cedit.

II. Ricinus Americanus major ſemine nigro.
Ricinus Americus, Curcas incolis, Cluſ. notis ad Monard. Lugd. Tab.
Ricinus Syriacus, Cam.

III. Ricinus Americanus minor.
Eraway: ricini puſillum genus, Cluſ. exot. lib. 2. cap. 21. &
Ricini ſemina exigua l. 2. c. 25. ſub fructu nono.

IV. Ricinus Americanus falſo creditus.
Dende Serapionis, & Abelmoluch Mauritanorum, Imperato.
Serapioni ſpecies tres ſunt, Seni, Sahati & Indi: at Imperatus legit, Chinenſe, Indianum & Sahatenſe, quod minus probatur.

V. Ricino affinis fructus.
Exoticus fructus 4. Cluſ. ex. l. 2. c. 24.

VI. Curcas Malavarenſium: Carpata, Cambayenſium, Garziæ: fructus eſt magnitudine Avellanæ cum ſuo putamine, candidus, guſtu quali ſunt tubera cocta: forte Habilculcul Serapioni.

SECTIO SEXTA.

Pomiferæ Arbores.

MALUS; MALUS CYDONIA; CITRIA; LIMONIA; ARANTIA; PUNICA; PYRUS; PERSICA; PERSEA; AMYGDALUS; ARMENIACA; Prunus; Myrobalani; Sebeſten; Jujubæ; Cornus; Lotus; Guajacum; Ebenus; Ceraſus; Chamæceraſus; Styrax; Aria & Hamomilis; Cotonaſter & Chamæmeſpilus.

POMUS ſive MALUM.

ETſi Pomi nomen apud Latinos latius pateat, quàm μῆλον apud Græcos: attamen uſus obtinuit, ut Pomus pro Malo arbore, & Pomum pro Mali fructu capiatur: quamvis Plinius l. 15. c. 17. etiam ipſam arborem Pomum appellarit. At Græcis, ſi nullum Adjectivum addatur. Malus μηλέα, & Malum μῆλον nominatur: derivatur autem μῆλον, à verbo μέλω, quod idem atque φροντίζω, ſive curo ſollicitusq; ſum, denotat: quia de ipſis priſci mortales multum ſolliciti fuerunt, cura, ſeduloq; ſtudio digna judicarunt: & id forte propter inſignem uſum alimentarium cibariumq;. Pomum autem, cujus primus inventor Dionyſius ab Athenæo ſtatuitur, forte ſic dictum quod eorum plurima etiam ſitim tollant, ita ut ſimul ſint cibo & potui.

Genera malorum Dioſcoridi ſunt l. 1. c. 159. & ſeq. vulgaria, cotònea, perſica, armeniaca, medica ſive citria, quæ Adjectivo addito diſtinguuntur. At vulgaria eidem ſunt, verna, melimela, epirotica, ſylveſtria. Sic Theophraſto 6. cauſ. 24. ſunt tam ſylveſtria quàm urbana: & 4. hiſt. 16. ſunt verna, ex omnibus infirmiſſima: 1. hiſt. 19. & 4. hiſt. 14. malus punica: & 4. hiſt. 4. malus perſica & malus medica. Et Plinius l. 15. c. 14. multa genera enumerat, citria, zizipha, tuberes, & quæ lanata vocantur: in ſumma genera 29. recenſet. Mala inquit habent originem à Martio, Ceſtioq; & Manlio: item Claudio: quin & Cotoneo, inſita ab Appio, Appiana cognominata, ideo his cotoneorũ magnitudo quæ Claudianis: ſunt & Sceptiana ab inventore Libertino. Cato adjicit Quiriana, & quæ tradit in doliis condi.

condi, Scantiana: ſunt parva gratiſſimi ſaporis, quæ Petiſia nominantur: patrias nobilitavêre Camerina & Gracula. Cætera è cauſis traxêre nomen: germanitatis cohærentia & Gemella, nunquam ſingula in fœtu, coloris Serica, cognationis Melapia (quod malorum & pyrorum quandam ſpeciem habeant.) Muſtea à celeritate miteſcendi: quæ nunc Melimela dicuntur à ſapore melleo. Orbiculata, à figura orbis in rotunditatem circumacti, quæ Græci epirotica vocant: Mammarum effigie Orthomaſtica: à conditione caſtrati ſeminis, quæ Spadonia appellant Belgæ. Meloſoliis folium unum, aliquando & geminum erumpit è latere medio. Celerrimè in rugas marceſcunt Pannucea: ſtolide tument Pulmonea: Sunt quibus ſanguineus eſt color, origine ex Mori inſitu tracta. Sunt & parva gratia ſaporis atque etiam acutiora odore, ſylveſtria. Dacis fermè viliſſimis nomen, quanquam primis adventu, decerpiq; properantibus: hæc Plinius: & Columella l.5.c.10. de malorum generibus egit: ſic & Ruellius l 1.c.96. & ex eo Lugd. hiſtoria, his Plinii diverſas ſpecies Gallis familiares adjicit. Nam ſingulæ regiones plurimas malorum differentias habent: ſic Valerius Cordus in ſua hiſtoria, ſupra triginta genera recenſet: Tabernæmontanus viginti tres figuras habet: & J h.Bauhinus frater, in ſuo de balneo Bollenſi libro ſexaginta genera, cum ſuis figuris & deſcriptionibus exhibet. Noſtri, inprimis magni faciunt ea quæ Grunicher/ *id eſt Praſomila (quæ duplicia, nobiliora & vulgaria) nominantur, quæ colore ſunt in viridi pallido, figura oblonga, ſapore ex dulci & acido mixto, quæ ſerius cruda comeduntur, quare per totam hyemem durant, ægris aſſervantur, in cibis & medicamentis commendantur, quæ fortè Malacria Ruellii & Lugd. Secundum locum tribuunt illis, quæ Curtipendulæ vulgo Gallis dicuntur & apud ipſos principatum obtinent, (quæ hodie primæ commendationis, ad nobilem Alkermes confectionem, Ad.) Sic in Hetruria præſtantiſſima quæ Appiole & Milerosſe vulgò appellantur, Matthiolo notante. Et Scaligero, ut ex eo Geſnerus lib. de hortis, Mala apiola Italis dicta, quæ dulcia quidem, ſed tam jucundè fragrant, ut univerſas Indias ſua ſuavitate ſuperent. Sed ſubſiſto, quis enim poſſet in tanta Malorum varietate, nominumq; pro cujuslibet regionis & ruſtici placito, diverſitate, & cum quotidie novo inſitionis ingenio, velut nova prodeant, ſine errore ea recenſere? nec etiam opus eſt, cum arbores valde ſimiles ſint: licet fructus variet, ſiquidem poma magna ſint & exigua: rotunda oblonga: candida, viridia, lutea: quædam rubedinis aliquid, alia multum habeant, & quædam foris tantum, alia & intus, & quidem vel rubris tantum notis, vel lineis oblongis aſperſis: ſapore quoque aliis acido, aquoſo, auſtero, aliis dulci: aliis in dulci ſubacido, vel vinoſo: aliis ſubacido vinoſo: aliis inter dulcem & aceſcentem medio. Sunt denique præcocia, media, ſerotina. Sic malorum quædam genera, ramis & brachiis ſuis in latitudinem diduci ſolent, ita ut tecti cujuſdam ſpeciem, pedamentis in orbem digeſtis, ſuſtentata, præ ſe ferant: peculiaria tamen videntur ſequentia.*

I. Malus pumila, quę potius frutex quam arbor.
Mala præcocia, Trag. Tab.
Malus humilis, cujus fructus pomum Adami, Geſ.hor.
Hæc duplicia rubentia & candida
II. Malus exigua pallidis floribus.
Malus arbor cujus fructus poma nana, Cam.
III. Malus ſine ſemine interius in fructu, Cam.
IV. Malus non florens, fructificans tamen, Geſ.hor.ap.
V. Malus folio pyri.
VI. Malus flore pleno.
Poma fl.multiplici ſeu pleniflora, Eyſt.
VII. Mala ſylveſtria, quæ & alba & rubra: majora & minora.
Mala ſyl.rubentia, Tab.
Malus ſyl.rubens, Ger.
Malus ſyl.major albus, Tab.
Malus ſyl.alba, Ger.
Malus ſyl.minor, Tab.Ger.

Arbores pomiferæ exoticæ.

I. Malus Maluccenſis nonnihil ſpinoſa.
Mala Indica, Acoſtæ, Lugd.
Ber, Bor, Garziæ, Frag.
In hujus ramis formicæ alatæ Laccam conficiunt.
II. Mala Goënſia fructu octangulari pomi vulgaris magnitudine.
Carambolas, Garz. Frag. Acoſtæ, Lugd. Linſcot. 4.par.Ind.or.10.
Carambolas, Camarix, Carabelli, Chamaroch, Bolunbac, Palud.in Linſcot.
III. Mala Guianenſia.
Pinas, quæ totius mundi poma ſuperat, nec ullibi meliora quàm in Gujana, par.8.Ind.occident.
IV. Mala Americana pyri ſpecie.
Pomi peculiare genus in Nicaragua, nulli alteri Indiæ parti conceſſa, par.5.Ind.occident.c.16.
Pomum Nicarague Bentzoni, Lugd. Cluſ. exot. l.2.c.28.
V. Pomo ſimilis Braſiliana.

II Geni-

Genipat Theveto, Lugd. Lerio,
an Xagua, Oviedi.
Iuni Pappaeyma, Lerio 3. part. Ind. occ. 37. Cluſ. ex. l. 1. c. 11.
Duplex eſt, alia fructu ... ore & eduli: alia fructu minore non eduli, & hujus fructus ſucco totum corpus inficiunt, Theveto, Lerio.

VI. Fructus prædicto affinis.
Fructus Braſilianus 1. & 2. Cluſ. exot. l. 2. c. 7.

VII. Pomo ſimilis fructu Caſtaneæ aſperiore.
Duriacon fructus tribus involucris donatus, in Java, 4. par. Ind. or. c. 6.

IIX. Arbor pomifera fructu aculeato melonis magnitudine.
Batan arbor, cujus fructus Duryaoen, flos Buaa dicitur, Palud. in Linſcot.
Darion, Coſtino, Scalig. Lugd.
Doriones, Garz. Frag.
Duriones, Acoſtæ, Lugd.
Iaca major, Caſt.
Guanabanus, Oviedi, Cluſ. in Garz. & Lugd. qui fructum pingit.
Guanabanus Oviedi huic fructui valde ſimilis, Frag.
Duryoens ex Malacca, Linſc. par. 4. Ind. or. c. 13. fig. 12.
Fructus cui ſuavitate in toto orbe ſimilis non reperitur, tantum in Malaca proveniens.

IX. Anon, Oviedo, Cluſ. in Garz. magnam cum Guanabano ſimilitudinem habens.

X. Abavo arbor radice tuberoſa.
Baobab, Alpino.
Abavo, Honor. Belli ep. 4. & 5. ad Cluſ.
Baobab ſive Abavi, Cluſ. exot. l. 2. c. 1.
Fructus Æthiopicus melonis magnitudine, brevi lanugine oblitus: foliis nunc ſingularibus, nunc binis, vel ternis, ſerratis, uni petiolo adhærentibus: modò nō ſerratis, etiam binis aut ternis, aliquādo quinis uno pediculo donatis: quæ ex Creta ab Honorio Belli accepimus.
An idem cum
Guanabano Scaligeri, Cluſ. in Garz. Lob. Lugd.

Fructus quidam ex Guinea, Guanabanus forte Scaligeri, Geſn. hor.

XI. Arbor Chinenſis fructu Anguriæ magnitudine.
Bruſathaes, Scalig. Pigafettæ & Lugd.

XII. Arbor fructu melonis forma pugni magnitudine.
Pepaios in India Hiſpanica, Linſc. 4. part. Ind. or. 10.
Arbor foliis magnis latiſque, quæ ſterilis, niſi arbori ſociæ quaſi matrimonio jungatur.

XIII. Arbor Indica fructu Cucurbitæ forma & ſapore.
Higuero Oviedo, Cluſ. in Garz. & ex. l. 2. c. 2. Lugd.
Fructus Higuero apud Cluſium, Lob. Lugd. qui fructum & folium pinxit.
Higuero fortè Tab.
Hujus ſeminibus Cambales filum trajiciunt, cruribus alligant, & pro tintinabulis utuntur.

XIV. Arbor America foliis pomi, fructu triangulo.
Ahonay Theveti, Cluſ. in Garz. Lob. Tab. Lugd qui arborem & fructum ſeparatum pinxit.
Aouai lignum teterrimi odoris, cujus nucleus præſentaneum venenum, ex quo crepitacula Braſiliani faciunt, Lerio 3. part. Ind. occid. c. 12.

XV. Fructus capitis magnitudine.
Locos fructus in Inſula Magador, in arboris ramis & foliis carēte, cacumine, putamine fibroſo, nucleo amygdalino, par. 8. Ind. occident.

XVI. Fructus orbicularis granis cordis effigie.
Macaqvver Virginēſiū, Cluſ. ex. l. 2. c. 2. & par. 1. Ind. occid.

XVII. Fructus Indicus tinctoribus expetitus.
Brindones, Garz. Frag.
Brindoyn, Linſcot. 4. par. Ind. or. c. 10.
Ex cortice acetum conficiunt.

XIIX. Arbuſcula mali ſimilitudine, lacteum ſuccum fundens.
Pinipinichi, Monardi, Caſt. Lugd. Frag.
Ex ramis inciſis lacteus humor emanat, cujus tres vel quatuor guttæ potentiſſimè purgant.

MALUS CYDONIA.

Malus Cydonia, Græcis μηλέα κυδωνία, à Cydone Cretæ oppido, unde primū advecta, Plinio l. 15. c. 11. dicitur. Cotoneum malum primus Cato; dein Plinius nominavit. Fructus μῆλον κυδώνιον, Latinis malum cydonium & cotoneum: officinis citonium.

Duum generum Dioſcoridi & Galeno: vera ac germana (ait Dioſcorides) qualia parva & rotunda ſunt: alia στρουθία Struthia & magna, quæ minus utilia cenſentur: Theoph. 2. h. ſt. 3. ἐκ στρουθίου κυδώνιον, ex Struthio cotonea degenerat: & Galen. 6. tuend. ſan. quædam dulciora, majora ac minus acerba, quæ in Aſia Struthia vocātur: at 2. alim. Cydonia à Struthiis, quæ etiam Struthiomela nominat, aperte diſtinguit, Cydoniorumq; ſuccum minus eſſe ſuavem & maximè adſtringentem. Columella l. 5. c. 10. tria genera facit, Struthia, Chryſomela, Muſtea. Plinio l. c. plura ejus genera, chryſomela inciſuris diſtincta, colore ad aurum inclinata: quæ candidiora noſtratia cognominata, odoris præſtantiſſimi: eſt & Neapolitanis ſuus honor: minora (fortè majora legendum) ex eodem genere Struthea odoratius vibrant ſerotino proventu, præcoci verò Muſtea. Strutheis autem Cotonea inſita, ſuum genus fecere Mulvianum, quæ ſola ex iis vel cruda mandūtur. Sunt præterea parva ſylveſtria è Strutheis odoratiſſima, in ſepibus naſcentia. Gallis quoq; & Italis tria genera ſunt, & minora Mala, majora Pyra cotonea vocant. Sic Perſica arbore in malum Cydoniam inſita, Cydonium malum enaſci ſcribit ex Monardi Geſ. hor.

I. Mala cotonea minora.
Malus cotonea, Brunf. Trag. Matth. Ang. (cui ut & Matthiolo triplex fructus) Fuch. Tur. Caſt.
Malus cydonia, Geſ. hor. Lac. Lon. Ad. Tab. Cam. cui fructus varii generis.
Cotoneus, Cord. hiſt. & fructus Mala cotonea minora ſive Struthea.
Cotonea & cydonia mala, Lob.
Mala rotunda minora, nonnullis χρυσόμηλα ab exterioris cutis colore, Dod.
Poma cotonea in inſula Picco, Ind. occid par. 9. addit.
Ex his Genuenſes ſuū delicatiſſimū Cydoniatū parant.

II. Mala cotonea majora.
Mala cotonea majora, Cord. hiſt. στρουθία dici, in Dioſc. monet, & majora malis ſimilia, minora vero, pyri modo turbinata, aſſerit.

Coto-

Cotonea magna & Pyra cotonea, Geſ.hor.
Mala cotonea oblongiora & majora, Dod.
Pyra cotonea, Cæſ. Pyrum cydonium, Ger.
Cotonea majora ſive Struthia, Cam.ep.
Struthia & Pyra cotonea, Caſt.

III. Mala cotonea media.
Mala cotonea milviana ſive notha, quia proveniunt ex Cotoneis quæ Strutheis, vel è contra inſita fuère, Matth. Caſt. Lugd.
Cydonia milviana, Tab.
Majores ſunt primis: at ſecundis minores.

IV. Malus cotonea ſylveſtris: & Cord. in Dioſc. & hiſt.
Hæc ſativæ per omnia ſimilis, ramis minorib. & fructu minore, quod ſponte ſua in Danubii petroſis ripis incolibus proveniat.

V. Cydonia exotica.
Cydonia è Bengala, Garz.
Serifolia, Fragoſ.
Marmelos de Bengala, Caſt.
Mala cotonea ſive Mermelacta ex quo fructus quem Capotes ſive Chicocapotes nominãt, par.9. Ind.occ.l.4.c.25.
Chicocapotes eadem ferè cum Capotes facie in nova Hiſpania, Idem.
Fructus eſt cotoneo ſimili, foliis verò perſicæ.

VI. Arbor Indica cydonii facie fructu melonis effigie.
Melo corcopali, Scalig.
Arbor cydoniæ magnitudine & foliis cujus fructus Corcopal, Theveto & Lugd.

MALUS CITRIA.

Malus Citria, Græcis μηλέα μηδική. malus Medica & Aſſyria dicitur, utroq; nomine à regionibus ducto, ut habet Theoph.4.hiſt.4. Etenim Citrus apud Medos & Perſas in primis frequens: dein Paladii diligentia in Italiam tranſlata fuit: poſtea in Hiſpania in uſum devenit, ut nemora & campos occuparit: fructus μῆλα μηδικὰ ἢ περσικὰ. addit Dioſcorides l.1.c.166. ἢ κεδρόμηλα. Latinis citria, citrea & citromela. Folium habet (Theoph.) ſimile & penè æquale Adrachne (Portulacæ Gaza) aculeos quales pyrus, aut ſpina acuta, ſed tenues & vehementer acutos & validos. Et Plinio l.12.c.3. Malus aſſyria quam alii vocant Medicam, folium ejus eſt Unedonis intercurrentibus ſpinis: Pomum ipſum (idem & Theoph.) alias non manditur, &c. Malum (Dioſcoridi) oblongum eſt, rugoſum, aureo colore, cum gravitate odoratum: ſemen habet pyri. Sanè hujus pomis olim non veſcebantur, ſed propter odorem tantum & medicamenta erat in uſu, arbore nimirum adhuc inculta, peramaros & acetoſos fructus ferente.

I. Malus medica.
Citrum, Brunf. Citria, Trag.
Citrangula, Monardi.
Citrus, Ang. Tab. Cæſ. Ind.or.par.9.lib.4.cap.31. arbor, Cord.hiſt.
Malus medica, Matth. Turn. Lac. Cord.hiſt. Dod. Lob. ſeu Citria, Eyſt.
Malus citria, Dod.gal. Geſn.hor. Lugd. Lon. Caſt. Cluſ.hiſt. Cam. & Ind.occid.p.3. & Ind.or.p.3.
Citria & Mala Medica, Bellon.
Citrones, Rauwolf.
Mala citrina & poma citria, Ind.occid.p.8.
Cedrus Theophr. at Dioſcor. Medica malus, ſive Cidromela, Ad.

Fructus magnitudine variant: quædam in molem excreſcunt Melopeponibus parem, ita ut ad pondus librarum decem quandoque perveniant, ut Cardanus & Geſnerus notarunt, quæ nullo ferè ſucco ſunt, & ex Liguria & Adriatici maris inſulis adferuntur: alia minora: alia Limonum magnitudine, aut paulo majora, & à lacu Benaco apportantur, quæ potiſsimum in cibis expetuntur, & Pomcires, quaſi Poma citri vocari, Lugdun. aſſerit: ſic alia prælonga, alia rotundiora. Etenim hominum induſtria, translatione, inſitione, omni denique cultus mangonio, Citria in plures formas digeſsit, ut remiſsiore ſapore & vehementiore: item dilutiore, ſaturatioreque colore differant, non multum tamen naturâ & viribus, veluti Limonia, Arantia, atque ea quæ Poma Adami vulgo nominantur. Quare Monardes lib. de Arantiis ſcribit, Citriorum genera multiplicia fuiſſe inſitione: ita ut reperiantur tot genera Limonum & alia, quæ nec Citro, nec Limonibus conveniant: quemadmodũ Zamboas Torongas, Limas, Limones, quę omnia nec priſci cognoverunt.

Sic citrum monſtroſum maximum, calceum Turcicum referentem, in horto Stutgardiano natum, Joh. Bauhinus in ſuo lib. de thermis pingit.

II. Malus medica maxima pulpa plurima.
Ponzires, Cæſ. qui à citriis melopeponis magnitudine diſtinguit, & Ponzires inter Limonem & Arantiam ambigere ſcribit.
Hæc guſtui non ita placent, ſed quia pulpæ multò plus habent, officinis expetuntur, ſaccharo vel melle aſſervanda.

III. Malus medica fructu ingenti tuberoſo.
Melangula quæ aliis Citrangula, Cæſ.
Citrii mali genus quoddam in Provincia, humani capitis magnitudine, Cam.
Citranguli nomine volunt Monachi in Meſuen cap. de oleo è pomis Citranguli, nõ ſolum Citria, ſed etiam Arantia & Limonia intelligenda eſſe.

IV. Malus medica ab Imperatore Carolo V. ex Ungaria in Hiſpaniam delata, quæ omnium mali Medici generum acidorum ſuaviſsimum, ut Cluſius in ſua hiſt. refert.

V. Malo Medicæ affinis Javanenſis folio rotundiore.
Samaca fructus citri magnitudine, acidus, ſucculentus, granis nigricantibus, Linſcot. par. 4. Ind. or. & fig. 14.

Malus Limonia.

I. Malus Limonia acida.
Malus limonia, Matth. Dod. Lon. Lugd. Caſt. Tab. & Ind. occid. p. 3. & orient. par. 3.
Limones, Dod. gal. Cord. in Dioſ. Bellon. Rauw. Tur. Ad. Lob. Cæſ. Cluſ. hiſt. & Ind. occid. p. 9. l. 4. c. 31.
Limon arbor ex citrii genere, Cord. hiſt.

Tum facie, tum facultate Citria referunt: cujus plures differentiæ, quædam oblongiores, aſperiores, cortice craſsiore, Cucumeris aut Melonis effigie, & Limæ Adverſar. dicuntur: alii cortice læviore tenuiore, ſucco acidiore. Cordo quadruplex genus, 1. anſerini ovi forma & magnitudine: 2. minus, globoſum, utroque capite veluti umbilico inſigne: 3. ovi gallinarum figura & quantitate: 4. tertio æquale, globoſum, ſuperficie æquale.

II. Malus Limonia major dulcis.
Limones dulces, Cæſ.
Limones dulces oblongis Limis ſimiles, Cluſ. hiſt.

III. Malus Limonia minor dulcis.
Limones puſilli dulciſsimi in Zeilan, Scaliger, Lugd.
an Limonis genus in Hiſpania, vix nucis amplitudine, Cæſ.

IV. Malus Limonia folio ſerrato, fructu oblongo cortice tenuiſsimo.
Limas primum genus, Cluſ. hiſt.

V. Malus Limonia fructu rotundo orbiculato.
Limas alterum genus, Cluſ. hiſt.

VI. Limones prægnantes alium fructum minorem in ſe continentes, Cluſ. hiſt.

VII. Limones variarum figurarum toti ferè carnei, Cluſ. hiſt.

IIX. Limones citrii mali grandioris magnitudinem æquantes, Cluſ. hiſt.

IX. Limonum ſyl. in Syria provenientium, Scalig. & Lugd. meminêre.
Limones ſylveſtres non majores ovo columbino, circa Cairum, Bellon.

MALUS ARANTIA.

Aurantia fortè à corticis colore, qui colore auri relucet, ut Aurea mala verè nominari poſsint: ſive ab Arantia oppido dicta: veteribus ignota, inſitione ad nos devenerunt. Citrus enim arbor, in Aurantio inſerta, ad magnam proceritatem pervenit: Arantius verò in Citro, tam humilis, ut Aurantius unius cubiti magnitudinem non excedat.

I. Malus Arantia major.
Pomum Arantium, Trag. Eyſt. ſive Nerantium, Rauwolf.
Aurantia mala, Matth. Lac. Cæſ. Lon. Caſt. Lugd. Tab. Cam.
Aurea & Aurantia mala, Bellon. & Ind. or. part. 1.
Aureum malum, Geſ. hor. Dod. gal. (cui & malũ heſpericum) Cluſ. hiſt. & Ind. occid. p. 3. & p. 8.
Arangia, Cord. in Dioſc.
Arangius ſive Citrius arbor, Cord. hiſt.
Arantia, Tur. Lob.
Malus anarantia, Dod.
Aurantia: nonnullis in locis Indiæ integræ ſylvæ ſunt arborum aurantia ferentium: in par. 9. Ind. or. l. 4. c. 31.

Genera plura ſunt ab inſitione prodeuntia: hinc pleraque cortice amaro, craſſo, aureo: alia ſubvirente: alia cortice tenuiſsimo, ſubrubente, medulla dulci: aliqua & cortice dulci: aliqua in uno pomo duo genera botrorum habent: alia abſque ſemine ſunt. Sic & pulpæ ſapore differunt, cùm aliis acida, aliis dulcis, aliis vinoſa, ſive media ſit.

Sic in regno Congiano habentur, quæ nec dulcia, nec nimis acria: & in inſula Fayel, ſuaviſsima & ſapidiſsima: par. 3. Ind. or. c. 7. & in China poma aurea, quæ dulcedine ſaccharũ vincunt, par. 2. Ind. or. c. 25.

Ex floribus aqua elicitur, quam Lanfam vocant.

II. Malus Arantia humilis.
Aurea malus pumilio, Cluſ. hiſt.
Poma Aurantia Nana dicta, Eyſt.

III. Malus Arantia cortice dulci eduli.

Arantia

Arantia in Indiæ inſula Zeilan, cortice dulci & ſuavi, Scalig. & Lugd.
Aurea malus eduli cortice, Cluſ.hiſt.

IV. Malus Arantia unico grano.
Aurea malus μονοσπερμόφορος, Cluſ.hiſt.

Malo Arantio ſimiles exoticæ.

I. Malo Arantio parvis fructibus ſimilis.
Aracinappil Indorum.

II. Arbor peregrina Aurantio ſimili fructu, Cluſ.ex.l.1.c.13.

E Nigritarum regione delata, pulpa fungoſa, nonnullis granis ut in ficulneis permixtis.

III. Coru foliis mali aureæ, flore luteo, Acoſtæ: at Garzias & Fragoſus, & Caſtor, folia mali perſicæ, flores candidos tribuunt, uterque radicis cortices ad ventris profluvia commendat: Luſitanis Herba Malanarua, Caſtori.

IV. Carcapuli, Acoſtæ, Lugd. app. Caſt. fructu malo aureo æmulo.
Carcapuli, Linſc.4. par. Ind. or. cui fructus ceraſi magnitudine: & fig.17. iconem exhibet.

V. Guyabo pomifera Indica.
Guyabo arbor, at fructus Guyaba dicit. Oviedo.
Guajava, Scalig. Lugd. Cluſ.hiſt.ap.1.
Guayavas, Monardi, Lugd.ap.Frag.
Guayavos, Gomaræ, & par.4. Ind.occid.cap.28.

Alia ſativa, alia ſylveſtris: ſic alia pomis longiuſculis aut rotundis, luteis aut viridibus: pulpa aliis rubra aliis candida.

Malus Adami.

Adami pomum vulgo dicitur, quia cortex rimis quibuſdam exaſperatur, ac ſi dentibus demorſus eſſet, quare pomum, quod Adamus in Paradiſo deguſtavit, eſſe exiſtimant.

Pomum Adami, Matth. Cord. in Dioſc. Bellon. (qui à Citriis ſive Poncires diſtinguit) Rauwolf. Caſt. Lugd.
Citrius altera, Cord.hiſt.
Malus Aſſyria, Dod. Tab.
Pomum Aſſyrium, Ad. Lob.
Poma Adami quæ Gallis Poncires, Cluſ.hiſt.

A Limonibus natura & viribus non multum differt, foliis Limonii, floribus Citrii fructu Arantii, ſed duplo triplóve majore.

MALUS PUNICA.

Malus punica, Græcis ῥοιά, *Dioſcoridi l.1.c.151. & Theoph.* ῥοὰ *quo nomine & fructus donatur. Hippocrates l.16. de nat. mulieb.* σίδας *appellat. Plinio l.13.c.19. Africa circa Carthaginem punicam malum cognomine ſibi vendicat, aliqui Granatum appellant. Communiter malum granatum, ab interiorum granorum multitudine: aliis à Granata Hiſpaniæ regione, quod in ea copioſè proveniat. Hanc Theoph.1.hiſt.3. ſic deſcripſit: radicem habet brevem & per ſumma terræ adhærentem: 1.hiſt.5. caudices multos: 1.hiſt.8. ſed contortiores & breves: 1.hiſt.14. verum in ramos ſpargitur & molem ſuperiorem, grandioremq́; geſtat: 1.hiſt. 6. folia anguſta ſunt: 1.hiſt.17. fructus ex humore & cute conſtat: 1.hiſt.18. & acinos habet: 1.hiſt. 22. verum ſuper fructum ipſum florem inſidentem emittit: 1.hiſt.23. & ex annotinis fructus gignit, &c.*

Genera: Dioſcorides dulcia acida & vinoſa recenſet: & Theoph. 1.hiſt.19. ſuccus acidus eſt: & 2.hiſt.3. & 4. in Aegypto acidam in dulcem quodammodo, aut vinolentam converti: in Cilicia omnes ſine nucleo ſurgunt, neglecta vero in ſylveſtrem tranſit: 1.cauſ.15. nonnunquam etiam fructum ſecundum oſtendit: 5. cauſ.16. & punicæ dulces magis putreſcunt quam acidæ &c. Plinius l.c. diviſit in genera, Apyrinon vocando, cui lignoſus nucleus adeſt: ſed candidior ei natura & blandiores ſunt acini, minusq́; amaris diſtincti membranis: alia ſtructura eorum, ut in favis. Communium & nucleos habentium quinq́; ſpecies, dulcia, acria, miſta, acida, vinoſa. Samia & Aegyptia diſtinguuntur erythrococcis & leucococcis. vide & lib.23.c.6. Verum cum plures partes hujus in uſum medicum veniant, nominibus diſtinctæ, de his paucis.

Flores ſativæ punicæ, κύτινοι *dicuntur Dioſc.l.1.c.152. & Gal.6.ſimplic. at Gal.6.* κατὰ τόπους, *Cytinus fructus rudimentum eſt, quod deciduo flore primum apparet & formatur: quæ Celſus, mali punici capitula vocat: & Plinio l.23.c.6. primus pomi hujus partus florere incipientis, Cytinus vocatur Græcis: & in hoc ipſo Cytino floſculi ſunt, antequam ſcilicet malum ipſum prodeat, erumpentes, quos Balauſtia vocari diximus. Verum* Βαλαύστιον, *ſylveſtris punicæ flos eſt Dioſcoridi l.1.c.154. cujus complura ſint genera, candidum, rutilum & colore roſaceo: & ex Cytino ac Balauſtiis, velut ex Hypociſtide ſuccus ad eadem efficax elicitur. At officinæ citra diſtinctionem Balauſtia nominant, quibus Cytinorum appellatio de ſativis ignota eſt.*

Mali punici putamen, quod tanquam corium ſit, cortice durius, nucis involucro tenerius, Malicorium vocant, quod Græcis, nunc σίδιον *Dioſc.l.1.c.153. monente, nunc* τὸ τῆς ῥοιᾶς λέμμα, ἀπὸ τοῦ λέπειν *dicitur. Marcellus medicus,*

dicus, caliculos punici vocat. Plinio l.c. vulgus ex punicis acerbis coria perficere novit, ob id Malicorium appellant Medici: Officinis, Pſidion.

I. Malus punica ſativa.
Malus punica, Trag. Matth. Dod. ut: Cord. hiſt. Geſn. hort. Tur. Lon. Lug. Cam. fl. ſimplici, Eyſt.
Mala punica ſive granata, Cord. in Dioſc. Bellon.
Malum punicum, Ad. Lac. Lob. Caſt.
Malus granata, Rauwolf. Tab.
Punica quæ malum granatum fert, Cæſ.
Poma ſive malus punica, Ind. occid. par. 8.

Differunt potiſsimum in ſucco, aliis acidus, aliis dulcis, aliis mixtus, medio quaſi ſapore, quem vinoſum vocant: & quæ medii ſaporis, Arabes Muza, voce μύσον corrupta, appellant. Mala punica majora in regno Congiano habentur.

II. Malus punica ſylveſtris.
Punica ſylveſtris, Cord. hiſt. Rauwolf.
Pomum granatũ ſyl. cujus flores Balauſtia, Ang.

Sativæ per omnia ſimilis, ſed ſpinis horridior in Syria circa Alepũ, Africa & Hiſpaniæ regno Granatæ.

III. Balauſtia flore pleno majore.
Malus granata ſyl. flore pleno, Rauwolf.
Balauſtium, Lob. belg. Tab. Eyſt.
Balauſtium orientale, Caſt.

Punica flore adeo multiplici folio, ut Roſæ videantur centifoliæ, colore ſaturato.

IV. Balauſtia flore pleno minore.
Balauſtium flore minore Romanum, Eyſt.

Foliis atrovirentibus, calice craſsiore, flore minore, triſtiore ſaturata purpura punicante à priore differt.

V. Malus punica fructu maximo, granis aureis.
Malus aurea, Dod. qui Palam Arienam Plinii ſuſpicatur, quæ tamen potius Muſa eſt, quæ nullo eſt intus nucleo vel ſemine. Illa verò grana Mali punici majora obtinet. Quid ſit ignoro.

P Y R U S.

Pyrus, Græcis ἄπιος, & de arbore & de fructu, ſed propriè de ſativa dicitur: nam ἀχρὰς pyrus agreſtis eſt (Pyraſtrum Gaza reddit) Dioſcor. l. 1. c. 167. & 168. & Theoph. pluribus locis: quæ tamen differentia non ſemper obſervatur. Ἄπιος autem dicitur Euſtachio, quaſi non habens πιότητα pinguedinem: alii ab Apia regione deducunt, quod ex ea primum hæc arbor allata fuerit. Sic Pyra multis à fructus figura, quod ad pyramidis ſimilitudinẽ à lato in acutum ſpectet, & in mucronem turbinetur: & quemadmodum Mala, brevi pediculo annectuntur: ſic Pyra longo pediculo pendent. Eſt autem Pyrus Theoph. 1. hiſt. 5. natura fructificoſa: 1. hiſt. 16. foliis orbiculatis: 1. hiſt. 21. floribus foliatis: 1. hiſt. 18. ſeminibus congeſtis, quæ aliquo putamine & tunica continentur: 1. cauſ. 23. quæ omnia ferè pulpis plenioribus includuntur, quo plus temporis perdurare valeant, &c.

Genera pyrorum multa ſunt, Dioſc. l. 1. c. 177. addit Theoph. 4. hiſt. 6. majorem in modum, bonæq; frugis, præterquam ſi quæ ſerotinæ. Plinio l. & cap. 15. ſunt Superba, parva ſed ocyſſima: cunctis autem Cruſtumina gratiſſima: proxima iis Falerna à potu, quoniam tanta vis ſucci abundat: lactea, a candore vocantur: alia colore nigro donavit Syria: reliquarũ nomina aliter in aliis atq; aliis locis appellãtur. Sed cõfeſſis urbis vocabulis auctores ſuos nobilitavêre Decimana: Dolabelliana lõgiſſimi pediculi: Pompejana cognomine mãmoſa: Liceriana: Severiana & quæ ex his nata ſunt Tyranniana, longitudine pediculi diſtãtia, Favoniana rubra, paulo ſuperbis majora: Lateriana, Anitiana poſt Autumnalia acidulo ſapore jucunda. Tiberiana, quæ maximè Tiberio principi placuere. Patria nomina habent ſereniſſima omnium Amerina, Picentina, Numantina, Alexandrina, Numidiana, Græca & Achrade ſpinoſa arbore: & in iis Tarentina, Siguina, quæ alii à colore Teſtacea appellant: ſicut Onychina a colore gemmæ onychis, purpura. Ab odore Myrapia, Laurea, Nardina: à tempore Hordearia, quæ cum hordeo matureſcunt: à collo Ampullacea & Coriolana &c. Multo plura ſunt hodie, imo infinita in tota Europa Pyrorum genera, quæ magnitudine, figura, oblonga, rotunda, orbiculata: odore: ſapore, dulcia & ſucculenta, acida: ſic alia ſicca, alia pinguia: colore, & tempore quo matureſcunt, alia tempeſtiva, alia ſerò matura, alia ſubito pereunt, alia ſervari poſſunt, differunt: & a primis inventoribus, regionibus, aliisq; notis nomina invenere, quæ ſigillatim explicari non poſſunt, cum qualibet regio ſua habeat, & qualibet urbs peculiaria nomina iis tribuat. Apud Germanos enim quamplurimæ differẽtiæ occurrunt ut videre eſt apud Tragum. Sic Val. Cordus quinquaginta, Joh. Bauhinus lib. de balneo Bollenſi, ſupra quadraginta. Tabernæmõtanus ſeptendecim differentias propoſuit. Noſtri inprimis magnifaciunt ea quæ ab odore & ſapore Moſchatellina, quæ Superba Plinii videntur: dein quæ à forma ovi Ovata dicuntur: tum quæ Speckbiren, *id eſt, Lardina nominantur: tandem* Keaeßbiren *ſive Regalia (Regia & Regulana, Geſ.) ex quorum ſucco Electuarium ſuaviſſimum paratur. Sic Galli ſua habent, in primis Bonchriſtiana cognominata Carol. Stephano & Lugdun. ut videre eſt apud Car. Stephanum, Ruellium, & in hiſtoria Lugdunenſi. Itali ſua, de quibus Matthiolus & Cæſalpinus.*

I. Pyrus

I. Pyrus ſativa.
Pyrus, Brunſ. Dod. ut: Cord. hiſt. Geſn. hort. Lon. Cæſ. Lugd.
Pyrum, Tur.
Pyra, Mat. Ang. Cord. in Dioſ. Lac. Ad. Lob. Caſt.

II. Pyrophylla, ad imitationẽ Plinii l.15.c.14. Malorum genera recenſens, Melofolia nominat quibus folium unum aliquando geminum erumpit è latere medio.
Pyra è quorum medio corpore folium exoritur, Dalech. in Plinium, Cam.

III. Pyra, quæ comeſta ventrem ſubducunt,

IV. Pyrus ſylveſtris. Cam.
Ἀχρὰς & ὄχνη dicitur: ὄχνη quidem à verbo ἄγχειν ſtrangulare, quod acerbitate ſua propemodũ ſtrangulet: attamen inter ἀχρὰς & ὄχνη ſunt qui differentiam faciunt: Achradem pyri ſpeciẽ quãdam facientes ex Dioſcoride (ut Cæſalp. & Lug.) quæ ſpinis quidem agreſtis modo, horrida ſit, ſed fructu pulcherrimo & optimo: ὄχνη verò, ſpinis armata, omnino ſyl. fructu puſillo, nec eduli, aliquando mediocris altitudinis, ſæpius humilis arbuſcula. Quamvis Ἀχρὰς Ariſtoteli 8. hiſt. 6. de pyro ſyl. & ὄχνη, Homero etiam de pyro hortenſi dicatur. Deducitur autem ἀχρὰς, ab α privativo & χρῆσις, id eſt, uſu: eò quòd ejus fructus uſus nõdum eſſe cœperit inter alimenta humani corporis, niſi forte extrema fame urgente.
Pyraſter Gazæ, ἀχρὰς Theoph. 1. hiſt. 13.
Pyra ſylveſtris, Ang.
Pyra ſylveſtris major, Tab.
Pyra ſyl. & pyra ſyl. minima, Tab. Ger.

V. Pyra ſyl. Cretica.
Pyra exigua à Cretenſibus Achlades nominata, à noſtris diverſa: apud quos aliàs pyra ſyl. Agaluga appellantur, Bellonio.

Pyro ſimiles exoticæ.

I. Pyro ſimilis ex Guinea.
Lata, fructus exoticus 7. Cluſ. ex. l. 2. c. 22.

II. Pyro ſimilis fructus in nova Hiſpania nucleo magno.
Palto arbor cujus fructus benè maturus pyrum majuſculum refert, qui maturus butyrum æmulatur, in inſula S. Dominici: at in Peru grandiores ſunt, cute duriuſcula: in Mexico minores cute teneriore, par. 9. Ind. occid. l. 4. c. 24.
Melocotones ſeu Pyra Indica ſunt Mameyen, Guayanen, & Palten, Idem.

III. Pyro ſimilis fructus alter in nova Hiſp. Annona ſive Guanavano pyri magnitudine, pulpa butyri modo, cui grana plurima nigricantia includuntur: Joſeph. Acoſta l. 4. c. 25.
Mangier blanco eſt Annona ſive Guanavana, p. 9. Ind. occident. l. 4. c. 25.

IV. Pyro ſimilis fructus in Virginea.
Metaguesunaux, fructus pyriforma & magnitudine, impensè foris & intus rubens: par. 1. Ind. occident.

V. Fructus in inſula S. Mariæ, pyra majora referens, intus mucculentum: par. 3. Ind. or. 10.

MALUS PERSICA.

Malus Perſica, Græcis περσικὴ μηλέα: & Perſicus, Palladio: & fructus Perſicum malum, περσικὸν μῆλον, Dioſc. l. 1. c. 164. At Theoph. 2. hiſt. 3. περσικὸν (Perſicum Gaza reddit) Aegypti ſterileſcit: 3. hiſt. 5. ſed aliquando ibi & locis proximis fructificat: quanquam in Rhodo uſq; florem duntaxat devenit: ſed diſtinguere oportet à Perſea, quemadmodum ex Theoph. 4. hiſt. 2. colligere eſt: & Plinius l. 15. cap. 13. apertiſſimè diſtinguit: falſum eſt (quod Nicander & Soſtrates prodidère) venenatam cum cruciatu in Perſis gigni: id enim de Perſea diligentiores tradunt, quæ in totum alba eſt, myxis rubentibus ſimilis, nec extra orientem naſci volunt, &c. ſemper autem folia habet & poma ſubnaſcentibus aliis. Et Rauvvolffius commemorat, Perſas etiam hodierna die Perſeam à Perſico arbore diſtinguere quamvis etiam à Perſicorum eſu abſtineant, Nimrodi veneficio infecta & noxia effecta opinantes. Plinius l. 15. c. 13. in totum quidem Perſica peregrina etiam Aſiæ Græciæq; eſſe ex nomine ipſo apparet, atq; ex Perſide advecta: & mox: Perſica arbores ſerò & cum difficultate tranſeunt, ut quæ in Rhodo nihil ferant, quod primum ab Aegypto earum fuerit hoſpitium: & lib. 16. c. 26. Perſicæ arbores in Rhodo florent tantum.

Genera: Plinio l. 15. c. 12. perſicorũ palma duracinis: nationũ habent cognomen, Gallica & Aſiatica. At Perſicorũ differẽtiæ plures ſunt, quæ magnitudine (ſi quidẽ alia majora, alia minora ſint) figura, q̃dã orbiculata, rimula quadã à latere q̃dã in rotũditate oblõga, Cariota cognominata: colore: ſapore, dulcia, acida, vinoſa, auſtera, amariuſcula: maturationis tẽpore & ratione oſſis differũt. Sunt enim alia p̃cocia, alia ſerotina: p̃cocia, alia ſapore mali Armeniaci alia admodũ dulci & ſuavi. Serotina alia majora, etiã pugni magnitudine, ut Ungarica: alia minora: majora vel alba, vel flava, vel modico rubore aſperſa ſunt, quæ Sole ſpectant, & intus in oſſis cõtactu, vel buxea, & q̃dẽ pulpa candida, lu-

dida, lutea rubea. Sic minora, vel rubra ſunt, vel flava. Ratione oſſis: ſic in aliis integer & facilè à carne recedit: in aliis à carne ſeparari nequit, & quidem in aliquibus nucleus diſruptus, in quibuſdam per medium diviſus reperitur. Perſica Perſianis Hel dici, Rauvvolffius monet.

I. Perſica molli carne & vulgaris, viridis & alba.
Perſicus, Brunf. Amygdalus persica. L. 676
Perſica arbor & ejus 1. genus, Trag.
Perſica, Fuch. Ang. Lac.
Perſica malus, Geſ. hor. Ad. Lob. Lugd. Tab. quæ alba, & Ger.
Malus Perſica, Dod. ut: Tur.
Perſica viridia & alba, Matth. Caſt.
Perſicus alba & popularis, Lon.
Perſicæ 1. genus, Cæſ. & vulgare, Lugd.

II. Perſica ſucco quaſi ſanguineo.
Perſicæ tertium genus, Trag.
Perſica ſanguineo ſucco madentia, Matth.
Perſica Ungarica ſanguineo ſucco, Geſ. hor.
Perſica in totum ſaturato colore rubentes, Dod.
Perſica Carota, Caſt.
Perſica rubra, Lon. Tab. ſive ſanguinea, Cam. ep.
Perſica præcocia, Ger. ico.

Hæ duæ ſpecies lanatæ ſunt, carnem ſuccoſam & flaccidam habent, quæ communiter à nucleo tota recedit: & alia ſunt magna, alia parva: quædam prorſus viridia, quædam alba: quædam maculis rubris picta: alia carne alba flaveſcente: alia rubra, ut ſanguinolenta videantur: & hæc nucleo eſt alias foris rubente, alias nigro.

III. Perſica dura, carne candida, aliquando ex albo ſubrubente.
Rhodacina, Ægin. Aëtio.
Perſica duracina, Matth. Ang. Bellon. Geſn. hort. Lon. Caſt. Cæſalp.
Perſicorum 2. genus ſive duracina, Lugd.
Duracina alba, Tab.

Duracina ob carnem duriorem ſic nominata, quæ Rhodacina dicta, aut ob odoris ſuavitatem, aut quod plerunq; rubro colore alterna ſui parte niteant: aliquando pugni magnitudine, & fructu anguloſo, circa os rubente, quod aliquando per medium diviſum, aliquando in partes diſruptum reperitur, & à noſtris Perſica moſchata dicuntur: Horum ut & ſequentium caro dura & nucleo tenaciſsimè adhæret: quæ aliquando etiam intus ſaturatè rubet.

IV. Perſica dura carne buxea.
Perſica cotonea, Matth. Caſt. Lugd.
Perſica Ungarica colore aureo, Geſ. hor.
Perſica buxea à Cotoneis denominata, Cæſ.
Perſica cydoniaria, Tab.
Perſica lutea, Ger.

V. Perſica æſtiva Armeniacis ſimilia, ſive Perſica S. Johannis.
Perſicæ 4. genus, Trag.
Perſica pumila, Cam.
Perſica præcocia, Tab. Perſica rubra, Ger.
an Perſica minima, Cord. hiſt.

Saporem pene ſimilem cum Armeniacis habent, ſed ex eo genere non eſſe, nucleus ſcaber & ſtriatus oſtendit, &c.

VI. Nuciperſica, quod nucum juglandium faciem repræſentet. Amygdalus persica β. L. 676
Nuciperſica, Matth. Lugd. Caſt.
Perſica nux, quæ Antiperſica Averni, Ang.
Perſica præcocia, nuciperſica, Cæſ.

Hæc etiam nulla lanugine pubeſcunt, & colore & ſapore Perſica cotonea referunt.

VII. Perſica Amygdaloides.
Perſica amygdala, Matth. Lugd. Caſt.
Amygdalus perſico inſitus, Geſ. hor.
Amygdaloperſicus, Cam.

Pulpa Perſicũ, nucleus Amygdalam dulcẽ ſapit.

Perſicæ ſimiles exoticæ.

I. Perſicæ affinis in Taprobana.
Arbor Gehuph Indis Cobban, Thev. Lugd.

Fructu eſt rotundo, in quo nux Avellanæ par, nucleo amaro: gũmi ex arbore utiliſsimũ manat.

II. Perſicæ ſimilis putamine villoſo.
Magnas, Garz. Caſt. Frag. Acoſtæ, Linſc. p. 4. Ind. or. c. 7. fig. 14. item 5. & 8. par. Ind. orient. Rauwolf.
Manga, Scalig. = Mangifera indica, L.
Manges, par. 7. Ind. orient.
Exoticus fructus 4. Mangas, Cluſ. ex. l. 2. c. 16.
an Mangenas fructus: par. 5. Ind. orien.
Fructus verò Ambo & Amba vocatur.

Genera ejus plura, aliquando ab una arbore colore diverſo prodeunt, ſubvirides, flavi, ex viridi rubentes: ſine nucleo ejus generis reperiri Acoſta ſcribit: biferæ meminit Garzias.

III. Mangas aliud genus.
Mangas Recheadas ſive Mangas in Achar, Linſcot. 4. par. Ind. orien. 7.

IV. Mangas fructu venenato.
Mangas ſyl. aliud genus, Acoſtæ, Lugd.
Mangas bravos, Palud. in Linſcot.

V. Perſici

V. Perſici oſsiculo fructus Malacenſis.
Jambos, Garz. Frag. Acoſtæ, Lugd. Linſcot. par. 4. Ind. or. c. 9. fig. 13.
Jambeir arbor, fructus Jambos, Luſitanis; Jambali, Malabarenſibus, Acoſtæ.
Jambos, Arabibus: Tupha, Indis: Perſis, Tuphat: Turcis, Almat, Palud. in Linſcot.

Duûm generum: unus obſcurè rubet: alter ex candido rubeſcit, oſsiculo ut in Perſico, Garziæ: at Paludano, alterius fructus completè rubet & nucleo caret: alter levius purpuraſcit, & roſam ſpirat.

VI. Goan arbor & fructus, ex cujus cineribus Tuthia Alexandrina conficitur, Garziæ.

VII. Guajanos in Hiſpania nova, fructus granis duris, minora poma æquantibus, prægnans: ac in Peru hujus arboris facies diverſa, par. 9. Ind. occid. c. 24.
Perſicorum genera omnia in nova Hiſpania & Peru, ut Melocotones, Albercokia & ſimiles: exceptis Ducaſnos qui è Perſicorum genere ſunt, par. 9. Ind. occid. c. 31. Sic in Angra perſica copioſiſsima eſſe, ſcribit Linſc. par. 3. Ind. or. c. 6.

IIX. Matos ex claſſe Guayanorum & parvi albicantes Guaynavilli, naturæ frigidiuſculæ: Joſeph. Acoſta l. 4. c. 24.

PERSEA.

ARbor PERSEA, περσέα Græcis, quæ à Perſica diverſa eſt, licet Theophraſtus utramq; περσέας nominet: at Gaza loco priori Perſicam, altero Perſeam tranſtulit. Dioſcoridi l. 1. c. 187. περσέα arbor eſt in Aegypto fructum ferens cibo idoneum, quem aliqui prodiderunt in Perſide exitioſum eſſe, tranſlatam verò in Aegyptum naturâ mutatâ edulem fieri. Et Theoph. 4. hiſt. 2. eſt in Aegypto alia arbor Perſea vocata, aſpectu magna & pulchra, ſed maximè ſimilis pyro, & foliis, & floribus, & ramis, ſed folio perpetuo &c. fructus pyri magnitudine, figura oblongus, Amygdali ſpecie, colore herbidus, intus nucem habet quemadmodum prunum, ſed multò minorē & molliorem, carnem valdè dulcem &c. Galenus 2. κατὰ τόπους fructu eſt pyri aut mali magnitudine, noxia in Perſide, veſca in Aegypto.

Perſea, Matth. Lonic. Rauwolf. cui Sepha Perſianis.
Perſea America Matthioli, Lugd.
an eadem cum Perſea Plinii & Plutarchi?
Perſea, Cluſ. hiſp. & hiſt. Ad. Lob. Caſt.
Perſea America Cluſii, Lugd. hic fructum Cuciophorę adpingit, quod Cluſius in hiſtor. nō probat.
Perſea Plinii, Cæſ. qui dubitat an Anacardiū ejus fructus ſit.

Hujus folia à Doctore Jo. Anatolio Privæo, inſigni apud Veſuntinos Medico & Botanico, unà cum quibuſdam bulbis anno 1622. accepimus.

AMYGDALUS.

AMYGDALUS, Græcis ἀμυγδαλέα, & per contractionem ἀμυγδαλῆ vocatur: fructus ἀμυγδάλη & ἀμύγδαλον: Latinis amygdala & amygdalum. Amygdalam ideo Græcis nominari Herodianus ait, διὰ τὸ ἐν τῷ μετὰ τὸ χλωρὸν ὥσπερεὶ ἀμυχὰς ἔχειν πολλάς, quod poſt viride putamen, nucleos ſcarificatos oſtendat & in rimulas dehiſcat, quas τὰς ἀμυχὰς vocant, Athenæo lib. 2. teſte. Antiqui, nucibus (ob oſſeum corticem) adnumerant, quas Cato Nuces Græcas vocavit, & Plinius l. 15. c. 22. tertio loco recenſuit. Amygdalus Theoph. 7. hiſt. 12. inter arbores potiſsimum, vel ſola ante folia flores emittit, vel unà cum foliis: 1. hiſt. 21. flores foliati ſunt: 1. hiſt. 23. & fructum ex ſurculis annotinis habet: 1. hiſt. 18. & ei ſemen protinus poſt tegmen ambiens ſubeſt: ſed non nudum, verùm ligno obductum. Idem oſtendit, quomodo diminutione ex amaris dulces efficiantur: 2. hiſt. 8. 1. cauſ. 21. 3. cauſ. 23. 5. cauſ. 24. & Plinius l. 17. c. 17 ſic etiam neglecta, ex dulci amara redditur, 2. cauſ. 20. Et Plinio l. 16. c. 25. floret prima omnium amygdala, menſe Januario: Martio verò pomum maturat. Sunt autem duplices, dulces & amaræ, ut ex Dioſcor. l. 1. c. 176. Theoph. & Plinio locis citatis colligitur: hæ ſalubriores, illæ ſuaviores creduntur. Naxia Amygdala, à Naxo inſula veteribus Græcis maximè commendabatur: ſecundas partes Cypria ſibi vendicabat, quæ præter cæterorum morem repando cacumine prodit.

I. Amygdalus ſativa.
Amygdalus, Brunf. Trag. Dod. ut: Cord. in Dioſc. (cui & Nux Græca) Geſn. hort. Lon. Ad. Lugd. Cam. Tab.
Amygdala, Matth. Ang. Tur. Lac. Bellon. Lobel. Cæſ. Caſt. Eyſtett.
Amygdala ſativa, Rauwolf.

Sunt majores & minores: laudantur majores, quæ lanugine carent, idcirco Pruno inſeruntur. Amygdalas minores, tam amaras quàm dulces, & quidem aliis triplo minores, adhuc putaminibus ſuis incluſas, ex Aſia afferri, teſtatur Cordus in ſua

hiſtoria. Sic Geſnerus meminit Amygdali nuces rotundas ferentis. Nunc dulces habemus duplices, vel duro, vel molliore putamine.

II. Amygdalus ſylveſtris.
Amygdalus ſyl. in ſepibus Tripolitanis, Rauwolf.

III. Amygdala Peruana.
Fructus exoticus Hiſpalenſis 2. Cluſ. ex. l. 2. c. 18.

IV. Amygdalæ Guyanenſes, Cluſ. ex. l. 2. c. 6.

V. Amygdalo ſimilis fructus Peruanus fuſcus vel ſpadiceus, linea candida.
Fructus peregrinus 9. ſive Pepitas del Peru, id eſt, acini Peruiani, Cluſ. ex. l. 2. c. 30.
Fructus peregrinus 9. in tab. 3. Lugd. Tab. Ger.

VI. Amygdalis ſimilis Guatimalenſis.
Avellana Mexiocana cujus fructum indigenę Cacao appellant, quæ Palmarum naturam obtinet, Guiland. pap.
Cacavate Bēzoni, Lug. Ind. occid. p. 5. vel l. 2. c. 16.
Cacao, Ioſ. Acoſtæ, vel Ind. occid. p. 9. l. 4. c. 22. Cluſ. ex. Lug. Tab.

Fructus ſiliquis incluſus Amygdalarū ſpeciem refert, cujus integræ naves plenæ ex Guatimala afferuntur, cum hac in nova Hiſpania mercatores negotiantur, cum ipſis monetæ uſum præbeat & eleemoſynæ loco pauperibus diſtribuant: quare per univerſam Americam multi uſus: imò ex eo potum conficiunt quem Chocolate nuncupant: Benzoni, Lugd.

VII. Amydalis ſimilis cortice ſpinoſo.
Amygdalæ ex Andes: par. 4. Ind. occid. l. 4. c. 26.

MALUS ARMENIACA.

Malus Armeniaca, μηλέα ἀρμενιακὴ, & fructus μῆλα ἀρμενιακά. Dioſcorides l. 1. c. 165. Perſeis ſubjungit: minora quæ ἀρμενιακὰ, Romanis πραικόκκια dicuntur: Latinis præcocia, quòd ante alios fugaces fructus matureſcant: nominantur & Præcoqua: Galenus inter Perſica repoſuit, ut & Plinius l. 15. c. 12. inquiens: poſt autumnum (ſcil. Perſica) matureſcunt, æſtate præcocia, intra triginta annos reperta, & primo denariis ſingula venundata. Supernatica è Sabinis veniunt: popularia undique: pomum innocuum expetitur ægris. His verbis Plinium duo Præcocium genera indicare, Dalechampius voluit: alterum Supernas, amplum & magnum, quod è Sabinorum locis advehebatur, vulgo Armenium majus: alterum vulgare, parvum & ſtrigoſum, etiam Armenium dictum.

I. Mala Armeniaca majora.
Armeniaca, Ang. malus, Matth. Lac. Bellonio ab Armeniis dicta.
Armeniaca majora, Cam. Tab. Eyſt.
Armen. major Baracocca vulgo, Cæſ.
Malus Armeniaca major, Matth. ep. Ad. Lugd.
Mala Armeniaca maxima, Geſ. hor.

Hæc mole corporis & ſuavitate pręcellunt, & ſapore differunt à minoribus quæ ſapore auſteriore ſunt, quæ ſine cultura & inſitione exigua ſunt.

II. Mala Armeniaca majora, nucleo dulci.
Malus Armeniaca candicantia nucleo oblongo dulci ut in Amygdalis, Geſnero.

III. Malus Armeniaca minor.
Præcocia, Brunf. Ang.
Perſica minora, Brunf.
Perſicus præcox vel Armenia, Geſ. ap.
Perſici 4. genus, Lon.
Armeniaca minora, Matth. Cam. Tab.
Mal⁹ Armeniaca, Dod. ut: Tur. Cord. in Dioſ. Lobel.
Malum Armenium vel præcoquum commune, Geſ. hor.
Malus Armeniaca minor, Ad. Lugd.
Armeniaca, Cæſalp.

PRUNUS.

PRUNUS κοκκυμηλέα Dioſcoridi l. 1. c. 174. nota arbor eſt, cujus fructus eſculentus eſt. Fructus κοκκύμηλα pruna dicuntur. Theoph. 3. hiſt. 16. folia ſimilia habet Arbuto & Andrachne, arbor parva: 1. hiſt. 18. ſemen habet carne & nucleo interjacente: 1. hiſt. 29. ſuccum dilutum: 1. hiſt. 22. ſuper fructum ipſum florem inſidentē emittit: 3. hiſt. 7. radice numeroſa. At 4. hiſt. 3. eſt & alia quædam arbor κοκκυμηλέα magna, fructum ferens ſimilem meſpilo, majorem, nucleum habens rotundum &c. Eidem 9. hiſt. 1. προύμνης (pruno Gaza) humor in lachrymæ modo gignitur.

Genera: Dioſcorides Syriacorum, & eorum quæ Damaſci naſcuntur, meminit. At Plinio l. 15. c. 13. Prunorum ingens turba verſicolor, nigra, candicans: hordeacea appellata: alia eodem colore majora aſinina cognominata: ſunt & nigra, ac laudatiora cerina atq; purpurea: nec non Armeniaca, &c. ſic nucibus inſita, ab utroque nucipruna appellata, &c. nuper in Bœtica malina appellari cœperunt, malis inſita, & alia amygdalina, amygdalis: his intus in ligno nucleus amygdalæ eſt: in peregrinis arboribus dicta ſunt Damaſcena &c. & pruna omnia poſt Catonem cœpiſſe manifeſtum eſt.

Recentio-

Recentioribus, pro diverſitate regionum plures ſunt differentiæ, & quidem inexplicabiles, vario cultu & ſtudio inſerendi (cùm & nuci, & malo, & amygdalo inſerantur, quæ faciem parentis, ſuccum adoptionis, ut Plinius dicit, exhibet) inventæ: nam variant magnitudine, figura, colore, ſapore: magnitudine, ſunt magna, media, parva. Figura, longa, rotunda, acuminata. Colore, alba, viridia, lutea, ceræ coloris, rubra, ex punico rubentia, caſtanearum coloris, cærulea, ex cæruleo nigricantia. Sapore acida, dulcia, medii ſaporis, auſteriora: ſic caro in quibuſdam ſiccior, facilè ab oſſe ſeparabilis, aliis humidior & pertinacius adhærens. Ita alia alvum ſolvunt, quæ dulcia: alia eam cohibent, quæ auſtera & acerba. Sunt carne Pruni & cute ſubviridi Pruni, ſed nucleo Perſici quæ Prunoperſica, Adverſ.

I. Prunus, Brunf. Trag. Matth. Dod. ut: Tur. Lon. Caſt. Lugd.
Prunus ſativa, Fuch. domeſtica, Lob. Ger.

II. Pruna magna dulcia atrocærulea.
Brabyla, Theocrito.
Pruna Damaſcena, Trag. Matth. Dod. gal. Cord. in Dioſc. Lugd. Ger. del.
Palma datur Damaſcenis, quæ ex Syria Venetias ſicca adferuntur, quæ nucleo ſunt longo & plano potius quàm rotundo, Bellonio monente: ſecunda quæ ex Pannonia (Ungarica quæ etiam Damaſcena, Cord. in Dioſc.) & Tranſylvania adferuntur, ex Matthiolo Lugdun. at Dodonæus ex Thoma Jordano, Moravica magis ad alvum leniendam commendat. Pruna Ungarica & Moravica. Cam. quæ
Pruna Brunenſia, Cluſ. hiſt.
Pruna Ungarica duplicia, majora & oblongiora, alia minorà, rotundiora & dulciora, Matth. Geſn. hort. Lugd.

III. Pruna parva dulcia atrocærulea: hæc nucleum parvum, non multo Ceraſo majorem habent, & à noſtris Damaſcenula vocantur.
Pruna Damaſcena noſtratia, Bellon.

IV. Pruna magna craſſa ſubacida.
Pruna Ungarica præſtantiſsima, Damaſcena fortè, Geſ. hor.
Huc referri poſſunt Pruna acida in inſula S. Claræ, Ind. occid. p. 9. additam.

V. Pruna oblonga cærulea.
Prunidactyla, Trag.
Prunidactyla purpurea & ovata, Lugd. qui Noberdiana & Juliana addit.
Hæc oblonga ſunt, nucleo oblongo, aliquantum incurvo, quæ etiam condita Veſuntio, ubi Dactyli vocantur, adferuntur.

VI. Pruna nigra carne dura.
Pruna Iberica & Pertigona vocata, Trag.
Pruna Hiſpanica, Dod. gal.
Pruna Perdigona, Lugd.
Pruna pernicona vulgo, Cæſalp. quibus addit Maſsiniana, iis grandiora.

VII. Pruna coloris ceræ ex cãdido in luteum palleſcente.
Pruna cerea & Ceriola, Trag. Dod. gal. Lug. Tab.
Prunà cerea, Cord. in Dioſ. Geſ. hor.
Pruna amygdalina, Ger. ico.
Hæc duplicia; præcocia, quæ majora, & ſerotina, quæ minora, Camer. epit. Reperiuntur quoq; magnitudine ovi gallinacei, aut etiã anſerini, Geſ. hort. ſic quæ juxta pediculum in longitudinem extenuantur, ut Damaſcena & Catelana colore ſubviridi, Cæſ.

IIX. Pruna magna rubra rotunda.
Pruna aſinina, Trag. (& Pedicularia) Dod. gal. Lugd.
Pruna aſinaria, Cæſ. quibus addit Gubia inguſtabilia.

IX. Pruna rotunda, flava, dulcia, mali amplitudine.
Pruna à malis cognominata, Cæſalp.

X. Pruna Auguſto matureſcentia minora & auſteriora.
Pruna Auguſtana & Albanula, Cæſalp.

XI. Pruna parva præcocia.
Pruna præcociora, à tempore avenacea dicta, Geſ. hor.
Prunus avenaria, Tab.

XII. Pruna parva ex viridi flaveſcentia.
Pruna parva ſerotina, cereola, Geſ. hor.
an Pruna viridacia, Geſ. & Verdacea, Cam.

XIII. Pruna amygdalina Plinii
an Coccimelea, Theoph.
Amygdalina pruna, Lob. belg.

XIV. Pruneoli albi, oblongiuſculi, acidi.
Pruna Galatenſia, ſive Perani pruneoli, Cluſ. pan. & hiſt.

XV. Pruna ex flavo rufeſcentia mixti ſaporis gratiſsima.
Pruneola quæ Brignolæ in ſcatulis repoſita copioſè reperiuntur, Rauwolf.
Pruna de Brignioles dicuntur à loco natali in

Galliis, unde enucleata (nucleo parvo ſunt) & exſiccata adferuntur, & in officinis noſtris habentur, & tam cruda, quàm cocta comeduntur. Verùm & in hortis noſtris habentur.

XVI. Prunus fructu rotundo nigropurpureo dulci.

Prunus cognominata Myrobalanus, Cluſ. pan. & hiſt. Cam. Tab. Ger.

Prunus Myrobalanus rotundus, Eyſt.

Eſt majore & minore fructu, hicq; pulpam dulciorem habet.

Pruno ſimiles exoticæ.

I. Pruna Congiana lutea.

Ogegha arbor fructu luteis prunis ſimili, Pigafetta deſc. reg. Congiani: vel Ind. or. par. 1. l. 2. c. 1. an Lanca fructus in Gilolo prunis cereis ſimilis: par. 8. Ind. or.

II. Prunus Braſiliana.

Hyuourahe Theveto, Cluſ. in Monardem.

Hiuourae Braſilianis, Guajaci ſpecies, Lerio par. 3. Ind. occid. c. 12.

III. Pruno ſimilis fructus Chinenſis.

Lechyas fructus prunis ſimilis, 2. part. Ind. oriental. c. 25.

IV. Pruno ſimilis ovalis, cortice & nucleo cinereo.

Guayavenſis fructus 2. Cluſ. ex. l. 2. c. 6.

V. Pruno ſimilis oblongus ſpadiceus pulpâ albâ.

Guayavenſis fructus 3. Cluſ. l. c.

VI. Pruno ſimilis fructus ſubfuſcus ex Guynea.

Fructus exoticus 1. à Clutio, Cluſ. ex. l. 2. c. 23.

VII. Pruni figura fructus Guinenſis.

Fructus exoticus 2. à Clutio, Cluſ. ex l. 2. c. 24.

IIX. Pruno cereo ſimilis fructus Africanus.

Ergen arbor foliis myrti, fructu pruni cerei, oſſe amygdali magnitudine lineis binis diſtincto: in præfat. par. 1. Ind. or.

IX. Prunus Hiericonthica folio anguſto ſpinoſo.

Zaccon, quia in planitie Hierichontis non longè ab ædibus Zacchæi creſcit, Caſt.

X. Pruna inſana ſpinoſa.

Nux inſana, ab effectu Prunula inſana nautis Belgis, Cluſ. ex. lib. 2. c. 26.

Fructus prunis noſtratibus minoribus ſimilis mētem capiens, 4. par. Ind. orient.

XI. Pruno ſimilis ſpinoſa.

Jangomas, Garz. Frag. Lugd. Linſcot. 4. part. Ind. or. 10.

Jangomi, Acoſtæ.

Fructus pruni facie, ſed loco nuclei granulis turget.

XII. Pruno ſimilis foliis, Laccam ferens: alii ex Sorbi vel Meſpili vel Myrti ramis colligi volunt, Garz. Vide inter gummata.

Prunus ſylveſtris.

Prunus ſylveſtris, Græcis κοκκυμηλέα ἀγρία, ſive ἀγριοκοκκυμηλέα dicitur, quòd rotunditate & magnitudine Cocci, mala ferat; Virgilio 4. Georgic. Spinum dicitur: fructus Dioſcorid. l. 1. cap. 174. ἀγριοκοκκύμηλα: & Galenus 2. aliment. teſtatur in Aſia βράβυλον appellari, Latinè Prunum ſylveſtr. Prunellum & Prunulum vocant. At Theophraſtum 3. hiſtor. 7. σποδιάδα, velut apud Athenæum lib. 2. legitur, σποδιάδα vocari volunt. Spodias, inquit, velut ſylveſtris prunus habetur. Et Plinio l. 15. c. 13. pruna ſylv. ubique naſci certum eſt.

I. Prunus ſylveſtris.

Prunus ſylveſtr. Brunf. Matthiol. Fuchſ. Dodon. ut: Tur. Cord. in Dioſcorid. Bellon. (cui & Spino) Geſn. hort. Lonic. Ad. Lobel. Cæſalp. Caſt. Lugd. Tab.

Prunus ſylv. vulgaris, Trag.

Huic peculiare, quod defloreſcens, ſimul ac imbres contigerint, fructus in oblongum & inane corpus convertitur, quos Itali Turcas vocant, Cæſalpino & Camerario monentibus.

Fructus alii ſunt magni, alii exigui, nonnulli rotundi, quidam oblongi: cujus ſuccus pro Acacia uſurpatur, unde ſtirpi Acaciæ Germanicæ nomen factum.

II. Pruna ſylv. præcocia.

Pruni ſylv. altera ſpecies, Trag.

Hæc majora ſunt & Auguſto maturantur, quare Germanis Haberſchlehen, reliqua Schlehen ſimpliciter nominantur.

In ſylveſtri ſativaque pruno reperitur limus arborum, quem Græci Lichena appellant, Plinius lib. 23. cap. 7. at Dioſcorides Gummi vocat. Muſcum qui innaſcitur, Chirurgi noſtri magnifaciunt.

MYRO-

MYROBALANI.

Myrobalani, qui veteribus Græcis incogniti fuere (quámvis Bellonius Chryſobalanos Galeni velit) ab Arabibus verò inventi, & ex recentioribus Græcis, Actuario cogniti: hos Avicenna generis nomine Dilegi, & Serapio Hartileg donavit: quorum interpretes, cùm viderent quodammodo ad glandis formam accedere, impropriè Myrobalanos verterunt. Officinis Myrabolani & Myrabulani.

Genera quinque ſunt, quæ Actuario μυροβάλανα ξανθὰ : κέβυλα : ἰνδικὰ ἢ δαμασώνια : ἐμπλιτικὰ : βελλιρικὰ *dicuntur: & arborũ genera quinq; diverſa, quæ in regionibus ſexaginta aut centũ leucis à ſe diſtantibus naſcuntur, Garzia monente, quæ Pruni magnitudine ſunt & omnes ſpontè naſcuntur. Myrobalanos ex Palmarum genere eſſe, Cæſalpinus cenſet. At Cordus ſcribit Arabibus recentioribus tres tantum cognitas fuiſſe, Indas, Chebulas & Citrinas, quæ ab una eademq; arbore deſumantur: Belliricas ex peculiari arbore eſſe: & Emblicas peculiare genus dicit. Arabes fructibus Saccharo conditis utuntur, & Chebulorum major eſt gloria: & ad nos duo potiſsimum genera cõdita adferuntur, Chepula ſive Kebula & Bellerica. At Cluſ. in Garziam, Chepula rarius ad nos adferuntur, & non niſi dura & male condita: Emblica verò copioſè recentiſſima & optimè condita. Sed de Myrobalanis inter Indicos ſcriptores conſule Garziam, Acoſtam, Fragoſum.*

I. Myrobalani maximi oblongi anguloſi pituitam purgantes.
Arabibus Quebolia & Quebulgi.
Myrob. Cepula, Meſu. Cluſ. in cor. Chepulæ, Actuario, Matth. Garz. Ad. Lob. Lugd.
Myrobalani Chebuli, Lac. Cord. hiſt. Geſn. Lon. Cæſ. Caſt.
Myrobalani Chebulæ, Tab. Ger.
Myrob. Chebuli vel Quebuli, Indis Arectan: Linſcot. 4. par. Ind. or. 38. qui tab. 16. ſub Mirambolan majore quę alias Aretca vocitetur, figurã exhibet.
Arboris folia Perſicæ ſimilia.

II. Myrobalani teretes citrini bilem purgãtes.
Myrob. lutei, Actuar. flavæ, Garz. Lob. Lug. flava, Matth. & lutea, Cluſ. in cor.
Myrob. citrea, Meſ. citrini, Cord. hiſtor. Lac. Lon. Ad. Caſt. Ger.
Arabibus Azafar.
Myrob. flavæ, citrinæ, luteæ, Tab.
Myrobalani citrini, Bellon. Cæſ. an Chryſobalanum Aſclepiadis.
Myrobalani citrini, Indis Arare, Linſc. 4. par. Ind. orient. 38.
Arbor Sorbi folio.

III. Myrobalani rotundæ belliricæ.
Arabibus Belleregi: bellileg: bellegu.
Myrob. belliricæ, Matth. Cord. hiſt. Cluſ. in cor. Garz. Ad. Lob. Lugd. Tabern. Ger. bellirici, Lon. Caſt. belerici, Lac.
Myrob. bellerici Gallæ modo rotundi, Cæſ.
Myrobalanus belliricus, Cord. in Dioſc. qui an Acacalis ſit bellericus, vel emblicus dubitat.
Myrob. Bellirici, Indis Guti, Linſcot. 4. par. Ind. orient. 38.
Arbor eſt foliis laurinis ſubcinericeis.

IV. Myrobalani nigræ octangulares.
Arabibus Aſuar.
Myrob. nigra, Actuario, Meſuæo. nigri, Ad.
Myrob. Inda & Damaſonia & nigra, Cluſ. in cor.
Myrob. Indicæ, Lob. Tab. Ger. ſeu nigræ, Matth. Lon. Garz. Lugd.
Myrob. Indi, Cord. hiſt. Lac. Caſt. Cæſ. qui addit: nullo intus nucleo (quemadmodum & ſequẽtes) manifeſto.
Myrob. Indici, Indis Reſonualle, Linſcot. 3. part. Ind. or. c. 38.
Arbor foliis eſt Salici ſimilibus, fructu octogono.

V. Myrobalani Emblicæ.
Arabibus Embelgi: Embleg: Ambegi.
Myrob. de Seni, Serapioni: Seniticæ Avicennæ.
Myrob. Empelica, Matth. empelitica ſeu emblica, Cluſ. in corol. Phyllanthus emblica L. 1893
Myrob. emblici, Lac. Cord. hiſtor. Lon. Ad. Caſt. Cæſ. qui addit, figura parvi mali, ſed in parva fragmenta diſſecti.
Myrob. emblicæ, Lob. Lugd. (qui inquit potius fragmenta eſſe, quam integra pruna, quadantenus triangula) Tab. Ger.
Myrob. Emblici Indis Amuate, Linſcot. 4. part. Ind. or. 37.
Arbor eſt palmæ magnitudine, foliis minutim inciſis & nonnuli fructu minimo naſcuntur.

Duo poſteriora genera Phœnicobalanos dici poſſe Cæſalpinus exiſtimat: ſiquidem nullo intus ligno ſpectentur, & cum maturi ſunt, nigreſcant, ut Plinius l. 12. c. 22. teſtatur. Qui autem os intus habeant ad Thebaicos & Arabicos Myrobalanos reducendos: de iis enim Plinius, in totum arentes

Thebaides & Arabicæ macro corpore, exiles & aſsiduo vapore torrentes, cruſtam veriùs quam cutem obducunt.

V I. Myrobalanis flavis ſimilis fructus.

Hovos fructus in nova Hiſpania, Gomara, & Cluſius in Garz. Fragoſo.

Hobus ſive Hovus, Benzoni par. 4. Ind. occid. c. 28. & Oviedo.

Fructus Myrobalano ſimiles.

I. Fructus Myrob. oſsiculo ſimilis niger acerb^o.

Fructus minor 10. Paludani, Cluſ. ex. l. 2. c. 20.

I I. Fructus fuſcus ſerratus Myrobalani forma.

Fructus 11. Gareti, Cluſ. ex. l. 2. c. 16.

I I I. Fructus Myrobalani nigri oſsiculo ſimilis, nucleo ſubfuſco.

Fructus 10. è navigat. Batav. Cluſ. ex. l. 2. c. 15.

PRUNUS SEBESTEN.

PRunus Sebeſten à Dioſcoride & Galeno præteritur: at Aegineta, Aëtius & Actuarius frequenter meminere. Dicitur μύξ@: fructus verò μυξαι, μύξα, μυξάεια a pomi mucoſo lentore: Græci enim mucum μύξ v vocāt. Arabibus & officinis Sebeſten. Plinius l. 15. c. 13. ſimul dici poſſunt populares eorum Myxæ, quæ & ipſæ nunc cæpere Romæ naſci inſitæ Sorbis: & l. 13. c. 5 pruna in Damaſco monte nata, & Myxa: utrumq; jam familiare Italiæ: ex Myxis in Aegypto & vina facta.

I. Sebeſtena domeſtica: an ὀμαμαξὶς Athenæo.

Sebeſten, Trag. Lac. Bellon. Rauwolf. domeſtica, Alpino.

Prunus Sebeſtena, Matth. Lugd.

Myxæ vel Sebaſtæ, Cord. hiſt.

Sebeſtena, Geſ. hor. Caſt.

Myxa, Dod. Ad. Lob. Cæſalp.

Sebeſten, Myxæ ſive Myxaria, Tab. Ger.

Myxos arbor, ſive Sebeſtena noſtra, Lugd.

Differt à ſequenti foliis latioribus & craſsioribus: fructu majore, perfectiore & meliore.

I I. Sebeſtena ſylveſtris.

Sebeſten ſylveſtris, Alpino.

ZIZIPHUS ſeu JUJUBE.

ARbor, Ziziphus Columellæ l. 9. c. 4. dicitur: fructus verò Græcis recentioribus, ut Actuario & Simeoni Sethi ζίζυφα, ζινζιφα, & ζίτζυφα Latinis Zizypha: officinis Jujube. Sunt qui [illegible] *Galeni 2. alim. eſſe velint, & quidem primus Serapio: at Guiland. in ſuo Theone, Zizypha & Serica diſtinguit. aliqui Tuberum genus, à colore Sericum, cognominatum, Plinii l. 15. c. 14. cum tamen Plinius à Ziziphis diſtinxerit. inquit enim, æque peregrina eſſe Zizipha & Tuberes, quæ & ipſa non pridem venerint in Italiam: hæc ex Africa, illa ex Syria: & lib. 17. c. 10. & Zizipha grano ſeruntur menſe Aprili: Aliis Paliurus Africanus & Lotus ſecundus Polybii, Lobelio: Paliurus Theoph. ſed non Africanus, forte Paliurus Dioſcoridis & Plinii, Cæſalpino.*

I. Jujubæ majores oblongæ.

Jujubæ, Trag. Cord. hiſt. Lon. Ad. Cæſ. Tab.

Jujubæ domeſticæ, quas Lotum Athenæi, Lotum in Pharide Theoph. & Lotum oſſeum Plinii Anguillara ſuſpicatur.

Jujuba Paliurum Africanum Theoph. eſſe propemodum certus ſum: Lotus Homeri 9. Odyſſ. Guil. l. c.

Jujubæ Arabum, Lob.

Zizipha, Matth. Lac. Caſt.

Ziziphus, Dod. ut: Geſ. hor. rutila, Bellon. (Græcis vulgo Ziziphia) Cluſ. hiſt. & hiſp.

Ziziphus punicea, Lugd. rubra, Cam. Rauwolf.

Jujubæ, Zinziphia Cretenſibus, Bellon.

I I. Jujuba ſylveſtris.

Jujubæ & Paliurus 2. Theoph. Ang. Ad.

Ziziphus ſylveſtris, Cam.

Zizipha, Caſt. ap.

I I I. Jujubæ minores rotundæ.

Jujubæ minores, Tuberes Plinio, Cord. hiſt.

I V. Jujuba Indica: folia hujus ſubrotunda, ut vulgaris venoſa, ſeſquiunciam lata, duas longa, per marginem crenis exaſperata parte averſa, molli ruſeſcente lanugine tecta: hæc Boræ nomine, cum ejuſdem ramulo cui Lacca adnata erat, ex India Reverend. D. Terentius miſit.

CORNUS.

QUæ Latinis Cornus, Dioſcoridi l. 1. c. 172. κρανία arbor fortis, fructum ferens olivæ modo oblongum, primo viridem, maturum verò flavum, aut cereum, eſculentum. Theoph. 3. hiſt. 12. & 5. hiſtor. 5. κρανεία, quædam mas, quædam

quædam fœmina, quam θηλυκρανείαν vocant: folium habet Amygdalæ (alii malè legunt) niſi quod pinguius craſſius q; corticem nervoſum, & tenuem, caudicem non nimis craſſum: fœmina virgas parvas, &c. Macedones ambas fructificare aſſerunt, ſed fœminæ fructum inguſtabilem eſſe, &c. Plinio l. 16. c 26. Cornus circa Solſtitia, reddit primo candidũ, poſtea ſanguineũ: ex eo genere fœmina poſt Autumnũ fert baccas acerbas & inguſtabiles cũctis animãtibus: ligno quoq; fungoſa, inutilis, cum mas è fortiſſimis quoq; ſit: tãta differentia ab eodẽ genere ſit: vide & l. 15. c. 24. & 26.

I. Cornus hortenſis mas.
Cornus, Brunf. Trag. Matth. Ang. Lac. Lon. Dod. Ad. Lob. Cæſ. I = Cornus mascula, L. var. mill. dict.
Cornus mas, Dod. gal. Bellon. Geſ. hor. Tur. Lug. Tabern.
Cornus ſativa & mas, Cord. in Dioſc.
Cornus vulgaris mas, Cluſ. hiſt.

Fructus maturus colore variat; nam communiter rubet, & oſsiculo longiore eſt: aliquando ceræ colore: rarius albet: ſaturatius etiam rubet, oſsiculumque habet craſsius & brevius, & hoc eſt Corni maris aliud genus, Cluſ. hiſt.

II. Cornus ſylveſtris mas.
an Cornus fœmina, Cord. hiſt.
Cornus ſylveſtris, Cam. II = Cornus mascula, L. mill. dict.
Cornus mas pumilio, Cluſ. hiſt.

Hic in ſylveſtribus Thuringiæ & Auſtriæ inferioris provenit, ſolùm fruteſcit, ſed cultura in arborem pulchram exſurgit: fructus dulciores ſunt, quàm urbanæ, Hermolao, & plerunque etiam majores, Camerario monente.

III. Cornus fœmina. III = Cornus sanguinea, L. mill. dict.
θηλυκρανία Theophr. quibuſdam ψευδοκρανία id eſt, falſa Cornus: Cornus fœmina, Plinio: quibusdam Virga ſanguinea ejuſdem, l. 24. c. 10. at nullas notas addidit.
Liguſtrum, Brunf. ico.
Hartriegel / Trag.
Virga ſanguinea, Matt. Ruell. Geſ. hor. Dod. Cæſ.
Cornus fœmina, Dod. gal. & (Opulus Columellæ) Tur. Geſ. hor. Ad. Lob. Thal. Lugd. Tab.
Cornus fœmina veteribus Macedonibus, Sanguineus frutex Gallis, Bellon.
Pſeudocrania, Cord. hiſt. ico.
Sanguen vulgo, Cæſ.
Sanguis & lingua ſanguinea, Caſt.
Oſſea, Lon. Caſt.
Cornus ſylveſtris, Lon.

LOTUS.

Lotus arbor triplex eſt Dalechampio in Plinium: prima quæ λωτὸς δένδρον Dioſcoridi l. 1. c. 171. quam dicit ſtirpem benè magnam, fructum ferre pipere majorem, dulcem, edulem, ſtomacho aptum. Et Theoph. 4. hiſt. 4. λωτὸς (Celtis Gaza) magnitudine quanta pyrus, aut paulò minore, folium inciſuras habet, ut Ilex; cujus genera plura, fructibus inter ſe diſcreta traduntur, &c. Plinio l. 13. c. 17. arbori Loto quam Celtim vocant, magnitudo quæ pyri, folio ilicis, fructu dulci, nunc exoſſe, nunc durum nucleum ambiente, colorem uvæ modo mutante, cùm matureſcit, è quo vinum exprimitur. Arbor Syrtica eidem l. 24. c. 2. Altera διόσπυρος Theoph. l. 3. c. 13. (Jovis flamma Gaza) quam impropriè Loton vocant, ob fructus dulcedinem Ceraſo ſimilem, nucleo duro: & Plinio l. 16. c. 30. lotos ſive faba Græca &c. & l. 24. c. 2. Tertia, quæ Theophraſto ſecunda, quæ Lauroceraſus quibuſdam: quæ ſententia Cluſio non placet. Addi poteſt quarta, ipſius Polybii apud Athenæum l. 14. Sunt qui Guajacanam, Tuberum alterum genus Plinii, quorum inter Mala meminit, velint.

I. Lotus fructu Ceraſi.
Lotus, Matt. Ang. (& arbor del perlaro) Lac. Lon.
Lotus arbor, Bellon. (Cacavia Cretenſibus) Geſ. hor. Ad. Lob. Cæſ. Cam.
Lotus arbor ſive Celtis, Tur.
Lotus Celtis arbor, Lugd.
Lotus domeſtica, Caſt. app.
Bagolarus Tridentinis, Guil.

II. Lotus Africana latifolia.
Dioſpyros, Theophaſti. II = Diospyros Lotus, L. mill. dict.
Lotus ſive Faba Græca, Plinio.
Lotus Africana altera, Matth.
Guajacum Patavinum Fallopio, Geſn. hort. Ad. (Dod. Caſt. Lob. (& Lotus vera Theophraſti) Ger.
Guajacum, Cord. hiſt. icon. Lon. ico.
Guaicana, Bellon. cult. Eyſt. vulgo, Cam.
Ermellinus, Cæſalp. qui Tuberum alterum genus Plinii ſuſpicatur.
Dioſpyros ſive Faba Græca latifolia, Lugd.
Pſeudolotus Matthioli, Tab.

Variat: nam in fructu Patavii, ſemina bina aut terna plana & ſpadicei coloris obſervavimus: at quæ Viennæ & Bononiæ coluntur, etiam ex ſemine Italico natæ, fructus ſemine expertes, ſola pulpa conſtare, Cluſ. in ſua hiſt. notavit.

III. Lotus Africana anguſtifolia ſive fœmina.
III = Diospyros Lotus, L. β, mill. dict.

Pſeu-

Pſeudolotus, Matth. Cam. Tab.
Dioſpyros ſive Faba Græca anguſtifolia, Lugd.
Lotus Africana, Tab.
Ziziphus Cappadocica, Ger. ico.

IV. Loti Africanæ ſimilis Indica.
Indiæ Occiduæ palmæ ſanctæ ſimilis arbor, Ad. Lob. ico.
Palmæ ſanctæ ſimilis arbor, Lugd.
IV: Diospyros virginiana, L. mill. dict.

LIGNUM GUAJACUM.

Guajacan nomen eſt Indicum, quod nunc Guayaci ſive Gajaci nomine, per univerſum orbem cognitum eſt, quod alii Ebenum eſſe dicunt, à quo ſola ſumma nigredine diſſidere videtur: quæ in Ebeno ſummo ſplendore nigricat: in illo verò albeſcit: alii Buxi ſpeciem: Sed novum eſt arboris genus, quod ex America, ſive India occidentali affertur. Duplex eſt, magna matrice & propemodum ſine matrice: non tamen diverſarum arborum lignum eſſe cenſemus.

I. Guajacum magna matrice.
Guayacan lignum Indicum ex Inſula S. Dominici, Monardi, Lugd. & par. 4. Ind. occid. 29. ſive lignum ſanctum, par. 9. Ind. occid. l. 3. c. 22.
Guajaci 1. genus, Manardo & Matth.
Guajacum, Bellon. Ad. Cæſ.
Gayco & Gayacan, palus Indiæ Hiſpanis, Frag.

II. Guajacum propemodum ſine matrice.
Guayacan genus alterum, quod lignum ſanctum, illo præſtantius, & ex inſula S. Johannis de portu divite affertur, quo maximè utuntur, Monard. Lugd.
Guajacum, Lac. Cord. in Dioſc. & hiſt.
Palma aut palus ſanctus Indiæ Occiduæ, Penæ.
Guajaci 3. genus, Monardo & Matth.
Guajaci alterum genus, Cæſ.

Hoc in plura genera ab aliquibus dividitur, eò quod non unum colorem habeat: quoddam enim nigricat: quoddam etiam ſpadiceo colore flaveſcit: quoddam præterea omnes iſtos colores diſcretos habet: Quare Manardus & ex eo Matthiolus, tria genera notarunt, quæ licet colore, magnitudine & pondere inter ſe diſcrepent, unius tamen eſſe arboris, contra quàm Fallopius credidit, Matthiolus ſtatuit, & cauſam refert in ligni maturitaté, quò enim maturius, eò nigrius, & quantò minus adoleverit, tantò magis albicare aſſerit: probatur maximè, quod ruffum, ſpadiceum flavum, lividumque colores ſimul mixtos habet.

III. Guajacum foliis lentiſci.
Guajacum cujus ramulum cum floribus & fructu pingit Cluſ. notis ad Monardem.
Lignum Ebenum ſive Guajacum in inſula S. Helenæ, par. 1. Ind. or. c. 1.

Fructus (quos copioſè cum ſuo gummi, Amſtelrodano à D. Hoſt accepimus) variant, nonnulli loculamentis ſunt geminis, quorum alterum plenum, alterum inane: alii tribus, in quibus oſsicula dura, longiuſcula.

IV. Guajacum Orientale.
Palma aut Palum ſanctum, Ad.
Guajacum foliis plantaginis, Cæſalp. Frag.
Lignum ſanctum, Caſt.

V. Guajaco viribus ſimilis Indica.
Maggai, Indi morbum Gallicum curant, ejus ſuffimigio ſudores movendo, Fragoſus.

EBENUS.

Ebenus, Græcis ἔβενος. duplex Dioſcoridi l. 1. c. 129. Aethiopica nigra, venarum pectinúmve expers, cornu elaborato lævore ſimilis, &c. Altera Indica, lineis candidis & fulvis intercurrentibus, idemq; maculis prædita. Theoph. 4. hiſt. 5. Ebenus Indiæ peculiaris eſt: cujus duo ſunt genera, unum laudata materie pulchrumq;, alterū ignobile, &c. Plinio l. 12. c. 4. Hebenus rara arbor, Neroni principi allata, quam nullam aliam niſi palmarum generis eſſe docuerint, cujus duo genera eſſe ſcribit: & l. 16. c. 40. ſpiſſiſſima ex omni materie, ideo & graviſſima judicatur: quæ neque cariem neque vetuſtatem ſentit: quæ ut idem l. 6. c. 30. Aethiopiæ ſylvæ meridiano cardine maximè virent.

I. Ebenus Theveto in Indiæ inſula Palmobotere præſtantiſsima & nigra. & in 9. par. Ind. occid. l. 3. c. 22. in Hiſpaniola.
Ebenus, Matth. Cord. in Dioſc. Cæſalp.
Hebenum ſive Xyloalcēs officin. Ad.
Eben⁹, Lug. qui vult officinas pro Xyloaloë habere.

Valer. Cordus in Dioſc. ſcribit, quoſdam Guajacum lignum, Ebenum eſſe contendere: & Pena cenſet officinarū Ebenum, ſpeciem Guayaci eſſe. Ebenus, Caſtori, qui eandem figuram habet, quá pro Ligno ſancto poſuit.

Ex hac in Italia ſphęrulę precatorię conficiūtur.

II. Li-

II. Lignum pice ferè nigrius & polito ebore lævius: arbor craſſo cortice vestita, in cujus intimis Ebenus clauditur: ejuſdem generis ligna rubentia, & alia ceræ modo flaventia reperiuntur: in inſula Mauritiana, 5. par. Ind. or.
Ebenum picis modo nigrum, 4. par. Ind. or.

LIGNA DURISSIMA FERRI DURItiem æmulantia.

I. Ebenus Indica.
Lignum de Mangles, ex quo navium malos & antennas, ferri duritiem æmulantes, condunt: par. 9. Ind. occid. l. 4. c. 30.
an Lignum de Cochi, quod ejuſdem cum ferro ponderis, ex quo anchoras conficiunt, & à Luſitanis Paio di ferro, h. e. lignum ferreum vocatur: par. 7. Ind. or. c. 44.

II. Lignum Teixo dictum, adeò durum ut ferrum æquet, in Pico inſula, quod valde pretioſum & utile, interius coccinum undulatum expreſsiſsimè referens, ex quo inſtrumenta fiunt, Linſcot part. 3. Ind. orient. cap. 6.

III. Angelina arbor apud Cachinum, ex cujus continuo trunco naves Tonas vocatas extruunt tam grandes, ut unâ 20. vel 30. dolia aquatica vehi poſsint, cujus lignum adeo durum ut ferrum atterat, Linſcot. par. 4. Ind. orient. c. 14. & par. 7. cap. 27.
an arbor cujus pars ima craſsitie 24. orgyarum in Guineæ inſula Formoſa: par. 6. Ind. oriental. cap. 4.
an Angelina arbor, cujus ſolum nomen apud Acoſtam, cap. de ligno colubrino.

CERASUS.

Ceraſus κέρασος Theoph. 3. hiſt. 13. fructus κεράσια, Dioſcoridi l. 1. c. 157. Ceraſia & Ceraſa. Dicta autem à Ceraſunte Pontico municipio: unde Lucullus Romanorum Imperator, Mithridate debellato, primum in Italiam arborem detulit, & fructum gentilitio nomine Ceraſium appellavit, Athenæo lib. 2. & Plinio l. 15. c. 25. auctoribus. Eſt autem Theoph. l. c. natura peculiaris arbor, magnitudine excellens, &c. flore candido, pyro & meſpilo proximo, &c. fructu rubente fabæ magnitudine, &c.

Genera: Plinio l. c. Ceraſorum, Aproniana maximè rubent: nigerrima ſunt Actia, ut & Cæciliana rotũda. Julianis gratus ſapor: principatus duracinis, quæ Pliniana Campania appellat: in ripis etiam Rheni: tertius iis color è nigro ac rubenti viridique ſimilis matureſcentis ſemper. Minus quinquennio eſt quod prodiere quæ vocant Laurea, non ingratæ amaritudinis, inſita in Lauro. Sunt & Macedonica parvæ arboris, raroque tria cubita excedentis: & minore etiamnum frutice Chamæceraſi: hæc Plinius. Verum nõ ſolum apud Gallos & Italos, ſed etiam nunc apud nos magna Ceraſorum varietas, quæ quotidie inſitione & cultura augetur: nam alia ſunt ſativa, alia ſylveſtria. Sativa, fructus forma, colore & ſapore variant. Sunt enim pomi figura turbinatiore, longiore, rotundiore, majore, minore, cordis etiam figura: & alia pediculo longiore alia breviore: ſingulis, vel pluribus una coëuntibus ita ut ex uno petiolo vel ſingula, & quidem communiter, vel terna quaterna, quina dependeant: vel in racemi modum coacerventur. Colore albo ſed rarius partim rubro partim candicante, & quædam in maturitate parum ex candido rubent, quædam magis: quædam plane cerea quæ pruno inſita ſunt: rubro, rufeſcente, nonnunquam in atrum vergente, nigro, etiam quædam nigerrimo & ſucco ſanguineo, labia & manus inficiente. Sapore dulci, acido, auſtero, ex dulci & acido admixto: alia amaritudinis quid retinent, non tamen ingrata, Amarina dicta: ſic alia nimia ſua dulcedine faſtidium pariunt: alia ob nimium acorem reſpuuntur: alia ob aquei ſucci redundãtiam inſipida ſunt. Similiter quædam carne ſunt prædura, alia carne molliore, ſive teneriore & aquoſa conſtant: & quibuſdam caro pertinacius nucleo hæret, qui in aliis fragilior, & nucleo non inſuavi eſt. Sylveſtria etiam variant, quorum quædam licet in hortis à noſtris colantur, ſylveſtria tamen dicantur, quia in nemoribus & ſylvis, nonnunquam in dumetis reperiuntur: & quidem in ſylvis altiſsimis, fructu parvo & exigua carne, avium potius quam hominum cibus, ob acerbum ſimul & amarum guſtum. Sed aliquas tantum differentias ſubjiciemus.

I. Ceraſa ſativa, rotunda, rubra & acida, quæ noſtris, Ceraſa ſativa.
Ceraſa Aproniana, Plinii.
Ceraſus acida, Brunf. Matth. Lug. Tab. & aliis vulgaris, Ger.
Ceraſia acida & vulgaria, Trag.
Ceraſa quæ Gallis Griottes, cujus arborem Chamæceraſum dici, putat Ruellius.
Ceraſa auſtera & majora, Cord. in Dioſc.
Ceraſia, Cord. Geſ. hor. Lob. Caſt.

Ceraſus,Ad.tertia,Dod.
Ceraſa Agriotta appellata, Cæſ. qui Macedonica Plinii ſuſpicatur.

Hæc in mediocri arbore creſcunt, breviq́ue pediculo & carne ſatis dura donantur: colore communiter rubro, aliquando nigricante; quoddam & quaſi albidum quod rarius eſt: at quæ in alia ejuſdem generis arbore inſita, magna admodum Ceraſa, ex brevibus pediculis dependentia, gignunt.

II. Ceraſa ſativa majora.
Ceraſia Hiſpanica,Lob.Tab.Ger.

III. Ceraſa acidiſsima ſanguineo ſucco.
Ceraſiorum primum genus,Trag.
Ceraſa auſtera, Matth. (cui & acidorum 3. genus) Caſt.Lugd.

Hæc in altiore arbore proveniunt, & longiſsimũ pediculum habent, ex quibus communiter noſtrates (qui Wiechſ:en vocant) Vinum ceraſorũ conficiunt.

IV. Ceraſa craſſa carne dura.
Ceraſa duracina,Plinio.
Ceraſa quæ primo maturitatem ſentiunt,Ruel.
Ceraſorũ 4.genus quæ forte Juliana Plinii,Trag.
Ceraſa maroba & duracina,Matth.
Ceraſus altera,Dod.
Ceraſa pulpa duriore,Duracina vocata,Cæſ.
Ceraſia Pliniana,Tab.præcox,Ger.

Noſtri Graffion vocant, quæ vel rubent, una tamen parte albidiore, vel nigricant.

V. Ceraſa carne tenera & aquoſa.
Ceraſa Juliana, Plinio.
Ceraſa aquea,Matth.Tab.Gaſconica,Ger.ico.
Ceraſa pulpa aquoſa,Cæſ.

VI. Ceraſa alba dulcia.
Ceraſia dulcia,Trag.

VII. Ceraſus major ac ſylveſtris, fructu ſubdulci, nigro colore inficiente.
Ceraſa Actiana,Plinio.
Ceraſia nigra,Trag.Tab.Ger.
Ceraſa Corbine, quod Corvorũ modo nigricent, an Cæciliana Plinii,Matth.
Ceraſus prior,Dod.

Hæc noſtris ſylveſtria, & à Cordo in Dioſcor. Ceraſa dulcia dicuntur, & duplicia habentur, rubra & nigra, ex quibus tam viridibus, quam exſiccatis, offas conficiunt. Et in Florida Ceraſa ſylveſtria reperiuntur, an his ſimilia?

IIX. Ceraſus pauciſsimis foliis donatus.
Ceraſa ſine foliis,Lob.ico.

IX. Ceraſus hortenſis flore roſeo.
Ceraſi ſpecies major pauciores fructus edẽs, Lob.
Ceraſus multiflora 2.Tab. (ico.
Ceraſus flore pleniſsimo inſtar parvarum roſarum,Cam.
Ceraſus multiflora pauciores fructus edens,Ger.

X. Ceraſus hortenſis pleno flore.
Ceraſus vulgaris duplici flore,Lob.
Ceraſus multiflora 1.Tab.
Ceraſus multifl.fructum edens,Ger.
Ceraſus flore pleno,Eyſt.

XI. Ceraſus folio laurino.
Ceraſus Trapezuntina,Bellon.Geſ.hor.
Lauroceraſus, Eid.cult.Geſ.hor.Cluſ.pan.& hiſt. Cam.
Lotus 2.Theophraſti,Lugd.

Variat: nam communiter ſub pulpa oſsiculum durum continet: at in eo quem Cluſius Byzantio, Tarbiſon curmaſi, id eſt Trapezuntiæ dactyli nomine accepit, non nucleus, ſed ſemina bina aut terna, plana, ſpadicei coloris, nullo putamine includuntur.

XII. Ceraſus pumila.
an Ceraſus Macedonica,Plinii.
Chamæceraſus, Matth. Lob. Dod. cui & Ceraſus 4.Lugd.Cluſ.pan.& hiſt.Caſt.Tab.Ger.
Chamæceraſus ſyl.Cord.in Dioſc.
Ceraſus humilis, Geſ.hor. cui & Chamæceraſus, vel Macedonica Ceraſus Plinii.
Chamæceraſus urbana,Geſ.ad Cordi hiſtoriam.

In horto Stutgardiano Ceraſum pumilã, ſeſquicubitalem, fructu acidiſsimo, foliis quàm in Auſtriaca à Cluſio picta, majoribus & longioribus, obſervavimus, an hæc
Ceraſus Macedonica,Cluſ.hiſt.

XIII. Ceraſus racemoſa hortenſis.
Ceraſus racemoſa,Matth.Lugd.
Ceraſi genus quintum,Dod.
Ceraſa uno pediculo plura,Lob.Lugd.Ger.
Ceraſa uno pediculo binos aut ternos fructus ferens,Cam.
Ceraſiæ ſpecies uno pediculo plura pducẽs, Caſt.
Ceraſia uno pediculo plura, Tab.

Aliquibus ab uno pediculo terna, quaterna, quinave poma dependent: quædam racematim uvæ modo propendent: hinc duæ figuræ in Lugdunenſi hiſtoria proponuntur, ſub
Ceraſo ex uno pediculo plura, &
Ceraſo racemoſa.

XIV.

XIV. Ceraſus racemoſa ſyl. fructu nō eduli.
Ceraſi foliis arbuſcula ſyl. Geſ. hor.
Pſeudoliguſtrum, à quibuſdam Pſeudoagnos, (id eſt Vitex falſa) Dod.
Ceraſus racemoſa, Ad. Lob.
Ceraſus avium racemoſa, Lob. ico.
Ceraſia racemoſa rubra & nigra, Tab. Ger.
Padus Theoph. Lugd.
Ceraſus avium, Cluſ. hiſt.
Ceraſus racemoſa ſyl. Eyſt.
an Ceraſus ſyl. Cæſalp.

Πάδος (padus) gaudet vehementer umbroſis, Theoph. 4. hiſt. 1. nec plura habet.

XV. Ceraſo affinis.
an Ceraſus ſylveſtris, Trag.
Mahaleb, Matth. Caſt. Lugd. Tab. Cluſ. hiſt. & append. 2. lib. 1. Cam. qui addit Chamæceraſum petræam, aut Petroceraſum Geſnerum vocare.
Macalep Arabicum, Ceraſi ſylv. genus, Bellon. cult.
Macholebum, Cord. hiſt.
Chamæceraſus Dalechampii, Geſ. ad Cordum & hort. cui & Chamæceraſus Syriaca.
Macaleb, Ang. Lob.
Vaccinium Plinii, Lugd.

Aliquibus Theophraſti λεκάρα (Lacara Gazæ, aliqui Lacatham legunt) quam 3. hiſt. 4. in Macedoniæ plana etiam deſcendere: & 3. ejuſd. 7. auctu facillimam eſſe ſcribit. Sic & Plinii l. 16. c. 18. Vaccinia, quæ ſcribit in aquoſis provenire, Italiæ in aucupiis ſatam: Galliæ verò etiam purpurea, tingêdi cauſa, ad ſervitiorum veſtes. Verum & Theoph. & Plinius brevior eſt, quam ut aliquid ſtatui poſſit.

Fructus ex Syria advehitur, quámvis in Gallia, Bellonius: in Italia Anguillara: in Helvetia Geſnerus (apud nos rariùs) obſervârit.

CHAMÆCERASUS SPURIA.

I. Chamæceraſus alpina fructu rubro gemino, duobus punctis notato.
Chamæceraſus montana, Geſ. ad Cord. hiſtor. & hort.
Periclymenum rectum vel mas, Eid.
Chamæceraſus alpigena, Ad. Lob. Lugd.
Xyloſteum alterum, Dod. Eyſt.
Periclymenum rectum 3. Cluſii hiſp. (at 4. in hiſtor.) Lugd. Tab.
Chamæceraſus, Caſt.
Idæa ficus noſtra, vulgo Frangula, Lugd.
an Corno ſimilis frutex in alpibus, quæ Cornus fœmina Theoph. etiam dici poſſet, Cæſ.

Fructus aliquando geminus in uno longo pediculo rubens, aliquando ex toto coëuntibus ſeminibus in bipartito conceptaculo, in quolibet duo aut tria ſine oſſe.

Ficum Idæam τινὰ περὶ τὴν Ἴδην Theophraſt. 3. hiſt. 17. & Plinii l. 15. c. 18. hiſtoria Lugdun. cenſet.

Xyloſtium aliis, quaſi lignum oſſeum, ob ligni duritiem dicitur.

II. Chamæceraſus alpina fructu nigro gemino.
Periclymenum rectum 2. Cluſ. pan. & hiſt. Lugd.
Periclymenum noſtrum 2. Sabaudicum, Tab.

III. Chamæceraſus montana, fructu ſingulari cæruleo.
Periclymenon primum, Cluſ. pan. rectum 3. Eid. hiſtor.
Periclymenum rectum 4. Tab.

IV. Chamæceraſus dumetorum fructu gemino rubro.
Halimus, Trag. Lon.
Caprifolii tertia ſpecies, Dod. gal.
Periclymeno cognatus frutex, Geſ. hor.
Xyloſteum, Dod. Thal. Cam.
Periclymenum alterum Allobrogum, Cornus fœminæ effigie, Ad.
Periclymenon Allobrogum, Lob.
Peryclimenum rectum fructu rubro, Cluſ. pan. rectum primum, Eid. hiſt.
Periclymenum rectum, Tab.
Periclymenum tertium, Lugd.
Xyloſtium fl. albis vulgatius, Eyſt.

Fructus gemelli inſtar exiguorum Ceraſorum, plerunque æqualis magnitudinis, ſæpe altero eorum minore, eo tamen pleno remanente.

V. Chamæceraſus folio aceris.
Chamæceraſus montis Generoſi, Geſ. hor. Lugd.

STYRAX & NARCAPHTHON.

Στύραξ Dioſcor. l. 1. c. 79. lacryma eſt arboris malo cotoneo ſimilis: & Theoph. 9. hiſt. 7. Styrax ad unguenta utilis eſt: plura non habet: & Plinio l. 12. c. 25. proxima Judeæ Syria ſupra Phœnicem Styracem gignit: arbor eſt eodem nomine cotoneo malo ſimilis, lacryma &c. ſed de lacryma inter reſinas.

I. Styrax folio mali cotonei.
Styrax, Matthiol. Ang. Lac. Bellon. Lon. Ad Lob. Caſt. Lugd. Tab. Rauwolf. Cam.
Styrax arbor, Geſ. hor.
Styrax liquida, Caſt. ico.
Serapio fructum tribuit candidum avellanæ majorem, & ex interno nucleo oleum exprimi.
II. Styrax folio aceris: in Prodromo deſcribitur.
III. Storax rubra officinarum.
Styrax rubra, Græcis hodie Maurocapno, Bellon.
Naſcaphtum, Cord. hiſt.
Tegname, Italis: Buſuri, Siculis, Guil.
Cortex eſt arboris, quem Thus Judæorum & Thymiama vocant, quo Judæi in ſuffimigiis frequenter utuntur.
an Νάσκαφθον ſive νάρκαφθον Dioſcoridis l.1.c.22. quod ex India defertur corticoſum, mori libro ſimile, quod jucundi odoris gratia ſuffitur.
Narcaphthon Dioſcoridis, Lignum aquilæ Luſitanis dici, Amatus ſcribit.
Nucis moſchatę extimum corticem, Narcaphthũ Dioſc. cenſet, Cæſalp.
IV. Frutex rotundo argẽteo folio Cyani flore.
Pulcherrimus frutex, Honor. Belli ep.2. ad Cluſ. à quo ex Creta accepimus.
Cyanus fruticoſus Candiæ, Ponæ Ital.

ARIA & HAMAMELIS.

Aria Theoph. 4. hiſt. 8. ſimilis ex toto eſt Lauro: 5. hiſt. 4. materies duriſſima eſt ut Roboris: 5. hiſt. 5. & natura perpetua eſt: 5. hiſt. 10. carbones optimos ejus ſpiſſiſſima materies facit.

I. Alni effigie lanato folio major.
Aria & Metallum Italorum, Ang. Lugd.
Sorbus torminalis Gallorum Aliſier, Bellon.
Sorbus alpina vel piloſa, Geſ. hor.
Aria Theoph. effigie Alni, Ad. Lob.
Aria Theophraſti, Tab. Cam. qui lanatam Cordi vocat.
Sorbus Aria cognominata, Cluſ. pan. & hiſt.
Sorbi torminalis alterum genus, Cæſ.
II. Alni effigie lanato folio minor.
Ἀμαμηλὶς & ὁμομηλὶς, Athenæo.
Dioſpyros q̃ Sorbis cognominata vide?, Geſ. hor.
Pyraſter Idęus vel petręus, Eid. append.
Myrtomelis, Eid. in epiſt.
Codomalo Cretenſium, Bellonio.
Amelancher Galloprovincię montanæ, Ad.
Amelanchier, Lob.
Vitis Idæa 3. Cluſ. pan. & hiſt. 4. Tab.
Hamamelis Athenæi, Lugd.
Bagolæ quaſi bacculæ alterum genus, Cæſ.
Duplex eſt, alia foliis obtuſis & latioribus: altera acuminatis & anguſtioribus.

COTONASTER & CHAMÆMESPILUS.

I. Cotonaſter folio oblongo ſerrato.
an Agriomelea, Bellonii.
Cotonaſter forte Geſneri, Cluſ. pan. & hiſt.
II. Cotonaſter folio rotundo non ſerrato.
Cotonaſter & Cydonago, Geſ. in epiſt.
Epimelis altera, Lugd.
III. Chamæmeſpilus Cordi, Thal. Cam.
Chamæmeſpilum, Geſn. ad hiſtor. Cordi, Adv. Lob. ico.
Chamæmeſpilus Geſneri, Cluſ. pan. & hiſt.
Epimelis, Lugd. qui Dioſcoridis vult, & Meſpilum Anthedon, Theoph. 3. hiſt. 12.
Forte eadem cum priore: quámvis illa foliis ſit majoribus, nec baccis adeo rotundis.

I = Mespilus Chamae-mespilus, L.
II = " Cotoneaster, L. } mil. dict.
III = "

LIBRI UNDECIMI FINIS.

LIBER

LIBER DVODECIMVS.

SECTIO PRIMA.

MESPILUS; BERBERIS; GROSSULARIA & RIBES; Sambucus & Ebulus; Ficus; Sycomorus; Morus; Arbutus; Laurus; Tinnus; Laureola; Chamelæa; Thymelæa: Cneoron & Nerion.

MESPILUS.

MESPILUS arbor, Græcis μέσπιλος & μεσπίλη: fructus μέσπιλον dicitur. Cujus Dioſcorides l.1. c.169. & 170. duo genera facit, alterum quod à nonnullis Ἀρωνία vocatur, ſpinoſa eſt, foliis ſimilibus πυξακάνθῃ: fructum fert exiguo malo ſimilem, ſuavem, continentem tria oſſicula, à quibus nonnulli τρικόκκον appellant. Alterum genus in Italia naſcitur, quod nonnulli ἐπιμηλίδα. alii Setanium nominant: arbor eſt malo ſimilis & foliis, niſi quod minoribus: habet verò fructum rotundum, eſculentum, latiore umbilico. At Theoph.3.hiſt.12. Meſpili tria genera, ἀνθηδών. σατάνειος. ἀνθηδονοειδὴς (anthedon, ſatanea, gallica) ut Idæi dividere conſuevêre. Fert Satanea fructum grandiorem, candidiorem, laxiorem & qui nucleos habet molliores: reliquis minor eſt fructus, odoratior &c. flos omnibus Amygdalæ, ſed utcunque pallidus. Anthedon haud procera eſt arbor, in orbem comoſa, folio valde fiſſo, Apio in extrema parte ſimili, majoribus inciſuris rigido &c. fructu ex longo ac tenui pediculo pendulo, qui antequam folia decidant vehementer rubet &c. Plinio l.15.c.20. Meſpilis tria genera, Anthedon, Setania: tertium degenerat, tametſi Anthedoni ſimilius eſt, quod Gallicam vocant, &c.

I. Meſpilus Germanica folio laurino non ſerrato: ſive Meſpilus ſylveſtris.
Meſpilus Setania ſive Satania, Theoph. & Plin.
Meſpilus altera quæ Epimelis Dioſcoridi, ſic dicta, quod ubi ſpõte provenit ſemper malum agreſtem vicinam habeat.
Meſpilus, Brunf. Trag. (qui Cratægum Theophr. cenſet) Tur. Geſ. hor. Lon. Ad. Lob. Dod. Cæſ.
Meſpilus altera, Matth. in edit. cum magnis figuris, Dod. gal.
Meſpili altera ſpecies ſponte proveniens, Cord. in Dioſc.
Meſpilus vulgaris, Cluſ. hiſt. Cam. ep.

II. Meſpilus folio laurino major.
Meſpilus fructu præſtantiore, Trag.
Meſpilus altera ſativa, Cord. in Dioſ.
Meſpilus oxyacantho inſita, Dod.
Meſpilus domeſtica, Lob. ico.
Meſpilus ſetanea, majoribus vulgari fructibus, Camer.
Meſpilus ſetanea inſitione mitior facta, Lugd.

Hæc inſitione in Pyrum ſylveſtrem, maximè Cynosbatum, ſive Oxyacanthum, miteſcit, pomum majus edit, nec ſpinis horret: & ſingula mala, ut & prioris quinos nucleos complectuntur, niſi fortè interdum præter naturam, aut plures aut pauciores contineat.

III. Meſpilus Italica folio laurino ſerrato.
Meſpilus altera, Matth. edit. 2. & icon. Lac.
Meſpilus ſetania, Ang. Lugd.
Meſpilus altera, Caſt.

IV. Meſpilus Virginiana colore rutilo.
Meſpilus, qui colore eſt rutilo ut ceraſa & valde dulcis, par. 1. Ind. occid.

V. Meſpilus fructu albo.
Meſpilus colore albo mali magnitudine, Scalig. Lugd.

VI. Meſpilus Apii folio laciniato.
Meſpilus Aronia, Dioſcoridis.
Anthedon Theoph. & Plinii.
Paliurus Africana, Ruellio.
Meſpilus prima, Matth. Lac. Caſt.
Meſpilus Aronia, Dod. ut: Ang. Bellon. Geſ. hort. Ad. Lob. Lug. Tab.
Meſpilus propriè dicta quæ tricoccos, Cord. in Dioſcor.

Paliurus Africana vinoſa, Geſ.hor.
Azarolus, Cæſ.Caſt.
an Meſpilus Gallica, Cam.

Hæc ſpinoſa eſt, ſed ubi magis domeſtica, ſpinis caret, etiam Theophraſto monente.

VII. Meſpilus Apii folio ſyl. non ſpinoſa, ſive Sorbus Torminalis.

Sorbi quartum genus, Trag. Cord. in Dioſc.
Sorbus torminalis, Matth. Cord. hiſt. Geſn. hort. Tur. Dod. Lon. Ad. Thal. Cæſ. Tab. Cam.
Sorbus torminalis Plinii, Lob. Cluſ. hiſt.
Cratægus Theophraſti, Ang. Lugd. qui duplicem figuram habet, ſub eodem titulo.
Meſpili Aroniæ ſyl. ſpecies, Geſ. hor.
Sorbi ſyl. altera ſpecies, Caſt.
Hypomelides Palladii, quibuſdam.

κράταιγος ἢ κραταιγὼν, Theophraſto 3. hiſt. 15. folium habet Meſpili (ſcilicet Aroniæ) rigidum, ſed majus, latius, longius, ejus modo laciniatum: arbor eſt non admodum procera, nec craſſa: lignum varium, ſolidum, flavum &c. fructus ejus eſt magna ex parte rotundus, qui matureſcens flaveſcit & utrumque nigreſcit, ſucco & guſtu meſpili: quare ſyl. Meſpilus videri poteſt. Plinio l.15.c.21. Sorborum 4. genus torminale appellant, remedio tantum probabili, aſsiduum proventu, minimumq́; pomo, arbore diſsimili, foliis pene platani: & l. 27. c.8. Theophraſtus arboris genus intelligi voluit Cratæogonon ſive Cratæogona, quam Itali Aquifoliam vocant.

IIX. Meſpilus apii folio ſylv. ſpinoſa ſive Oxyacantha.

Ὀξυάκανθα arbor eſt ſimilis Pyraſtro, minor verò & ſpinoſa valdè: fructum fert myrto ſimilem, plenum, rubrum, fragilem, intus nucleum habentem, radicem multifidam & profundam, Dioſcoridi, l.1.c.122.

Meſpili 3. genus Plinii videtur: interdum ait, degenerat, tametſi Anthedoni ſimilius eſt, quod Gallicum vocant. Theophraſtus Anthenoidem nominat, quaſi ſpeciem Anthedonis.

Cynosbatos Theophraſti, Trag. Lon.
Oxyacantha, Matth. Lac. Tur. Bellon. Ad. Lob. Rauwolf. Cæſ. Lugd. Tab. Cam. Thal.
Oxyacantha Dioſcoridis, Dod. gal. Cord. in Dioſ. (& Latinis veteribus ſimpliciter Spina) Geſ. hor.
Sorbus aculeata, Cord. hiſt.
Spina acuta quorundam, ſpina alba vulgo, Ang.
Spina appendix Plinii (& ejuſdem Spina ſimpliciter) Geſn. hort. Cluſ. hiſt. cui & Oxyacantha vulgaris.
Meſpilus ſylveſtris, Caſt.

In hanc Meſpilus optimè inſeritur.

IX. Oxyacantha Dioſcoridis, ſive Spina acuta pyri folio.

Oxyacantha legitima, Ang.
Pyracantha, Ad. Lob. Cluſ. hiſt.
Rhamnus tertius Dioſc. Lob. ico.
Acuta ſpina, Caſt.
Uva urſi Galeni, Lugd.

X. Meſpilo ſimilis fructus venenatus.

Arbuſculæ in littore, quarum poma meſpilis noſtratibus ſimilia, Lerio par. 3. Ind. occid. c.12.

XI. Meſpilo ſimilis fructus fuſcus.

Fructus octavus ex navigat. Batav. Cluſ. exot. lib. 2. c.15.

BERBERIS.

AN apud Theoph. 3. hiſt. 17. arbor circa Idam proveniens, quam Colyteam vocant, genus aliud fruticoſum, ramoſum, aloſum, inventu rarum, folio laurino, ulmeo ſimili, oblongius tamen: colore parte altera herbido, tergo autem albido, nervoſóq́, cortice non levi, ſed quaſi vitis veſtitur: ligno duro ſpiſſóq́, radices majorem in modum flavæ &c. Spina appendix eſt appellata, quoniam baccæ puniceo colore in ea appendices vocantur. Plin. l.24.c.13.

I. Berberis dumetorum.

Berberis, Brunſ. Dod. gal. Tur. Geſ. hor. Lac. Lon. Ad. Lob. Caſt. Lugd. Rauwolf. Cam. cui & Amirbaris Avicennæ.
Berberis vulgaris, Bellon. cult. Cluſ. hiſt.
Spina acida, Brunſ. 4. Dod.
Oxyacantha, Hermolao, Ruel. (cui & Spini vineta) Trag. Fuch. Eyſtett.
Oxyacantha Galeni, non Dioſcoridis, Cord. in Dioſcorid. Taber.
Creſpinus, Matth. Cæſalp. cui & Ribes Serapionis fortè.
Oxyacanthus Galeni, Cam.

II. Berberis ſine nucleo.

Berberis ἀπύρηνος, Cluſ. hiſt.

III. Berberis alpina Cretica.

Lycium Creticum, Hon. Belli epiſt. 1. ad Cluſ. & Ponæ: hoc ab utroque accepi.

GROS-

GROSSULARIA & RIBES OFFICINARUM.

THeophraſtus 3.hiſt.17. poſt Rhamnos, [illegible] (æquum Gaza vertit) vel ut alii œſos memorat, his verbis: Aequorum alia candida, alia nigra: & flos fructusq; utrique pro ratione diſcriminis, alius candidus, alius niger: nonnulli etiam medii quodammodo ſunt, quibus flos in purpura candicans: nec enim fulvus, nec exalbidus eſt, &c. Iſon candidum, nonnulli Uvam criſpam exiſtimant: hæc ille. Uvam criſpam ab intortis & veluti criſpis foliis & acinis quos producit, vocant.

I. Groſſularia ſimplici acino, vel ſpinoſa ſylveſtris.
Uva criſpa, Trag. Dod. ut: Fuch. Geſn. hort. Lon. Ad. Lob. (cui Vitis precia Plinii) Tab.
Uva ſpina, Matth. Lac. Cæſ. Caſt.
Groſſularia, Ruellio, Bellon. Thal. alba, Lugd.
Criſpina uva, Cord. in Dioſc.
Rocella Cardano l.6. de var. rer.
Ceanothus ſpina, Theoph. 4 hiſt.11. vel Ceanothus aſper, Geſn. hort.
Groſſularia vulgaris, Cluſ. hiſt.
Fructus maturus flaveſcit, nonnunquã ſubrubet.

II. Groſſularia ſpinoſa ſativa.
Uva criſpa fructu Ceraſi magnitudine, Geſ. hor.
Groſſularia majore fructu, Cluſ. hiſt.

III. Groſſularia ſpinoſa ſativa altera foliis latioribus.
Groſſularia fructu obſcurè purpuraſcente, Cluſ. hiſt.
Eſt & fructu ex atrocæruleo, frutice leviuſculis ſpinis armato; alia fructu hirſuto.

IV. Groſſularia ſimplici acino cæruleo non ſpinoſa, nunc in hortis habetur.

V. Groſſularia multiplici acino ſive non ſpinoſa hortenſis rubra, ſive Ribes officinarum.
Ribes hortenſe, Trag. vulgaris fructu rubro, Eyſt.
Ribes vulgaris domeſtica, Matth. Caſt.
Ribes, Fuch. Lon. Lac. Tab. rubra, Ad.
Ribes vulgo, Ang. Bellon. Cæſ.
Uva urſi, Dod. gal.
Ceanothus levis, Geſ. hor.
Ribeſium fructu rubro, Dod.
Ribes Arabum, Lob.
Groſſularia rubra, Lugd.

VI. Groſſularia hortẽſis majore fructu rubro.
Ribes rubro flore, foliis & fructu majoribꝰ, Cluſ. pan. & hiſt.
Ribes baccis majoribus, Camer.
Ribes major fructu rubro, Eyſtett.
Cultura aliquando in arbuſculam abit, & acinis avellana majoribus aciditſimi ſaporis Florentiæ viſam, Geſnerus lib. de hortis refert.

VII. Groſſularia diſtinctis baccis.
Ribes monocarpos, Cluſ. hiſt.

XII. Groſſularia hortenſis fructu margaritis ſimili.
Ribes vulgaris fructu albo, Cluſ. hiſt.
Ribes fructu albo, Eyſt.

IX. Groſſularia vulgaris fructu dulci.
Ribes candidioribus foliis, Lob. ob.
Ribes vulgaris fructu dulci, Cluſ. pan. & hiſt.
Ribes minor fructu rubro, Eyſtett.

X. Groſſularia ſyl. rubra.
Ribes ſyl. Matth. Geſ. app. Lon. Caſt. Cam.
Ceanothi levis genus ſyl. Geſ. hor.
Groſſulariæ rubræ genus ſyl. Lugd.

XI. Groſſularia non ſpinoſa fructu nigro.
Ribes ſylveſtre, Trag. Thal.
Ribes nigrum, Dod. gal. nigra, Ad. Lob. ico. Tab.
Amomum falſum & Pſeudoamomum, Geſ. hor.
Ribeſium fructu nigro, Dod.
Ribes vulgaris nigro fructu, Cluſ. hiſt.
Ribes baccis nigris, Cam. fructu nigro, Eyſtett.
Frutex Ribi ſimilis fructu nigro, an arbor Piperis in Italia Plinii, myrto ſimilis, Cæſ.
Groſſularia nigra aliis Pipirella, Lug.
Variat baccis minoribus & majoribus.

XII. Ribes Arabum foliis petaſitidis.
Ribes Arabum cum ſuis capreolis, Rauwolf. & Lugd. app.
Ribes legitima Arabum, Cluſ. hiſt.
Ribes Serapionis, Cam. hor.
An idem cum hac,
Ribes Serapionis foliis oxylapathi, Bellonio de coniferis, Dodon. & Lugdun.

XIII. Ribes Rauwolfii congener planta, Cluſ. ex. l.4. c.21.

SAMBUCUS.

SAMBUCUS, quæ Græcis [illegible], ſic videtur Hermolao, à Sambuca, muſico inſtrumento, quod, alii pectida, alii magadin vocant: & hoc ab auctore cui nomen Sambyx fuerit: Sabucus Q. Sereno.

Græcis

Genera duo Dioſcoridi l.4.c.174.& 175.unum quod in arborem aſſurgit &c. alterum genus χαμαιάκτη vocatur, idq; humile atque longè brevius, & ad genus herbaceum accedens,&c. Theoph.3.hiſt.13. Sambucum arborem pluribus verbis deſcripſit: verùm utriuſque deſcriptiones, tanquam arboris notiſſimæ præterire lubet. Plinius l.24.c.8. utriuſque meminit, addens Sambucum habere alterum genus magis ſyl. quod Græci Chamæacten, alii helion (id eſt, paluſtrem) vocant multo brevius &c.

I. Sambucus fructu in umbella nigro.
Sãbucus.Brunf. Matt.Fuch.Dod.ut:Cord.in Dioſ. Bellon. Geſ.hort. Tur. Lac.Lon. Lob.icon. Cæſ. (Tab.
Sambucus vulgaris,Trag.Thal.
Sambucus fructu in umbella, Ang.
Sambucus domeſtica,Caſt. I = Sambucus nigra, L.
Sambucus campeſtris ſive vulgaris,Cam.
Arbor aliquando, aliquando frutex eſt.

II. Sambucus fructu in umbella viridi.
Sambuci aliud genus,Trag.
Sambuci altera ſpecies, Dod. ut:
Sambucus fructu albo, Lob.ico.
Variat baccis viridibus, in aliis albis, vel ex albo floreſcentibus. II = Sambucus nigra, L.

III. Sambucus racemoſa rubra.
Sambucus ſyl.Trag.Lon.
Sambucus montana,Matth.Geſ.hor.Caſt.Cam.
Sambucus racemoſa,Ang.
Sambucus 3.Tur.4. Dodon.
Sambucus montana racemoſa,Ad.Lob.ico.
Samb.montana ſeu ἐρυθρόκοκκος, Thal.
Samb.ſyl. ſive montana,Lugd.
Samb.cervina (quòd hujus folia cervus maximè expetat) Tab. III = Sambucus racemosa, L.
Samb.genus aliud minus,Cord.in Dioſc.
Sambuci alterum genus, Cæſ.
an πυξὸν Theoph. l.3. c.4. montibus autem propria quæ in planis naſci nequeunt, abies, pinus, picea, aquifolia, tilia, carpinus, pygus, &c. quam poſtremam arborẽ Gaza in ſua trãslatione omiſit. an Sambucus montana Plinii, quam in montibus naſci tradit.

IV. Sambucus laciniato folio.
Sambucus foliis laciniatis, Lob.Lugd.
Sambucus laciniofo folio,Dod.
Samb.laciniata, Tab.
IV = Sambucus nigra, L.

V. Sambucus humilis ſive Ebulus. V = Sambucus Ebulus, L.
Chamæacte,Dioſcoridi.
Ebulus, Brunf.Trag. Matth. Fuch.Ang.Tur.Lac. Bellon.Ad.Lob.Caſt.Cæſ.Lugd.Tab.
Ebulus ſive humilis Sambucus,Dod. ut:
Ebulus ſive parva Sambucus,Cord.in Dioſc.
Ebuli & Sambuci alterum genus.Lon.

VI. Sãbucus humilis ſive Ebulus,fol.laciniato.
Ebulus laciniata,Pona ital.qui ex horto Nobilis. Contareni ad me miſit. VI = S. Ebulus, L.

VII. Sambucus aquatica flore ſimplici.
an θραύπαλος Theoph.3.hiſt.7.inter ſylveſtria radicibus multis conſtat: & 4.hiſt.1. & umbroſis locis vehementer gaudet,veluti Taxus.
Opulus, Ruellio. VII = Viburnum Opulus, L.
Aceris ſpecies tertia,quæ Platanus aquatica, Ang.
Sambucus aquatica, Trag. Matth. Lob.ico. Caſt. Lugd.Thal.Tab.Ger.
Sambucus paluſtris,Dod. ut: Cæſ. fœmina, Cam.
Lycoſtaphylõ(i.e.uva lupina) fœmina,Cord.hiſt.
Sambucus paluſtris, vel aquatica ſylv. quibuſdam Chamæplatanus,Geſ.hor.

IIX. Sambucus aquatica flore globoſo pleno.
Lycoſtaphylus maſcula,Cord.hiſt.Geſ.hor.
Sãbucus paluſtris vel aquatica hortenſis, Geſ.hor.
Sambucus roſea, Ad.Lob.ico.
Sambucus paluſtris 2.Dod.mas.Cam.
Sambucus aquatica cultu denſiſsima, Lugd.
Sambucus aquatica polyanthos,Tab.
Sambucus roſea,Ger.Eyſtett.
Floribus eſt pilæ in modum cõglobatis,& communiter albis: rarius purpurei coloris,quæ Sambucus paluſt. hortenſ. flor. purpurei coloris, Geſ.hort. IIX = Viburnum Opulus, L.
Sambucus roſea flore purpureo multiplici,Tab.
Sambuc.roſea flore purpurante, Ger.

FICUS.

FICUS *arbor,* συκῆ *Græcis, & fructus* σῦκα *appellantur.* *Genera, Dioſcoridi l.1.c.183.& 184. & Galeno l. ſimpl. duo ſunt: alia ficus eſt ſativa,* συκῆ ἥμερος *: alia ſylveſtris,* συκῆ ἀγρία *&* ἐρινεός*, Plinio l.15.c.19. Caprificus. Theophraſtus de Ficu, in libris de hiſtoria & cauſis plantarum, plurima habet: qui & Aegyptia & Indica & Cypria (ut & Dioſcorid.) & Caprifici meminit: & Plinius, qui libr.15. cap.18. Ficuum genera viginti novem propoſuit: vel à figura, vel a gente, vel authore derivata, ficus inter pomorum genera referens: & quædam pyris magnitudine æmula eſſe ſcribens: quæ omnia, cùm brevitati ſtudeamus, præterire lubet. Verùm primitiæ* *fructus,*

fructus, tam ſativæ, quam ſylveſtris ὄλυνθος, Latinis Groſſus nominatur: ut ficus ſiccæ in furno, aut ſole exſiccatæ, quæ quibuſdam paſſæ dicuntur, ἰσχάδες, Latinè Caricæ, καρικαὶ Æginetæ: quamvis Carica, ficus peculiaris ſpecies ſit in Syria provenientis, ut ex Plinio colligere eſt. Sic ipſa grana in fructu, Græci κεγχραμίδες frumenta Plinius l.15.c.19. alii ficaria vocant. Hujus ut & Mori foliis Antiochiæ Bombyces ali, & albæ mori arbores & ficus pumiliones ejus nomine coli, Bellonius ſcribit.

I. Ficus communis.
Ficus, Brunf. Trag. Matth. Ang. Dodon. ut: Cord. hiſt. Bellon. Geſ. hor. Lac. Tur. Lon. Ad. Lob. Rauwolf. Cæſ. Caſt. Lugd. Tab. Ger.
Ficus ſativa, Fuch.

Fructus forma & colore differunt, nonnulli longiores, alii breviores: alii pyri forma, alii ſeſsiles ſunt, alii inter hos medii. Colore, albæ, pallidæ, virides, luteæ, purpureæ, ſubrufæ. ex cæruleo ſaturatè purpureæ, nigræ, aliæ denique vario colore ſpectantur. Sunt & albæ quoad pulpam interiorem. Siccarum ſive paſſarum, triplex differentia adfertur, prima in ſportheis, magniſq; corbibus: ſecunda, in ciſtis & ſimilibus ſportis lauri foliis immixtis: 3. in parvis & turbinatis corbibus è ſparto contextis, Maſsilienſium cognomento, cæteris magnitudine quidem inferiores, ſaporis verò generoſitate ſuperiores. Sic in regno Congiano, eximiæ magnitudinis, magnaq; copia: maximè verò in inſula S. Helenæ. Tria Ficuum genera (ut rectè Scaliger in Theoph. 5. cauſ. plant. 1.) fert Ficus: unum, valde tempore præcocem, quē idcirco Græci πρόδρομον quaſi præcurſorem vocarunt, atq; is edendo eſt, Bolas Veneti vocāt, Galli Florones: Columella, communi voce, priorem fructum: Plinius, præcoces. Aliud genus eorum eſt, quod poſtea prodit, cujus duæ ſpecies ſunt: una quæ maturatur, Ficum dicimus, Græci σύκον: altera ſemper cruda eſt, & prius cadit quam abſolvatur: eos Plinius aborſus vocat: alio nomine Groſsi dicuntur, Græci ὀλύνθους vocant.

Variant etiam Ficus in India pro regionū diverſitate: nam in Provincia bonæ ſpei, fructus perpetuò ferunt (par. 8. Ind. occid.) & in Peru ſumma earum ubertas (par. 9. Ind. occid. l. 4. c. 31.) Addit Joſephus Acoſta l. c. in India Occidentali diverſas eſſe valles quæ integro anno fructus promant: ſed admiratione dignius eſſe, quod in Peru arbores reperiantur quæ uno ſemeſtri ex uno latere, altero ex alio fructus protrudāt. Sic in Mala 13. miliariorū intervallo à civitate de Los Reyes, Ficus eſt, quæ parte dimidia, quâ Auſtrum ſpectat, frondes & fructus fert, quando in montanis æſtas viget: altera verò pars, contrario anni tempore, cum in planis æſtas eſt, idem cap. 32.

Ficus arbores Monarde referente, ex Hiſpanica in Peruanas Provincias delatæ, plurimos & optimos fructus geſtant: & ut folia iſthic non deponant, Deus ſingulariter voluit, quo ſemper præſens remedium adeſſet contra inſecta, quæ Araneæ appellantur, quorum ictibus virulentis, lac ex foliis Ficus manans, bis terve in vulnus inſtillatum, remedio eſt.

II. Ficus humilis.
Ficus pumila, Matth. Dod.
Chamæficus ſive humilis ficus, Lob.
Chamaſyce arbor, Lugd.

III. Ficus ſylveſtris Dioſcoridi.
Caprificus vocatur è ſylveſtri genere Ficus, inquit Plinius l. 15. c. 19. nunquam matureſcens, ſed quod ipſa non habet aliis tribuens, &c.
Caprificus, Ang. Cord. in Dioſc. & hiſt.

IV. Ficuum ſpecie fructus Peruanus.
Papaie fructuum genus ficuum ſpecie, 6. par. Ind. occid. 18. qui & Ficuum exiguorum Tunne nominatarum meminit.

V. Ficui ſimilis arbor fructu oblongo.
Ficus Nigritarum, Theveto, Lugd.
Eſt folio Ficus, fructu pedes duos inſtar Cucurbitæ longo, quem tanquam Melones eſitant.

VI. Ficus prædictæ ſimilis fructu magno Meloni par.
Chivef, quod Syriacè Ficum ſignificat, in inſula Zipangu, Thevet. Lugd.

VII. Arbor Malacenſis multis radicibus prędita.
Arbor contrariis prorſus facultatibus donata: nam quæ ſolem orientē ſpectat, adverſus omnia venena valet: quæ verò occidentem, venenum præſentaneum ſunt. Ignotio Franciſcano in itin. novi orbis: ex quo Cluſ. in Acoſtam cap. 41.

IIX. Ficus Indica foliis Mali cotonei ſimilibus, fructu ficubus ſimili in Goa.
Ficus Indica Theoph. 4. hiſt. 5. Indica, ait, regio arborem Ficum vocatam ſortitur, quæ è ramis radices demittit ſingulis āñis, non ex novellis, ſed ex anni-

ex anniculis, atq; etiam vetuſtioribus: illæ ſe terræ conjungentes, ceu ſepem circa arborem faciunt, ita ut veluti tabernaculum condatur, quo etiam morari homines ſolent, &c. Plinio l.12. cap. 5. Ficus Indica exilia poma habet: ipſa ſe ſemper ſerens, vaſtis diffunditur ramis, quorum imi in terram curvantur, &c. & l.7.c.2. ſub una Ficu turmæ conduntur equitum.
Arbor Indica admirabilis, Straboni.
Ficus Indica, Cluſ. ex. Lugd. Tab.
Mangle forte, Oviedi.
an Mangen, Ferd. Lopez.
Arbor de rayz, id eſt, radicoſa, Linſcot. par.4. Ind. or.14. & fig.12.
Enzanda, Pigafettæ, par.1. Ind. or. c.4.
Arbor Goa ſive Indica, Ger.
Ex cortice veſtes conficiunt.

IX. Ficus Indica folio ſpinoſo fructu majore.

Ficus Indica, Matth. Dod. ut: Cardano, Lac. Geſ. Lob. Caſt. Cæſ. Eyſt.
Carduus Indicus & Ficus Indiæ, Cl. cor. ad Dod.
Pala ſive Ficus Indica, Bellonio.
Tuni ficifera Indorum, Ad.
Ficus Indicæ ſpecies, Tune Indorum, Frag.
Anapallus Bellonii, Card.
Tunes, Oviedo, Card.
Tune, Opuntia, Lon.
Ficus Indica ſpinoſa, Tab.
Tune & Tunas Indorum, Lugd.
Opuntia vulgo habita, Cam.
Tunal in nova Hiſpania, nonnullis locis Cardi: par.9. Ind. occid. l.4. c.23.
Tunales qui fructus bonos promunt; & magni qui in India æſtimantur, Tunas vocari ſolent, Idē.
Arbor Nepal: fructus, Nucchti in inſula Cuba, Ferdi, Corteſio, Cardan.

Opuntiam nonnulli credunt, de qua Theoph. 1. hiſt. 12. ſic: huic (Ficui Indicæ) ſimilis eſt, vel potius quodammodo mirabilius, ſi qua ex folii radicem mittat, qualem circa Opuntem herbulam eſſe ajunt, quæ & eſu ſuavis eſt. Plinio l.21. c.17. item circa Opuntem, Opuntia eſt herba etiam homini dulcis: mirumq; è folio ejus radicē fieri, ac ſic eam naſci: Aliis Pala Plinii, & Tala Arriano, Guil.

Colore fructus variat, virides internæ purpurei, cerei, albi variegati.

X. Ficus Indicæ grana.

Cochinillia ſive Grayn vermiculus ſub folio Tunal: par.8. Ind. occid. l.4. c.13.
Quidam Tunas (id eſt fructus) nullos gignunt, ſed ſub foliis fructum alium Greyn dictum edunt, vermiculum ſcilicet foliis adhæreſcentem & tenui pelliculà obductū, & hæc celebratiſs. Indiæ Cochinillia, qua Grayne colorantur, Idem.
Arbor Cochenille, Claud. Dureto.

XI. Ficus Indica ſpinoſa ſylveſtris.

Cardis ſeu Tunades ſyl. fructum nullum protrudentes: ſi verò proferant, meris ſpinis horrent: par.9. Ind. occid. l.4.

XII. Ficus Indica folio ſpinoſo fructu minore.

Indorum ferruminatrix, Adverſ.
Opuntia oſtocollos, quos artuum fracturis & luxationibus profit: de qua & Author hiſt. generalis Indiarum.
Arbor rupturas conſolidans, Ovied. qui ſuſpicatur Carduum Tunes in hanc arborem tranſmutari.

XIII. Mippi nonnullis Indis Caiahaba, quæ oſsiū fracturis alligata ea ferruminare ſolet, Cluſ. ex. l.4. c.14.

XIV. Cereus Peruanus ſpinoſus fructu rubro nucis magnitudine.

Cardui ſpecies, quem Chriſtiani Cereum appellant, Oviedo.
Euphorbii arbor Cerei effigie, Ad. Lob. ico.
Euphorbium, Caſt. ico.
Cereus ſpinoſus, Lugd. Ger.
Cereus Peruvianus, Tab.
Stipites ſpinoſi haſtæ altitudine, Linſcot. 4. par. Ind. or. fig.21.

XV. Ficus Indica lævis piloſa: hæc ex Creta miſſa: eaq; duplex, altera folio rotundo, altera folio oblongo.

XVI. Ficus Indica humilis: hanc ex horto Doctoris Saltzmanni Poliatri & Profeſs. Argentinenſis habeo, quæ pedem vix ſuperat, ramis eſt reflexis & veluti repentibus, flore magno, luteo: de qua in hiſtoria.

Ficus Indica minima, aliis Lichen marinus, vel Opuntia marina, de Bry.

SYCO-

SYCOMORUS.

Συκόμορον. aliqui etiam συκάμινον vocant, eſt arbor magna, fico ſimilis, largo ſucco abundans, foliis Mori: fructum ter quatérve anno proferens, non è ſummis ramis, ſed è caudice ipſo ἐρινεῷ id eſt, caprifico ſimilem, groſsis dulciorem, ſine granis interioribus, Dioſc.l.1.c.181. At Theoph.1.hiſt.1.& 23. συκάμινος ἐν αἰγύπτῳ: peculiaris vel maxime ortus, ſi quis fructus caudici proſiliat, ut Moro Aegyptiæ: hanc enim ex caudice ferre nonnulli affirmant: alii grandibus ex ramis eam fructificare: & 4.hiſt.2. & ſimilis quodammodo moro noſtrati eſt quippe folio magnitudine aſpectúq; proxima: pomum eſt magnitudine ficus, granis internis carens, &c. Plinio l.23.c.8. Mora in Aegypto & Cypro ſui generis, largo ſucco abundant, ſummo cortice deſquammato &c. & l.13.c.7. eadem fere quæ Theoph.habet, Ficum Aegyptiam vocans.

I. Ficus folio Mori, fructum in caudice ferens. Ficus Sycomorus, L.
Sycomorus, Matth. Dod.ut: Lac. Lon. Ad. (ſive Morofícus) Lob. Caſt. Lugd. Tab. Ger.
Sycomorus, Ficus Pharaonis, vocant, Bellon. Geſ.hor.
Sycomorus Giumetz appellata, Alpino.
Pothel Theveti, Lugd.
Sycamine Theoph. Cæſ.
Ficus Ægyptia, Rauwolf.

II. Ficus folio Sycomori, fructum non in caudice gerens.
Συκῆ ἐν Κύπρῳ gignitur, arbor ſpecie differens, quippe quæ Ulmis cum ſit, folia Sycamini refert: fructum verò gerit prunorum magnitudine, & quàm pruna ipſa dulciorem, Dioſcorides, l.1. cap.182.
Ficui Ægyptiæ ſimilis quadantenus, quæ vocatur Cypria ficus in Creta: nam & illa in caudice ipſo fert pomum, & ramis cum in craſsitudinem adolevêre: ſed hæc germina emittit ſine ullis foliis radicis ſimilia, &c. Plin.l.13.c.7.
Ficus Cypria in Sycomori genere, Matth.
Sycomorus in Cypro, Cord. in Dioſc.
Ficus cypria, Dioſcoridis, Sycomorus Græcorum, Mumeitz Arabum, Rauwolf. Lugdun. append.

III. Sycomorus foliis minoribus.
Sycomoro ſimilis fructu flaveſcente ſine granis in Mayo inſula: 4.par.Ind.or.fig.19.

IV. Ambulon, Scalig. Lugd. Aruchit inſula fert arborem, cujus è cortice fructus exit candidus, ſaccharite ſpecie, & magnitudine coriandri, Ambulon ei nomen eſt.

MORUS.

Quæ arbor Μορέα ἢ συκαμινέα Latinis Morus, fructus μόρον ἢ συκάμινον Morum dicitur. Dioſc.l.1.cap.180. arbor eſt nota: at Theoph.1.hiſt.15. Sycaminos (Morus Gazæ) ſerotina germine eſſe ſolet, ſed nihilo tardius quam aliæ folia deperdit: 1.hiſt.19. ſuccus vinoſus eſt: 1.hiſt.21. flores ſunt lanuginei, &c. Plinio l.15.cap.24. nec alio modo quam pomi magnitudine differunt mora Oſtienſia & Tuſculana: & l.16.c.22. arborum dicta ſapientiſsima, quia noviſsima urbanarum germinat, nec niſi exacto frigore: quare l.18.c.27. cum germinare videris Morum, injuriam poſtea frigoris timere nolito.

I. Morus fructu nigro.
Morus, Brunf. Trag. Matth. Fuch. Dod.ut: Lacun. Tur. Lon. Rauwolf. Ad. Cæſ. Lugd. Tabern. Ger.
vulgaris, Cam.
Morus arbor fructu nigro, Geſ.hor.
Morus nigra, Cord. in Dioſc. Bellon. Caſt.
Morus rubra, Ang.
Morus celſa officinis, Lob.
Celſa quaſi excelſa dicitur, ad differentiam Rubi, cujus fructus etiam Mora, ſed bati, dicuntur.

II. Morus fructu albo.
Morus alba, Matth. Ang. Geſn.hor. Lac. Ad. Caſt. Lugdun. Cam. Tab. Ger. Rauwolf. cui Tut Tripolitanis.
Morus alba, Gallis perperam Sycomorus, Bellon.
Morus candida, Cord. in Dioſc. Dod. Lob.
Morus primum ex Hiſpania in Indiam propter bombyces illata: par.9. Ind.occid.l.4.c.32.
Hæc non ſolum colore & magnitudine, ſed etiam ſapore à nigris differunt. Folia in hac quando adhuc humilis eſt, laciniata & altius inſecta habet, & non ſecus in nigra, quæ
Chamæmorus augmenti tarditate tantùm à vulgari diſcrepans, Cam.

I = Morus nigra, L. / II = Morus alba, L.

ARBUTUS.

ARbutus Dioſcoridi l.1.c.175. κόμαρος, arbor eſt cydonio aſsimilis, tenui cortice, fructum habens pruni magnitudine, nuclei expertem, quẽ μεμαίκυλον vocant, qui ubi maturuit ſubfulvus, aut rubicundus eſt. Theophraſt.3.hiſt.16. Comarus, quæ nemecylum cibo idoneum ferat, magnitudine non nimium præſtat: corticem tenuem tamarici ſimilem habet: folium inter ilicem & laurum: flores ſingulari appendice parte poſtrema racemat: cohærent, ſpecie quiſque myrto oblongo ſimilis, non foliatus, concavus, tanquam ovum exſculptum ore aperto, &c. Plinio l.15.c.24. pomum duobus nominibus appellant Græci, Comarum & Memecylon, & apud nos alio nomine Arbutus &c. & l.23.c.8. Arbutus ſive Unedo, fructum fert difficilis concoctionis.

I. Arbutus folio ſerrato.
Arbutus, Matth. Dod. ut: Bellon. Cord. in Dioſcorid. Geſner. hort. Lacun. Tur. Lon. Rauwolf. Cluſ. hiſpan. & hiſt. Cæſ. Caſt. Lugd. Tab. Camer. Ger.
Arbutus Theophraſti, non Dioſcoridis, Ang.
Salix 2. candido cortice, Trag.
Salix candida vel Græca, Dod. gal.
Salicis tertium genus; & Salix alba, Lon.
Hæc ad ligamenta planè inutilis eſt: cõmuniter cortice albo, rarius rubro, de qua ſub Salice 1. in Prodromo.
Salicis 4. genus, quam vulgo Vitricem vocitent, quòd vitri modo frangatur, Cæſalp. proponit, ſed folia lata ſubrotunda & hirſuta tribuit.

X. Salix foliis glaucis & per ambitũ hirſutis.

XI. Salix humilis capitulo ſquammoſo.
Salix Helice Theoph. 3. hiſt. 13. Lugd.
Salix anguſtifolia, Cluſ. pan. Pannonica, Eid. hiſt.
Sæpè foliis veſicæ ſubrubentes, & ſurculis, pilulæ quædam ſcabræ inſident.

Salix latifolia.

I. Salix latifolia rotunda.
Siler arbor, Ang.
Salix lato folio, Geſ. hor.
Chaleb Syrorũ, Geſ. quia flore eſt odoratiſs. Cam.
Salix platyphyllos, Ad. alia, Thal.
Salix latifolia, Cam. Cluſ. hiſt.
Salix platyphyllos ſive leucophlœos & Elæagnos quibuſdam, Lugd.
Salix caprea rotundifolia, Tab. Ger.
De Silere Plinius l. 16. c. 18. hæc habet: non niſi in aquoſis proveniunt Salices, alni, populi, ſiler, liguſtra teſſaris utiliſsima: & cap. 21. Sileri folia non decidere ſcribit, nulla alia nota addita: deque ejus viribus l. 24. c. 10. egit.
Hujus carbo citiſsimè ignem concipit, quare ex ejus cinere, ſulphure & ſpironitro pulvis tornatarius conficitur: hujus carbonibus pictores ad delineanda opera utuntur.

II. Salix folio ex rotunditate acuminato.
Salicis quartum genus, Trag. Lon.
Salix aquatica, Lob. ico.
Salix platyphyllos, Thal.
Salix caprea latifolia, Tab. Ger.

III. Salix latifolia minor.
Salicis platyphyllæ ſpecies alia, Thal.

IV. Salix ſubrotundo argenteo folio; quæ 3. in Prodromo.

V. Salix maritima oſtrearum teſtis innaſcens.
Salix marina, Lugd.

Salix pumila latifolia.

I. Salix humilis latifolia erecta: quę 4. in Prodr.

II. Salix latifolia repens.
Salix puſilla humilis, ſive Salicula repens, Cam. ep.
Salicis pumilæ genus 2. Cluſ. pan. & hiſt.
Salix pumila, Tab. humilis, Ger.
Salix pumila, folio latiore, Dod. belg.
Salix leucophlœos palmum alta, Lugd.

III. Salix alpina pumila rotundifolia repens, infernè ſubcinerea.
Salix pumila latifolia prior, Cluſ. pan. & hiſt.

IV. Salix pumila foliis utrinque candicantibus & lanuginoſis.
Salix abortiva, Lugd.

V. Salix ſaxatilis minima, quæ 7. in Prodromo.

Salix pumila anguſtifolia.

I. Salix pumila linifolia incana.
Salix pumila anguſtifolia prior, Cluſ. pan. & hiſt.
Salix pumila folio anguſtiore, Dod. belg.

II. Salix pumila brevi anguſtoq; folio incano.
an Salix humilis repens, Ad. Lob. ico.
Salix pumila anguſtifolia altera, Cluſ. pan. & hiſt.
Hæc variat: nam paulo latioribus foliis quæ in ſabuloſis Hollandiæ aggeribus Oceano objectis naſcitur, Cluſio monente.

III. Salix alpina Pyrenaica: quæ 6. in Prodr.

IV. Salix alpina anguſtifolia repens, non incana, quæ 5. in Prodromo.

Salix exotica.

I. Salix Syriaca folio oleagineo argenteo.
Zarneb vel Zarnabum, Rhaſi c. 353. & Avicennæ c. 749.
Zurumbeth Serapioni, c. 26.
Elæagnus Theophraſti.
Safiat Syrorum, Rauwolf. & Lugd. ap.
Calaf ſeu Ban, Alpino.
Verùm Rauwolf. foliis anguſtioribus, at Alpi-

nus

nus latioribus pingit: hác ſub nomine arboris magnæ virtutis, ab inſigni Pharmacopœo D. Jo. Pona Verona hoc anno accepimus.

Ex floribus incolas aquam cordialem elicere, Rauwolfius ſcribit: & quidem in Ægypto, quam Macahalef vocitent, Alpino monente.

II. Salix Arabica foliis Atriplicis.
Garb Arabum, Avicen. c. 326. & 686.
Salix exotica, Garb incolis, Rauwolf.
Garab Maurorum, Lugd. ap.

Ex hac apud ipſos Aphronitrũ optimum fit, ad ignariũ pulverem conficiendũ, Rauwolf. monẽte.

AGNUS CASTUS ſive VITEX.

VITEX, Græcis ἄγνος, ἢ λύγος Dioſcoridi l. 1. c. 135. ἄγνος, id eſt Caſtus, quòd ab iis à quibus eſtur, aut bibitur, aut ſubſternitur, caſtitatem conſervet, Gal. 6. ſimplicium auctore: quare matronæ in Theſmophoriis Athenienſium ἁγνεύουσαι, id eſt, caſtitatem cuſtodientes, folia hujus arboris ſibi ſternebant, Dioſcoride & Plinio referentibus. Cui & λύγος (quaſi vimen) propter invictam ferè virgarum flexibilitatem: officinis, Agnus caſtus: cujus ſemen quibuſdam à Piperis ſimilitudine, Piper vocatur. Eſt Dioſc. frutex in arborẽ aſſurgens: virgulta gerit fractu contumacia & longa: folia verò olivæ, ſed teneriora atq; majora. Theoph. ἄγνος (Amerinam Gaza vertit) cultura arbor efficitur, cùm frutex ſit, 1. hiſt. 5. verùm ſuper fructum ipſum florem inſidentem emittit: virgas parvas ſicut cornus fœmina ſuo latere profert & fructuoſior eſt, nodos tamen geminatos, tum invicem congruos habet, 1. hiſt. 21. Plin. l. 24. c. 9. non multum, inquit, à Salice vitilium uſu diſtat Vitex, foliorum quoque aſpectu, niſi odore gratior eſſet.

Genera ejus duo: eſt quæ album florem, cum aliquatenus purpureo mittat, altera purpureum profert, Dioſc. ac Plinio l. c. major, in arborem Salicis modo aſſurgit: minor, ramoſa foliis candidioribus, lanuginoſis: prima album florem mittit in purpureo, quæ & candida vocatur: nigra, quæ tantum purpureum.

I. Vitex foliis anguſtioribus cannabis modo diſpoſitis.
Vitex, Trag. Dod. ut: Ang. Cord. in Dioſc. Geſn. hor. Lac. Tur. Lon. Cæſ. Lug. Cam.
Vitex ſive Salix Amerina, Matth.
Agnus ſive Vitex, Bellon.
Agnus caſtus, Geſ. hor. Caſt.
Elæagnon Theophraſti, Ad. Lob.

II. Vitex latiore folio.
Vitex latiore ſerrato folio, Lob. Lugd.

III. Vitex trifolia minor.
Agni caſti ſpecies multo minor cæteris, tribus tantum firmis foliis donata, Rauwolf. Sed quid?

SPIRÆA.

DE Spiræa hæc habet Theophraſtus 1. hiſt. 25. plura ex aliis fructum cacumine ferunt, quam ex arboribus, ut frumentorum quæ ſpicam pariunt, & fruticum ἐρείκη καὶ σπειραία (aliqui πειραί legunt) καὶ ἄγνος, καὶ ἄλλ' ἄττα: erica, piræa, amerina, ut Gaza vertit, qui omittit καὶ ἄλλ' ἄττα, id eſt, & alia quædam.

Frutex ſpicatus foliis ſalignis ſerratis.
Spiræa Theophraſti forte, Cluſ. hiſt.

LIGUSTRUM.

LIGUSTRUM Græcis κύπρος. Cyprus Dioſc. l. 1. c. 124. arbor eſt foliis circum virgulta oleæ ſimilibus, ſed latioribus, mollioribus & viridioribus: floribus candidis muſcoſis, odoratis: ſemine nigro, ſambuci fructui ſimili: & Plinio l. 12. c. 24. Cyprus in Aegypto eſt arbor Ziziphi foliis, ſemine coriandri, flore candido odorato: & mox, quidã hanc eſſe dicunt arborẽ, quæ in Italia Liguſtrum vocatur: & l. 24. c. 10. Liguſtrũ eadem arbor eſt, quæ in Oriẽte Cyprus.

I. Liguſtrum Germanicum.
Liguſtrũ, Brunf. Matth. Lac. Fuch. Cord. in Dioſ. Bellon. Geſn. hort. Tur. Lob. Rauwolf. Cæſ. Caſt. Lugd. Thal. Tab. Ger. Eyſtett.
Liguſtrum vulgare, Trag.
Liguſtrum majus, Lon.
Phyllirea, Dod. ut: Ang. Geſ. hort.
Halimus, Lac.
Liguſtrum Dioſ. noſtras, Ad.
Liguſtrum Italicum, Alpino.

Sunt qui Cyprum Dioſcoridis volunt, ut Tragus, Matth. Cord. in Dioſc. Cæſ. & alii: negant alii, ut Anguillara, qui Liguſtrum Latinorum facit: alii Phyllirean volunt, ut Dodon. & Anguil.

Flore eſt albo, Tragus & ſubluteo notavit, & Liguſtri aliam ſpeciem nominat: & Lonicerus majus & minus facit.

II. Liguſtrum myrtifolium Italicum quod 1. in Prodromo: quod etiam nomine Myrti liguſtri folio, accepimus.

III. Liguſtrũ foliis laciniatis, quod 2. in Prodromo, & Liguſtri nigri nomine ex Italia primũ, dein pro Syringa laciniatis foliis ex horto Nobil. Contareni habemus.

IV. Liguſtrum Ægyptiacum latifolium.
Cyprus Græcorum, Alcanna vel Henne Arabum, nunc Græcis Schenna, Rauwolf. & Lugd. append.
Cyprus Plinii ſive Alcanna, Belli ep. 4. ad Cluſ.
Henne in Ægypto aliàs Alcanna, Bellonio.
Alcanna Arabum, Cluſ. ad Bellon.
Alkanna, Ad.
Flore eſt pallidè ſubflavo.

V. Liguſtrum Ægyptiacum anguſtifolium.
Liguſtrum Ægyptium, Elhanne ſeu Tamaharendi, vel Alcanna Avicennæ, Alpino.

Figura enim ab Alpino propoſita diverſa, à Rauwolfii figura, quod & Cluſius in cur. poſterioribus monet: & Alpinus florem ſubcinereum Sambuci floribus minorem tribuit: quare an diverſæ conſiderandum: ramum ſolum baccis minutis ſeminibus refertis onuſtum, ſed ſine foliis, ex Creta ab Honorio Belli habemus. In hiſt. Ind. or. par. 4. figura tab. 15. ſub Mangoſtans proponitur.

PHILLYREA.

Φιλυρέα Dioſc. l. 1. c. 125. arbor eſt Cypri magnitudinem æquans, foliis oleaceis, ſed latioribus & nigrioribus, fructu lentiſci nigro, ſubdulci, & quaſi racemato.

I. Phillyrea latifolia levis.
Phylerea arbor Galloprovinciæ, verior Macaleb Serapionis, Ad. Lob. ico.
Phillyrea, Cam. ep. * notata.
Phillyra, Mahaleb Serapionis, Lugd.
Philyca Dalechampii, Eid.
Mahalepum Serapionis, Tab.

II. Phillyrea latifolia ſpinoſa.
Phillyrea prima, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Phillyrea prior Cluſii, Lugd.

III. Phillyrea folio leviter ſerrato.
Phillyrea 2. Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd. Tab.
Phyllirea ſerrata, Ger.

IV. Phillyrea folio Liguſtri.
Phillyrea, Matth. Lac. Rauwolf. Lugd.
Phillyrea Bellonii, Geſ. hor.
Cyprus latiore folio, Dod.
Phillyrea major, Ad. Narbonenſis, Lob.
Phillyrea tertia, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd. Tab.
Philyrea media, Cam. ep.
Philyrea Penæ major, } Lugd.
Alaternus major Dalechampii } Lugd.
Ilatrum, Cæſ. & Phillyra, Theoph.
Phyllirea latiore folio, Ger.

V. Phillyrea anguſtifolia prima.
Cyprus, Dod.
Phillyrea quarta, Cluſ. hiſp. & hiſt. Tab.
Philyrea anguſtifolia, Lob. Cam. ep. Ger.
Phillyrea minor, Ad. Penæ, } Lugd.
Alaternus minor Dalech. } Lugd.

VI. Phillyrea anguſtifolia ſecunda.
Phillyrea quinta, Cluſ. hiſp. & hiſt.

SECTIO QUARTA.

PHILYCA; CELASTRUS; OENOPLIA; RHAMNUS; Lycium; Rubus; Chamærubus; Capparis; Roſa Sativa, ſylveſtris, & Hiericuntica.

PHILYCA.

Φιλύκη Theophraſto 1. hiſt. 15. ex ſylveſtribus perpetuò viret: 3. hiſt. 6. ineunte Vere germinat: 5. hiſt. 7. candor ei Celaſtri modo, ſemper fronde abundat. Plinio l. 16. c. 26. Alaternus dicitur, qui inter arbores fructum nullum ferentes, hoc eſt, ne ſemen quidem, refert, cui folia inter Ilicem & Olivam.

I. Philyca elatior.
Alaternus, Ang. Portæ, Cam.
Philyca Theophr. Alaternus Plinii, Elæprinos Cretenſium, Bellonio.
Alaternus Plinii (& Spina cervina quorundam) Lobel. icon. Gerar.
Alaternus prima, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd. Tab.
Celaſtrus mas Theophraſti, Cæſ.
Bourgeſpine Monſpelienſium, Ad. Lob. ob.
Apharca Theophraſti, Lugd.

Phillyrea

Phillyra mas Theophraſti, Cæſ.
Alaternus Turneri, Taber. qui duas figuras adpoſuit.

A φιλύκη Theophraſto 1. hiſtor. 15. ex ſylveſtribus arboribus perpetuò viret: 3. hiſtor. 6. fructum primum cum uva nigreſcit & varia fit, maturant: alterum cum vitis floret: bis enim ambæ fructum ferre videntur.

II. Philyra humilior.
Alaternus alter, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd. Tab.
Alaternus alter humilior, lato folio, Lob.
Ilatrum folio ad Ilicem accedente, Cæſ.
Celaſtrus fœmina Theophraſti, Lugd.
Alaternus humilior, Ger.

CELASTRUS.

Κηλάστρος Theophraſto 1. hiſt. 6. cultum nullum patitur: 1. hiſt. 15. folia nunquam demittit: 3. hiſt. 6. & tardiſſimè fructum perficit: 5. hiſt. 8. ad baculos idonea eſt.

Celaſtrus Theophraſti, Cluſ. in cur. poſt. hanc ex horto Leidenſi accepimus.

OENOPLIA.

I. Oenoplia non ſpinoſa.
Sudar Serapioni.
Oenoplia ſeu Napeca Bellonii, Connarus Alexandrinorum fortè apud Athenæum, Cluſ. hiſt.
Hanc una cum fructu & floribus, ex Creta ab Hon. Belli accepimus.

II. Oenoplia ſpinoſa.
Nabca, Paliurus Athenæi credita, Alpin.
Oenoplia ſpinoſa, Honor. Belli, Cluſ. hiſtor. & ep. 5.

RHAMNUS.

Rhamnus ῥάμνος Dioſcoridi lib. 1. cap. 119. frutex eſt circa ſepes naſcens: virgas rectas & ſpinas aculeatas, ut Oxyacantha habens: folia verò parva, oblonga, ſubpinguia, mollia: eſt & altera candidior. De tertia, vide ſub Paliuro. Et Theoph. 1. hiſtor. 15. ῥάμνος frutex eſt perpetuò virens: 3. hiſt. 17. & alia candida, alia nigra, fructuq; diverſus, ambæ verò aculeigeræ: 3. hiſt. 18. peculiare racemis, quod per latera caulium ſepiunt: poſtremoq; caulis racemus omnium maximus propendet. Plinio l. 24. c. 14. inter genera Ruborum, Rhamnus appellatur à Græcis, candidior & fruticoſior: is floret ramos ſpargens rectis aculeis, non ut cæteri aduncis, foliis majoribus. Alterum genus eſt ſyl. nigrius & quadantenus rubens: fert veluti folliculos.

I. Rhamnus ſpinis oblongis, flore candicante.
Rhamnus candida, Theophraſti.
Rhamnus primus, Matthiol. Ang. Lac. Lon. Cluſ. hiſp. & hiſt. Dod. Rauwolf. Lugd. Caſt.
Rhamnus candida, Cord. in Dioſc.
Rhamnus alter Dioſcoridis Monſpel. Ad. Lob. Lugd.
Rhamnus, Bellon. Cæſalp.
an Rhamnus circa Tripolim ipſis Hauſet, Arabibus.
Hauſegi ſive Rhamnus primus, Rauwolf.

II. Rhamnus alter foliis ſalſis flore purpureo.
an Rhamno altero ſimilis, Bellon.
Rhamni prioris altera ſpecies, Cluſ. hiſp. & hiſtor. Lob.
Rhamnus primus alter, Dod.
Rhamnus alter Cluſii. Lugd.
Rhamni ſpecies quæ Spina ſancta, Colum.

III. Rhamnus tertius flore herbaceo baccis nigris.
Rhamnus niger Theophraſti.
an Rhamni genus baccis nigris in Græcia, Bellon.
Rhamnus tertius, Cluſ. hiſp. & hiſtor. Dod. Taber. Ger.
Rhamnus primæ ſpeciei tertius, Lob.

IV. Rhamnus Salicis folio anguſto fructu flaveſcente.
Rhamnus ſecundus, Matthiol. Dod. ut: Lac. Lon. Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd. cum figura Matthioli & Dodonæi.
an Rhamni genus baccis rubentibus, Bellon.
Oleaſter Germanicus, Cord. in Dioſc. & hiſt.
Oleaſtri peculiare genus, Cord. obſ.
Rhamni ſpecies, Cam. ep. & hor.
Rhamnus primus Dioſcoridis, Ad. creditus, Lob.
Rhamni alterum genus, Cæſ.
Hippophaë Dioſcoridis fortè, Colum.

V. Rhamnus folio ſubrotundo fructu compreſſo.
Rhamnus tertius Dioſcor. quem ſcribit nigrioribus, latioribusque foliis & quadantenus ruben-

tibus: virgultis oblongis, quinque ferè cubitorum & ſpinoſioribus quidem, at minus firmos, & rigidos aculeos habens: fructus verò latus, albus, tenuis, folliculi figura, fructu verticilli. Sunt qui Rhamni 3. Dioſcoridis deſcriptionem ad Paliuri ejus hiſtoriam revocandam velint: de quo l.1.c.121. ſic: παλίουρος frutex eſt vulgo notus, aculeatus, ſolidus, cujus ſemen pingue, & lini ſeminis æmulum reperitur. De quo Theoph. 1. hiſt. 5. frutex eſt: 1. hiſt. 8. ſpinoſus: 1. hiſt. 6. folia cum extremorum lateribus ſinuata concidunt: 3. hiſt. 6. & poſt Occaſum Vergiliarum fructum reddit: 3. hiſtor. 17. habet quoque nonnullas differentias: omnes autem fructiferæ, &c. & 4. hiſt. 4. in Africa plurima eſt & fruticoſior, folio noſtrati (id eſt Jujubis) ſimili, fructu diverſo, fructum ferens latum inſtar folii, &c.

Spina Judaica, Creſcentio.
Rhamnus tertius, Matth. Ang. Lac. Geſ. hor. Lon. Caſt. Cam. Colum.
Rhamni tertia ſpecies, Dod. gal.
Rhamnus niger, Cord. in Dioſc.
Paliurum & Apaliura Græcis vulgo, Bellon.
Paliurus frutex, Geſ. ap.
Paliurus, Dod. Ad. Lob. Rauw. Lugd. Caſt. Cam. Eyſtett.
Jujuba ſylveſtris & Spina Marruca, & Paliurus Africanus Theoph. Cæſalp.

VI. Rhamnus catharticus.
Rhamni alia ſpecies, Trag.
Spina infectoria, Matth. Bellon. Ad. Lob. Caſt. (Cluſ. hiſt. Tab.
Spin merlo, Caſt. ap.
Rhamnus ſolutivus, Dod. ut: Thal. Ger.
Cerviſpina, Cord. hiſt.
Spina cervina vulgo, Geſ. hor.
Spina alba, Lonic.
Spina cervalis vulgo, Cæſ.
Rhamnus catharcticus, Lugd.
Communiter frutex eſt: aliquando arboream altitudinem adipiſcitur.

VII. Rhamnus catharticus folio oleæ.
Hippophaes, Anguil.
an Hippophæſtum quorundam, Lugd.

IIX. Rhamnus catharticus minor.
Spina infectoria pumila prior, Cluſ. pan. & hiſt.
Rhamni ſolutivi minor ſpecies, Cam.

IX. Rhamnus foliis oblongis ſerratis.
Rhamnus Bavaricus, Lugd.

LYCIUM.

Λύκιον, à Lycia in qua magnus hujus proventus fuit: & πυξάκανθα, id eſt Buxus aculeatus, à ſimilitudine quadam cum Buxo dicitur. Eſt Dioſcoridi l.1.c.132. arbor ſpinoſa, virgis trium cubitorum, aut etiam longioribus, circa quas folia ſunt buxo ſimilia, denſa: fructum habet inſtar piperis nigrum amarum, denſum, lævem: corticem verò pallidum Lycio denſato ſimilem & radices numeroſas, obliquas, lignoſas: & mox: fertur & Lycium Indicum fieri ex frutice Lonchitide appellato: eſt is è ſpinarum genere, virgas habens rectas tricubitales, aut etiam majores, à fundo tranſverſas & Rubo craſſiores: ruptus cortex rubeſcit, folia verò oleæ ſimilia. Et Plinius l. 12. c. 7. fert & ſpina piperis ſimilitudinem, præcipua amaritudine, foliis parvis denſiſq;, Cypri modo, ramis trium cubitorum, cortice pallido, radice lata, lignoſaq;, buxei coloris: & l.24.c.14. Modum conficiendi docet: addens ſpinam ex qua Lycium fiat, in Græcia pyxacanthen chironium vocari.

I. Lycium buxi folio.
Lycium, Matth. Tab. Ger.
Lycii nomine oſtenditur, quæ tamen verum non eſt, Ang.
Pyxacantha, Dod. ut: Lon.
an Lycium ſive Pyxacantha Narbonenſium, Ad.
Lycium alpinum, Lugd.

II. Lycium facie pruni. ſyl. ſive Italicum.
Lycium Italicum, Matth. Lugd. Tab.
Spina infectoria pumila altera, Cluſ. pan. & hiſtor.
Ponæ.
Lycium Hiſpanicum, Ger.

III. Lycium Hiſpanicum folio oblongo.
Lycium Hiſpanicum, Lob. Lugd.

IV. Lycium Hiſpanicum folio buxi.
Lycium quorundam, Cluſ. hiſp. & hiſt.
an Tamaio, Lycium verum, Frag.

V. Lycium latifolium.
Paliurus alter peregrinus, Ad. Lobelius in iconibus titulum habet, ſed figura ſubjecta non convenit, quæ ſub Rhamno 3. repetitur, & eſt Oxyacanthæ Dioſcoridis.

VI. Lycium Gallicum.
Lycium Dalechampii, Lugd.
Grana luteo colore tingunt.

VII. Lycium Indicum foliis pruni.
Frutex ſpinoſus peregrinus, Arabibus Hadhadh, incolis Zaroa, Rauwolf.

Lycium

Lycium legitimum Rauwolfii, Cluſ.hiſt.
Lycium in Libano proveniens, Belli ep.1.

IIX. Lycium Indicum alterum.
Uzeg, Lycium Indicum creditum, Alpino.

IX. Lycium foliis ericæ.
Cate ſive Lycium, Garz.Acoſt.
Lycium cujus ſuccus Cate dicitur, Frag.

X. Lycio affinis Ægyptiaca.
Agiahalid, Alpino.

XI. Frutex exiguis foliolis confertus.
Tamaxo, Cluſ.hiſp.& hiſt.

RUBUS.

Rubus βάτος Græcis: notitiæ vulgaris eſt Dioſcoridi l.4.c.37. At Theoph.1.hiſt.5.frutex eſt: 2.hiſt.16.cujus folia cùm extremo, tum lateribus ſinuata cõcidunt & ſpinoſa cuncta redduntur: 6.hiſt.1.imò etiam caulis & rami: 1.cauſ.21.fructum racematim gerit, & non ſolum ſerò, ſed etiam particulatim matureſcit.

Genera: Theoph.3.hiſt.18.plura eſſe ſcribit: & trium meminit: quædam erecta quæ βάτος: quædam deorſum pergens, quæ χαμαίβατος: tertia κυνόσβατος dicitur. Et à Dioſcoride l.c. βάτος: & cap.ſeq. βάτος ἰδαία: & l.1.c.123. κυνόσβατος proponitur. Plinio l.16.c.37. Rubi mora ferunt: & alio genere ſimilitudinem roſæ, qui vocatur Cynosbatos: tertium genus Idæum vocant Græci à loco. Sic l.24.c.13.duorum priorũ meminit: & cap.ſeq. Cynosbati, rubi Idæi, & Rhamnum inter Rubi genera recenſuit.

I. Rubus vulgaris, ſive Rubus fructu nigro.
Βάτος Græcis: Sentis, Latinis dicitur: & fructus mora rubi, βάτινα Galeno: quibuſdam Vaccinia: officinis mora bati.
Rubus Dioſcoridi & Plinio.
Rubus excelſa, Theophraſto.
Rubus, Brunf.Matthiol.Fuch.Dodon.ut: Cord.in Dioſc.Lac.Tur.Lon.Lob.Cæſ.Caſt.Lugd.
Rubus grandis & ſecundus, Trag.
Morus ſive Rubus, Ang.
Rubus vulgaris, Geſ.hor.Thal.
Rubus Batis, Ad.
Rubus arvenſis, Tab.
Rubus Idæus, Ger.ico.

II. Rubus repens fructu cæſio.
Chamæbatos Theophraſto, humirubus Gazæ.
Rubus humilis & primus, Trag.
Rubus minor, Dod.ut:
Rubus repens, Ad.
Rubus humilis Belgicus, Cluſ.pan.& hiſt.
Rubi alterum genus, Cæſ.Lugd.
Fructu eſt communiter cæſio, modo cæruleo, modo nigro & minore.

III. Rubus Idæus ſpinoſus.
Βάτος ἰδαία appellatur, quoniam copioſius in Ida naſcatur: eſt autem longè tenerior priore, exiguis ſpinis præditus: quanquam & ſine ſpinis inveniatur: hæc Dioſcorides l.4.c.38. Et Plinius lib.16.c.37. Tertium genus Idæum vocant Græci à loco: tenuius quam cætera, minoribusque ſpinis & minus aduncis.
Rubus Idæus Dioſcoridis & Plinii.
Rubus Idæus, Trag. Matth. Ang. Dod.ut: Bellon. (qui in Ida monte invenire non potuit) Geſ.hor. Tur. Lon. Ad. Lob. Caſt. Thal. Ger.deſ.& par.3. Ind.orient.& 2.par.Ind.occid.
Rubus Idæus major, Lac.deſ.
Rubus Idæus exilibus ſpinis, Cord.in Dioſc.
Rubus 3.montibus proprius, Cæſ.
Rubus Idæus ſpinoſus, Lugd.
Rubus Idæus vulgaris, Cluſ.hiſt.

IV. Rubus Idæus lævis.
Chamæbatus, ſeu Rubus Idæus alter, Trag.
Rubus tertius, Cord.in Dioſc.
Rubi alia ſpecies, Geſ.hor.
Bockſbeere / id eſt, baccæ hircinæ, Lon.
Rubus hircinus, Tab.
Rubus Idæus non ſpinoſus, Lugd.
Rubus Idæus Placæ, Cluſ.hiſt.deſ.
Rubus, Ger.ico.

V. Rubus Idæus fructu albo.
Rubus Idæus leucocarpos, Cam.
Rubus Idæus fructu candido, Thal.Cluſ.hiſt.

VI. Rubus exoticus.
Rubi facie ſenticoſa planta, Ad.Lob.ico.
Arboris truncus ſpinoſus, Lugd. deſ. at figura ſub titulo Nerei facie ſecundo loco habetur.

Chamærubus ſpinis carens.

I. Chamærubus ſaxatilis.
Rubus alpinus humilis, Geſ.hor.
Rubus Idæus, Eid. Fracto.
Rubus ſaxatilis, ſive petræus, ſive alpinus, Cluſ. pan.& hiſt.
Rubus parvus ſaxatilis alpinus, Cam.
Rubus minimus, Thal.

Acini

Acini huic bini, terni, quaterni, ad ſummum quini ſunt.

II. Chamærubus foliis Ribes.

Chamæmorum Norvegica, Cluſ. hiſt.

Fructus rubeus aut pallidus.

III. Chamærubus foliis Ribes Anglica.

Chamæmorus, Cluſ. pan. & hiſt.

IV. Chamærubus foliis Vitis.

Chamæmorus altera Norvegica, Cluſ. hiſt.

CAPPARIS.

Κάππαρις Dioſcoridi l. 2. c. 204. frutex eſt aculeatus per terram in orbem ſtratus, ſpinas aduncas ut Rubus habet, folia rotunda, malo cydonio ſimilia: fructum ut Olea, quæ cum dehiſcit album florem promit, quo delapſo quiddam glandis oblongæ figura reperitur, quod apertum grana tanquam punica habet exigua, rubentia: radices lignoſæ, magnæ ac numeroſæ. Theophraſto 6. hiſtor. 10. ramis aculeatis conſtat: 6. hiſtor. 3. & non ſolum caule aculeato, ſed etiam folio hiſpido: 1. hiſtor 6. & 3. hiſtor. 13. quæ cultura deterior redditur, ut natura ſyl. dixeris: ſic 3. cauſ. 1. ubi Gaza vocem κάππαρις Inturim vertit, ut & 6. hiſt. 5. & 7. hiſt. 8. alibi verò Capparim reddidit. Plinio l. 13. c. 23. Capparis, quidam & Cynosbatum vocant: alii Ophioſtaphylon: vide & l. 19. c. 8.

Genera: Dioſcorides habet Africam, Marmaritam, Apulam, & quæ è rubro mari & Arabia defertur: quæ qualitatibus variant: idem & Plinius l. 13. c. 23. refert.

I. Capparis ſpinoſa fructu minore, folio rotundo.

Capparis, Trag. Matth. Dod. gal. Anguil. Cord. in Dioſcor. Geſ. hor. Lac. Lon. Ad. Caſt. Lugd. Rauwolf. (qui & ſylveſtrium meminit) ſecunda, Tabern.

Capparis ſpinoſa, Bellon.

Capparis retuſo folio, Lob.

Capparis Italica, Cæſ.

Capparis rotundiore folio, Ger.

II. Capparis folio acuto.

Capparis, Dod. prima, Tab.

Capparis folio acuto, Lob. Lugd. Ger.

Capparis aliud genus, Cæſ.

Plinio l. 19. c. 8. laudatiſſ. in Caria, proximum Phrygia. Verùm Alexandriâ Ægypti Venetias præſtantiſſ. adferri, Lugdun. ſcribit. De cultura Capparum Quiqueranus de laudibus Provinciæ legendus.

III. Capparis non ſpinoſa fructu majore.

Capparis non ſpinoſa, Bellon.

In Arabia arboreſcit & hyeme folia retinet.

Cappares Alexandriæ majores eſſe, quàm alibi, quas Cappar appellant, Alpinus author eſt.

IV. Capparis arboreſcens fructu Juglandis magnitudine.

Capparis Arabica fructu ovi magnitudine, ſemine piperis inſtar acri, Bellon.

Capparum arbor, Rauwolf. qui fructus magnitudinem non expreſsit.

Cappares plurimum ab his quæ in arbores adoleſcunt & quæ in Græcia proveniunt, differentes in Tauri montis ſaxorum fiſſuris, Bellonius notavit.

V. Capparis portulacæ folio.

Capparis leguminoſa, Lob. Tab.

Capparis Fabago, Dod. Ger.

Capparis ſyl. ſive fabaginea, Cam. ep.

Morgſani, Syrorum: Andirian, Rhaſis: Ardifrigi, Avicennæ, Rauwolf. & Lugd. ap.

Fabago Belgarum, Lugd.

Telephium Dioſcoridis & Plinii, Colum.

Peplios Petri Quith pharmacopæi Lutetiani in cujus horto anno 1579. collegimus.

VI. Capparibus ſimiles baccæ in Virginea.

Sacquenummener baccæ plantæ quæ in ſtagnantibus aquis reperitur, par. 1. Ind. occid.

ROSA.

Roſam vetuſtas ex ſanguine Veneris: & Turcæ ex ſudore Mahometis, ortam ſibi perſuadent, cujus nomine folia Roſarum humi jacere non patiuntur: hæc Græcis ῥόδον dicitur, quaſi ὀδὸν pro ὄζον Etymologico: At Plutarcho 3. ſymp. quia ῥεῦμα πολὺ τῆς ὀδωδῆς ἀφίησι, quod largum odoris effluvium emittat. Theophraſto 1. hiſt. 15. Roſa inter ſuffrutices eſt, & perpetuo cacumine viret: 1. hiſtor. 21. flores bicolores ſunt, quod in his alterum florem inſidentem medium gerit: 1. hiſtor. 22. verum flos ipſe ſuper fructum eſt: 6. hiſtor. 2. rami aculeati ſunt. Et Plinio lib. 21. cap. 4. Roſa naſcitur ſpina verius quàm frutice, in Rubo quoque proveniens, illic etiam jucundi odoris, quámvis anguſti.

anguſti. Germinat omnis primo incluſa granoſo cortice: quo mox intumeſcente & in virides alabaſtros faſtigiato, paulatim rubeſcens dehiſcit ac ſeſe pandit, in calicis medio ſui ſtantis complexu, luteos apices.

Differentiæ Theophraſt. 6. hiſt. 6. permulta ſunt, foliorum multitudine, paucitate, aſperitate, levitate, colore, odore: cumplurimis quina folia ſunt, quibuſdam duodena, vicenaq́ꝫ, aliis longè plura: ſunt enim quas Centifolias vocant, ſed folia interna parva admodum ſunt: ita enim oriuntur, ut alia intus alia extra emicent, non tamen jucundi odoris, odoratiores inter amplas quibus pars ima ſcabra: & 6. cauſ. 29. urbana roſa odoratior eſt ſylveſtri. At Plinius, genera noſtri fecere celeberrima, Prœneſtinam & Campanam: addidere alii Mileſiam, cui ſit ardentiſſimus color, non excedentis duodena folia: proximam ei Trachiniam, minus rubentem: mox Alabandicam viliorem albicantibus foliis: viliſſimam verò plurimis ſed minutiſſimis Spineolam &c. & mox: inter has media quam Coroneolam vocant: omnes ſine odore præter Coroneolam, & in rubro natam: addit adhuc alias, quæ æquivoce potius Roſæ appellatæ ſunt: addit & ea quæ ex Theophraſto adſcripſimus. Sane Roſæ variant floris colore, qui varius eſt, albus, candidus, pallidus, carneus, rubens: ſic differentia eſt in foliorum numero, magnitudine & odore: fruticis quoque aliqua differentia pro magnitudine & parvitate, aſperitate & lævitate. Sic in India occident. roſis omnia plena paſſim: & præter roſas ex Hiſpania importatas ſpecies earum plurimæ aliæ naſcuntur, quarum aliæ rubeæ, aliæ croceæ, nonnullæ cæruleæ, quædam candidæ viſuntur: quas criſtarum ſpecie capitibus ſuis geſtant: par. 9 Ind. occid. l. 4. c. 27.

Roſa ſativa.

I. Roſa rubra.
Roſa Mileſia, Plinii.
Roſa ſativa rubra multiplex, Brunf.
Roſa domeſtica punicea, Matth.
Roſa hortenſis rubra multiplex, Trag.
Roſa hortenſis, Fuch.
Roſa, Tur. Lac. Lon. rubra, Cord. in Dioſc. Lugd. Ad. Tab. Ger.
Roſa rubra urbana, Geſ. hor.
Roſa ſativa rubra, Ang. Caſt.
Roſa ſativa 3. quæ Provincialis Gallis, Dod.
Roſa Damaſcena, Lob.
Roſa rubens multifolia, Cæſ.
Roſa intenſè rubens, Cam.

Eſt ſimplex & multiplex, colore magis minusq́; rubro: huc referre oportet

1. Roſam Mileſiam fl. rubro pleno: vulgo Roſa fina.

2. Roſam Mileſiam fl. ſimplici rubro, &

3. Roſam ex rubro nigricante flore pleno, &

4. Roſam rubicundam Saccharinam dictam, Græcula Plinii, Camer.

II. Roſa rubra pallidior.
Roſa ſativa quarta quæ francha Gallis, Dod.
Roſa holoſericea, Lob. ico.
Roſa rubicunda, Cam.
Roſa tertia, Cæſ.
Roſa damaſcena rubra, Lugd.

Aliis Trachinia, Præneſtina aliis, aliis Græcula Plinii: hæc priore minus rubet & flore ſimplici plerunque eſt, & foliis latiſsimis, cujus frutex ſpinis communiter caret.

III. Roſa ſaturatius rubens.
Roſa prima Præneſtinæ ſimilis, Cluſ. hiſt.
Roſa purpurea, ſive in rubro nigricans, Cam.

Foliis eſt quadragenis amplioribus, ſaturatius rubentibus, ad nigredinem vergentibus & alabaſtro craſsiore.

IV. Roſa purpurea.
Roſa trachynia, Plinio.
Roſa hortenſis ex purpura albicans, Trag. Geſn. hort.
Roſa domeſtica carnis colorem referens, Matth.
Roſa incarnata, Ang. Cam.
Roſa ſativa 2. ſive incarnata, Dod.
Roſa rubra ſive carnei coloris, Bellon.
Roſa pallida, Ad.
Roſa roſeo colore, Cæſ.
Roſa ſativa purpurea, Caſt.
Roſa minus rubens, Lugd.
Roſa provincialis major, Tab. Ger.
Roſa provincialis fl. incarnato pleno, Eyſt.

Roſas purpureas ſive rubeas, colore carni ſimiles Pharmacopœis Zebedenas dici, Joannius in tractatu de pilulis Aloës ſcribit.

Quibuſdam Alabandicæ ſimilis, aliis Præneſtina, aliis Campana Plinii.

V. Roſa verſicolor.
Roſa præneſtina verſicolor, Cluſ. hiſt.

Variat: nam flos media ex parte candicantibus, altera purpuraſcentibus foliis, vel venis ſimilis coloris aſperſis conſtat. Vel folia quædam integra alba, quædam integra rubra, inter ſe commixta ſunt.

VI. Roſa maxima multiplex.
Roſa centifolia Batavica rubra, Cluſ. hiſt. Eyſt.

an Centifolia veterum, quam inodoram dicunt, cùm hæc odora ſit.

Variat: communiter flos ex albo rùbet: habetur & alba, quæ

Roſa alba major Provincialis; } Cluſ. hiſt.
Roſa centifolia Batavica alba; }

Roſa provincialis flore albo, Eyſt.

VII. Roſa multiplex media.

Roſa centifolia Batavica ſecunda, Cluſ. hiſt.

IIX. Roſa major Præneſtina, Cluſ. hiſt.

Roſa præneſtina variegata, Eyſt.

IX. Roſa alba vulgaris major.

Roſa Campana Plinii.

Roſa ſativa alba, Brunf. vel 1. Dod.

Roſa hortenſis candida, Trag. alba, Geſ. hort.

Roſa domeſtica alba, Matth.

Roſa alba, Ang. Cam. Lugd. Tab. Ger.

Roſa candida, Ad.

Roſa quarta candida, Cæſ.

Hæc quibuſdam ſpineola, aliis Alabandica Plinii cenſetur: foliorum numero flores variant: hinc

Roſa flore albo pleno & Roſa alba flore ſimplici, Eyſtett.

X. Roſa alba minor.

Roſa lacteola quæ centifolia Plinii videtur, Cam. Eyſtett.

XI. Roſa moſchata ſimplici flore.

Roſa moſchata & Damaſcena, Matth.

Neſrim (vel Neſrim) Serapionis, Ang.

Roſa ſativa quinta, Dod.

Roſa muſcata ſimplex, Geſ. hort. flore ſimpl. Lob. Gerar.

Roſa muſcatula, Cæſ.

Roſa alba Damaſcena fl. ſimplici, Caſt.

Roſa Damaſcena (quaſi de Sceni apud Arabes) ſimplici flore, Cam. Eyſt.

Roſa coroneola, quam Damaſcenam vocant, Lugd.

Roſa muſcata alba, Tab.

Hæc minor eſt & major, quæ

Roſa moſcata major, Lob. ico.

Hęc alba eſt nonnunquam ex albo ad puniceum nonnihil vergit.

Roſæ moſchatæ cum ſylv. tum domeſticæ, rubræ, albæ & virides, Bellon. lib. de cultur. meminit.

XII. Roſa moſchata flore pleno.

Roſa coroneola, Plinio.

Roſa muſcata multiplex, Geſ. hor. Ger.

Roſa moſcata, Damaſcena, Alexandrináve, Eid. append.

Roſa ſativa quinta multiplex, Dod.

Roſa moſcata, Ad. Lob. ico. alba multiplex, Tab.

Roſa muſcatula multifolia, Cæſ.

Roſa alba Damaſcena fl. pleno, Caſt. Eyſt.

Roſa coroneola altera, Lugd.

Roſa damaſcena ſive moſcata pleno flore, Cam.

Aliis Præneſtina Plinii.

XIII. Roſa moſchata ſemper virens.

Roſa ſempervirens flore albo, Cluſ. hiſt. app. alt. auct.

XIV. Roſa ſpinis carens flore majore.

Roſa ſine ſpinis prima, Cluſ. pan. at ſecunda in hiſtor.

Roſa ſine ſpinis, Cam. Tab. Ger.

Colore eſt inter Præneſtinas & rubras media: ſunt qui & albo obſervarint.

XV. Roſa ſine ſpinis flore minore.

Roſa ſine ſpinis altera, Cluſ. pan. & hiſt.

Colore fœcem vini ferè refert.

XVI. Roſa ſubviridis.

Si in teneras Agrifolii arbuſculas Roſæ inſerantur, flores ſubvirides producuntur, Camerarius. Quámvis interdum anni conſtitutione frigidiore & humidiore, herbacei coloris roſæ ſine calyce proveniant, cujus cauſam Coſtæus de natur. ſtirp. explicat.

In hortis Italiæ, cæruleas reperiri, in hiſtoria Lugdunenſi habetur ex Adverſ.

XVII. Roſam folio ſubrotundo & criſpo, in horto Mortembelgardico ante plures annos, ſed abſque flore obſervavi, cujus ramulum exſiccatum aſſervo.

Roſa ſylveſtris.

Roſam ſylveſtrem Dioſcorides lib. 1. cap. 123. κυνόσβατον vocat, quam aliqui Oxyacantham appellent: frutex eſt (inquit) rubo longè major, arboreſcens: folia fert multò latiora quam Myrtus, aculeos verò circa virgas robuſtos: florem candidum, fructum oblongum, olivæ nucleo ſimilem, qui dum matureſcit, fulvus, intus verò lanuginoſus conſpicitur. At Theoph. 3. hiſt. 18. Cynosbatos (cani rubus Gazæ) fructum ſubrutilum parit, malo punico ſimilem: eſt inter fruticem & arborem, punicæ non abſimilis folio amerinæ. Plinio lib. 8. cap. 41. radix ſylv. roſæ, quæ Cynorrhodos appellatur: & lib. 25. cap. 2. Cynorrhodo una medicina

dicina erat, ſpongiolæ quæ in mediis ſpinis ejus naſcitur.

I. Roſa ſyl. vulgaris flore odorato incarnato.
Cynosbatos Dioſcoridi, Lon. Ad.
Cynorrhodos Plinii: & Barbaro.
Sentis canis & Cynosbatos, Brunf.
Roſæ ſyl. primum genus, Trag.
Roſa ſyl. Matth. Ang. Geſ. hor. Dod. Tab. odora, Gerar.
Cynosbatos procerior & Cynorrhodos, Cord. in Dioſc.
Cynorrhodos ſeu Roſa canina, Thal.
Roſa ſyl. vulgaris, Lugd. Cam. ep.
Roſa canina odorata & ſyl. Lob.
Roſa ſyl. altior, Cæſ.
Roſa canina, Cam.
Cynosbatos & Rubi tertium genus, Lugd.
Roſa ſyl. odorata incarnato flore, Eyſt.

Flores ex purpura dilutè albicant.

Huic, ut & tertiæ, Spongiola adnaſcitur, quam Plinius in Cynosbato, pilulam Caſtaneæ ſimilem: in Cynorrhodo, ſpongiolam vocat.
Roſæ ſyl. ſpongia dicitur Cynorrhodon, Ang.
Spongiola ſyl. roſæ, Dod.
Spongia Bedeguaris, Ad.
Bedeguar officinis perperam.

II. Roſa ſyl. flore majore & rubente.
Roſa ſyl. flore rubro, Eyſt. colore & majoribus foliis à priore differt.

III. Roſa ſyl. flore pleno.
an Roſa Alabandica, Plinii.
Roſa ſyl. odorata flore multiplici, Lob. ico.
Roſa canina duplicato flore, Cam.

IV. Roſa ſyl. foliis odoratis.
Englanteria, Ruellio.
Roſa ſyl. altera, Trag. Geſ. hor.
Rubus canis, Eſglanterium, Tur.
Cynosbatos & Cynorrhodos altera, Cord. in Dioſc.
Cynosbatos, Lac.
Roſa 10. Cynorrhodi vel caninæ roſæ odorata ſpecies, Dod.
Roſæ ſyl. ſpecies altera, Lugd.
Roſa eglenteria, Ad. Tab. Eyſt.
Roſa canina, Ger.

Flos ex purpura ſatura candicat.

V. Roſa ſyl. odoratiſſimo rubro flore.
Roſæ ſyl. tertium genus, Trag.
an Cynosbatos quarta, Cord. in Dioſc.
Roſa ſyl. Geſ. hor.

VI. Roſa ſyl. odorata albo flore.
Roſa ſyl. humilior, Cæſ.
Roſa quarta an Græcula Plinii, Cluſ. hiſt.

VII. Roſa odore Cinamomi ſimplex.
Roſa cinamomina & 7. vel ſyl. 2. Dod.
Roſe de canelle, Lob. ico.
Roſa cynamomea, Ad. Lugd. ſimplex, Cam.
an Cynorrhodos ſeu Roſa ſylveſtris, Thal.

Pro Lychnide Plinii Geſnerus habet: & in Albio monte, majorem & minorem naſci tradit: illam fœminam, hanc marem faciens.

VIII. Roſa odore Cinamomi flore pleno.
Roſa cinamomea pleno flore, Cluſ. pan. & hiſtor. Eyſtett.
Roſa cinamomea altera, Cam.
Spermoniam Plinii, ſic enim, non Spineolam aut ſpinoſam legendum, Barbarus vult: quámvis alii Sycibicum legendum putant, Camer.

Flos dilutè purpuraſcit & in medio ſuave rutilat.

IX. Roſa rubra præcox fl. ſimplici: exiguo odore & foliis latioribus à prædicta diſcernenda, Eyſtett.

X. Roſa minor rubello flore, quæ vulgo à menſe Majo, Majalis dicitur.
Roſa cinamomea altera, Cam.
Roſa provincialis minor, Tab. Ger.

XI. Roſa lutea ſimplex.
Roſa lutea, Ang. Ad. Lob. Cæſ. Caſt. Lugd. Cam. Tab. Ger. fl. ſimplici, Eyſt.
Roſæ citrinæ, Geſ. hor.
Roſa ſyl. tertia, vel Roſa octava, Dod.

Meminit Geſnerus Roſarum quæ moſchum fragrent & luteæ ſint: tales non vidimus, ſed fruticis folia odorata obſervavimus.

XII. Roſa lutea multiplex.
Roſa flava plena, Cluſ. hiſt. & ap. 2. & cur. poſt.
Roſa lutea maxima flore pleno, Eyſtett.

Hæc duplex, altera florem totum expandit: altera verò ſemiclauſo flore permanet.

XIII. Roſa campeſtris ſpinoſiſſima fl. albo odoro.
Roſa cāpeſtris odora, & quinta, Cluſ. pan. & hiſt.
Cynorrhodon polyacanthos, Lugd.
Roſa campeſtris odorata Cluſii, Cam.
Roſa Dunenſis, vel ſpecies nona, Dod.
Roſa præcox ſpinoſa fl. albo, Eyſt.

Flos albus, fructus maturus niger, cùm aliorū rubeat.

XIV. Roſa ſyl. pumila rubens.
Roſa quarta, Cluſ. pan. at in hiſt. ſexta & pumila.

PP 2 Fru-

Fructus maximus & pyri in modum turbinatus.

XV. Roſa ſyl. pomifera major: hæc ſequente altior, ramoſior, pauciſsimis aculeis, foliis majoribus, pallidè virentibus, & apud nos locis humidis in Alnetis provenit.

XVI. Roſa ſyl. pomifera minor.
Roſa ſyl. pomifera, Ad. Lob. Lugd.
Cynorrhodi ſpecies, Thal.
Roſa arvina, Tab.
Roſa pimpinella, Ger.

Hanc Lobelius ſpinis carentem, at Tabernæmõtanus ſpinoſam pingit: utramque habemus.

XVII. Roſa arvenſis candida.
Roſæ ſyl. quarta ſpecies, Trag.

XVIII. Roſa campeſtris repens alba.
Cynosbatos ſive Cynorrhodos 3. Cord. in Dioſcor.

XIX. Roſa campeſtris ſpinis carens biflora.
Roſa Græca & Cynorrhodon læve, Lugd.

Flore eſt languidè rubro, vere & autumno prodiens, quæ duplex, alia odoris expers, alia foliis exiguis ſuaviſsimi odoris, in monte Pilati Lugdunenſium.

Roſa Hierichuntica dicta.

Nominis hujus authorem fuiſſe Monachum, Bellonius refert, cùm tamen circa Hiericho nunquam reperiatur, ſed in Arabia deſerta, ad littora maris in ſabulo: & Rauwolfius, in Syriæ tectis & ruderibus, ejus ſylveſtrem ſpeciem invenit: hanc à pluribus nunc annis in hortulo meo colo, cum facilè & creſcat & floreat: de qua Joh. Sturmius Lovanienſis profeſſor, libellum ſuperſtitionibus plenum, ſcripſit.

I. Roſa Hierichuntea vulgo dicta.
Amomum, Cord. in Dioſc. & hiſt.
Amomis Dioſc. & Plinii, Cæſ.
Roſa Hiericontea, Tur. Lon. Lob. Garz. Caſta perta & concluſa, Eyſt.
Roſa de Hiericho & Roſa Mariæ monachis, Lugd.
Roſa Hiericonthina 1. & 2. Tab. major, Ger.

Duplicem fecit Cordus, alteram inſipidam inodoram, quę Amomis: alteram aromaticam odoratam, quę Amomum ſit. Sed de Amomo vide ſuo loco.

II. Roſa Hiericonthea ſylveſtris.
Roſæ Hiericonthis ſyl. ſpecies, Rauw. Cam.

III. Roſa Hiericonthicæ exſiccatæ ſimilis.
Blatterlos Holandis, fruticulus ad Scorbutum, Indiæ orient. par. 4. fig. 21.

SECTIO QUINTA.

MYRICA ſive TAMARISCUS; ERICA; SABINA; CEDRUS BACCIFERA; CUPRESSUS; JUNIPERUS; Aſparagus & Corruda.

MYRICA ſive TAMARISCUS.

Μυρίκη (Gaza modo Myricam, modo Tamariſcum vertit) arbor nota eſt, fructum veluti florem ferens compage muſcoſum: in Aegypto & Syria quædam naſcitur ſativa, cætera ſylveſtri ſimilis, fructum ferens Gallæ proximum &c. Sunt qui è caudice calices conficiunt, quibus ſplenetici poculorum vice utuntur: Dioſcor. lib. 1. cap. 116. Et Theophr. 1. hiſt. 16: Myricæ folia carnoſa ſunt ut Cupreſſi, & inter frutices numeratur: 5. hiſt. 6. in Tylo Arabia inſula ferunt Myricæ lignum, non ut apud nos imbecillum eſſe, ſed validum ſicuti Iligneum, &c. Plinio l. 13. c. 21. Myricen & Italia, quam alii Tamaricen vocant, Achaia autem Bryan ſylveſtrem: inſigne in ea, quòd ſativa tantùm ferat Gallæ ſimilem fructum: & lib. 24. c. 9. Myricen quam & Tamaricen vocat Lenæus, ſimilem ſ. opis Amerinis dicit, &c. & l. 16. c. 24. Tamarici folia carnoſa ſunt: & l. 16. c. 21. quæ non decidunt: & cap. 26. fructum nullum fert, ne ſemen quidem, ſcopis tantùm naſcens.

Genera duo ſunt Dioſcoridi, ſativa & ſylveſtris: & Plinio l. 24. c. 9. ſylveſtris plane ſterilis, altera mitior: hæc fert in Aegypto Syriaq; etiam abundanter lignoſum fructum, majorem galla, aſperum guſtu, quo Medici utuntur vice Gallæ. Et Cordo rectè monente, etiam in Germania duplex invenitur, alterum ſolidiore ligno, medulla exili, foliis tenuibus, ad Rhenum: alterum ligno non adeo ſolido, medulla ampliore & foliis latiuſculis ad Danubium. Et procerior Tamarix, & humilior, quæ diminutiva forma Tamariſcus dicitur.

I. Ta-

I. Tamarix fruticoſa folio craſsiore: ſive Germanica.
Tamariſcus, Brunf. Lon. fœmina, Cord. hiſt.
Myrica, Trag. Tur. Geſ. hor. Lac.
Myrica ſyl. ſive Tamarix, Matth. Caſt.
Myrica humilis, Dod. gal.
Tamarix ſyl. fœmina, Fuch.
Tamarix humilis, Cord. in Dioſc.
Myrica, Geſ. hor. pannonica, Cluſ. pan.
Myrica ſyl. altera, Cluſ. hiſt.
Myrica altera in Germania, Cam.
Tamarix, Dod. Tab. Germanica, Lugd.
Tamariſcus Germanica, Ad. Lob. Ger.
Ex hac ad Rhenum nata, doliola ſextarium dimidium capacia, confecta Francofurtum deferuntur.

II. Tamarix altera folio tenuiore ſive Gallica.
Tamariſcus, Ang. Narbonenſis, Ad. Lob. Ger.
Tamariſci aliud genus, Rauw.
Myrica circa Monſpelium, Geſ. hor.
Tamarix Narbonenſis, Lugd.
Tamarix Gallica aut Hiſpanica, Cluſ. pan.
Myrica, Cæſ. ſyl. prima, Cluſ. hiſt.
Myrica ſive Tamariſcus Gallica, Cam.
Tamariſci ſyl. genus, Alpino.
Hæc in arbores quoque in Hiſpania excreſcit, ut hominis ulna vix amplecti poſsit.

III. Tamarix Ægyptia arbor.
Myrica ingentis magnitudinis in Alexandria, Bellon.
Tamarix gallis onuſta ad Nilum, Eid.
Tamarix ſativa & procera in Ægypto, Cord. in Dioſc.
Tamariſcus Rauw. & 1. par. Ind. or. l. 2. c. 1.
Tamariſcus Atle vocata, Alpino.
Myrica domeſtica in Ægypto, Caſt.
Myrica ſativa Dioſc. cum gallis mihi non viſa, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Galla myricæ.
Chermaſel Arabibus, Bellon.
Myricæ Ægyptiacæ galla, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Fructus nucũ magnitudine, figuræ inter ſe diverſę longi, breves, rotundi, lati, craſsi, graciles, Alpino.
In Ægypto tam in humidis quàm ſiccis naſcitur, ita ut utrobique ſylvulæ reperiantur, Bellonius.

ERICA.

Ἐρείκη *arbor eſt fruticoſa ſimilis Myricæ, at multò minor, Dioſc. l. 1. c. 117. & l. 3. c. 174. Coris frutex eſt folio Ericæ, ſed minore, pinguiore & rubente. Erica cacumine fructum fert ſicut Pyræa & Amerina, Theoph. 1. hiſt. 23. Ericam Græci vocant fruticem, non multùm à Myrice differentem, colore roriſmarini & penè folio, Plin. l. 24. c. 9. qui l. 11. c. 16. mellis ſylveſtris ericæ meminit.*

Erica folio Myricæ.

I. Erica vulgaris glabra.
Erica vulgaris, Trag. Thal.
Erice, Fuch. Dod. gal.
Erica prima, Matth. Lac. Dod. Lugd.
Erica, Cord. in Dioſ. Bellon. Lon. Caſt. deſ. Tab.
Irica, Tur.
Erica Myricæ folio, Ad. Lob. Cluſ. pan. & hiſt.
Erica vulgaris ſive pumila, Ger.
Flos communiter colore dilutioris purpuræ: & aliquando & autumno & vere floret: aliquando etiam flore albo eſt, hinc
Erica alba, Tab.
Erica pumila alba, Ger.
Erica fl. albo minor, Eyſt.

II. Erica Myricæ folio hirſuta.
Ericæ Myricæ folio ſimilis, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Selago Plinii quibuſdam, l. 24. c. 11. ſimilis herbæ huic Sabinæ eſt Selago appellata.

III. Ericæ genus, quod tota Græcia vulgo Phana dicitur, Bellon. ſed quid?

Erica folio Coridis.

I. Erica maxima alba.
Erica prima, Cluſ. hiſp. Lugd. Tab.
Erica coris folio prima, Cluſ. hiſt.
Erica major floribus purpurantibus, Lob. Ger. deſcr.

III. Erica maxima purpuraſcens longioribus foliis.
Erica ſecunda, Matth. Dod. gal. Caſt. Lugd. Tab.
Erica Coridis folio altera, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Erica Juniperifolia denſè fruticans Narbon. Lob.

IV. Erica fruteſcens peregrina.
Erica peregrina Brancionis, Lob.

V. Erica major florib. ex herbaceo purpureis.
Erica tertia, Cluſ. hiſp. Lugd. Tab.
Erica coris folio tertia, Cluſ. hiſt.
Erica major florib. herbaceis purpurãtibus, Lob.
Erica cruciata, Ger.
Hujus altera ſpecies, cujus floſculi herbacei racematim & ſpicatim cohærent.

VI. Erica major ſcoparia foliis deciduis.

Erica quarta, Cluſ.hiſp. Lug. Tab.
Erica ſcoparia floſculis herbaceis, Lob.
Erica quarta Monſpelienſium, Lugd.
Erica coris folio quarta, Cluſ.hiſt.
Erica pyramidalis, Ger.
Selago Plinii, Piræa Theophraſti, Guilandino dicebatur.

Hæc biflora eſt, & ex hac ſcopæ apud Monſpelienſes conficiuntur.

VII. Erica ex rubro nigricans ſcoparia.
Erica tertia, Dod.gal.Lugd.
Erica nona, Cluſ.hiſp.Lugd.
Erica pumila altera Belgarum, Lob.
an Erica tertia, Dod.
Erica decimatertia, Cluſ.hiſt.

Ex hac ſcopæ ad veſtes purgandas conficiuntur.

IIX. Erica humilis cortice cinericeo arbuti flore.
Erica ſexta, Cluſ.hiſp.Lugd.Tab.
Erica pumila calyculato unedonis flore, Ad.Lob.
Erica coris folio ſexta, Cluſ.hiſt.
Erica tenuifolia, Ger.

IX. Erica hirſuta Anglica.
Erica octava, Cluſ.hiſp.Lugd. & Taber. ſub ſeptima pinxit.
Erica Juniperifolia altera, Lob.
Erica coris folio duodecima, Cluſ.hiſt.
Scopa, Cæſalp.
Erica tenuifolia caliculata, Ger.

X. Erica ternis per intervalla ramulis.
Erica quinta, Cluſ.hiſp.Lob.Lugd.Tab.
Erica coris folio quinta, Cluſ.hiſt.

Erica procumbens.

I. Erica procumbens ternis foliolis carnea.
Erica quarta, Cluſ.pan.
Erica coris folio nona, Cluſ.hiſt.

Huic ſæpe capitula viridia è foliolis compacta, capitulorum Thymi modo adnaſcuntur.

II. Erica procumbens herbacea.
Erica quarta altera, Cluſ.hiſp.
Erica tertia, Cluſ.pan.
Erica coris folio octava, Cluſ.hiſt.

III. Erica procumbens dilutè purpurea.
Erica altera, Cluſ.pan.
Erica coris folio ſeptima, Cluſ.hiſt.

Erica baccifera.

I. Erica erecta baccis candidis.
Acacalis Dioſcoridis, Amato.
Erica ſeptima, Cluſ.hiſp.Lugd.
Erica baccifera, Lob.Caſt.ico.
Erica coris folio decima, Cluſ.hiſt.
Erica baccifera tenuifolia, Tab.Ger.
Frutex Luſitanis Camarinnas dictus, Linſcot. Indiæ orient.par.4.fig.21.lit.C.

II. Erica baccifera procumbens nigra.
Erica baccifera, Matth.Caſt.
Erica baccifera Matthioli, Lob.Lugd.Thal.
Erica prima, Cluſ.pan.
Erica coris folio undecima, Cluſ.hiſt.
an Coris, Cord.in Dioſc.

CAMPHORATA.

Camphorata dicitur, quod herba digitis friata, odorem camphoræ nonnihil referat: quam aliqui Selaginem Plinii l.24.c.11. quam Sabinæ ſimilem dicit: alii ejuſdem l.24.c.15. Chamæpeucen, quam Laricis foliis ſimilem ſcribit: quidam Cneorum nigrum eſſe volunt.

I. Camphorata hirſuta.
Chamæpeuce, Ang.
Camphorata Monſpelienſium, Ad.Lob.Camer.
Tabern.
Selago Plinii ſive Camphorata, Lugd.

II. Camphorata glabra.
Chamæpeuce & Camphorata minor, Lugd.

III. Camphoratæ congener.
an Anthillis altera, Ang.
Anthillis altera Italorum, Lob.Lugd.
Camphorata altera, Tab.
Anthillis lentifolia, Ger.ico.

SABINA.

Sabina βράθυς, *nonnullis* βάραθρον *Dioſcoridi l.1.c.104.*

Genera duo Dioſcoridi l.c. unum foliis ſimile Cupreſſo, at ſpinoſius & graveolens, acre ac fervens: curta verò eſt arbor, & in latum magis ſe fundens. Alterum genus eſt folio Myricæ ſimili. Plinio l.24.c.11. herba Sabina brathy appellata a Græcis, duum generum eſt: altera Tamarici ſimilis folio, altera Cupreſſo: quam quidam Creticam Cupreſſum dixerunt: & l.17.c.13. Sabina herba propagine ſeritur & avulſione.

I. Sa-

I. Sabina folio Tamariſci Dioſcoridis.
Sabina. Brunf. Trag. Fuch. Dod. ut: Bellon. Geſn. hort. Tur. Lob. Cæſ. Portæ: vulgaris, Cam.
Sabina ſine baccis, ſive ſterilis, Matth. Caſt.
Sabina miti folio, Cord. in Dioſc.
Sabina altera, Ang.
Sabina vulgatior, Ad.
Savina, Lon. mas, Tab.
Sabina Tamariſci ſimilis, Lugd.
Sabina ſterilis, Ger.

II. Sabina folio Cupreſsi.
Sabina baccifera, Matth. Rauw. Cam. Ger.
Sabina altera, Dod. ut:
Sabina, Lac. prima, Ang. qui Thyam Theophraſti cenſet.
Sabina major, Geſ. ap.
Genuina ſabina baccifera atrorubra, Lob.
Sabina Cupreſſo ſimilis, Cord. in Dioſc. Lugd.
Sabina vera, Cæſ.
Sabina fructifera, Caſt.
Cùm in arborem excreſcit, quotannis baccas juniperinis ſimiles producit,
Sabina fœmina minor, Tab.

III. Sabina foliis Cupreſsi altera.
Sabina baccata altera, Lob. Lugd.
Sabinæ alterius altera icon, Dod.
Savina fœmina major, Tab.
Ramulorum exilitate & foliorum lenitate, tantùm à priore differt.

Differt autem à Cedro, quòd Sabinæ gravis odor ſit, & Sabinæ extremi rami in acuta folia deſinant, & baccæ minores ſint & nigreſcant: cùm Cedrus Junipero odoratior ſit, folio obtuſo, & baccę majores phœnicei coloris ſint.

CEDRUS.

CEDRUS alia eſt conifera, alia baccifera: de baccifera ſic Dioſcorides l. 1. c. 105. dicitur & altera Cedrus parva, ſpinoſa Juniperi modo fructum ferens magnitudine myrti rotundum. Κέδρος *Theophraſto 1. hiſt. 15. perpetuò viret: 1. hiſt. 16. folia habet rara extremitate pungente: 3. hiſt. 12. quidam binam affirmant, alteram* λυκίαν, *alteram* φοινικ.. *(puniceam Gaza) alii ſimplicem dicunt, ſcilicet qui Idam incolunt, eſt Junipero non diſsimilis, ſed folio maximè diſtat: quippe Cedro durum, acutum, ſpinoſumq́; Juniperò mollius: excelſior quoque Juniperis naſci videtur: alii nominibus non dividunt, ſed ambas Cedros appellant: Cedrum cum additione* ὀξύκεδρον *nuncupant, &c. Plinius l. 13. c. 5. Junipero ſimilem habent. Phœnices & Cedrum minorem: duo ejus genera, Lycia & Phœnicia: differunt folio: nam quæ durum, acutum, ſpinoſum habet, Oxycedros vocatur, ramoſa & nodis infeſta. Altera odore præſtat: fructum ferunt Myrti magnitudine, dulcem ſapore.*

Cedrus baccifera.

I. Cedrus folio cupreſsi major fructu flaveſcẽte.
Juniperus major ſeu Cupreſſus ſylv. Dioſcoridis, in Codice Hermolai.
Cedrus Phœnicia, Plinii.
Cedrus Lycia, Matth. Geſ. hor. Caſt.
Cedrus pumila foliis obtuſis & Phœnicia, Bellon.
Cedrus minor, Cord. in Dioſ. Portæ.
Oxycedrus Lycia, Dod. Ger.
Juniperus major, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Cedrus phœnicea, Ad. media vel ſecunda, ſive Oxycedrus folio cupreſsi, aut Sabina major Mõſpel. Lob.
Thuiæ genus quartum, Lugd.
Cedrus phœnicea ſecunda, Tab.

II. Cedrus folio Cupreſsi media majorib. baccis.
Cedrus Lycia, Bellon.
Cedrus minor alter, Dioſc.
Cedrus phœnicea altera, Plinii & Theophr. vel prima, Lob.
Thuia Maſsilienſium, Lugd.

III. Cedrus folio cupreſsi minor.
Cedrus phœnicea minor vel tertia, Lob.

Hæ tres ſola magnitudine differunt: verũ & duæ priores ratione ætatis variare cẽſemus, ita ut Matthiolus adoleſcentẽ, at Lugdunenſis hiſtoria adultam exprimere videatur. Sic & ratione ætatis in foliis differentia: primò enim prodeuntia, Juniperi vulgaris folia æmulantur, quæ paulo breviora & acuta: at adultæ, inſtar foliorum Cupreſsi rotundantur, ita ut rami inferiores foliis pungentibus & acutis, ſummi verò, obtuſis & rotundis veſtiantur: hoc exprimit figura Sabinæ bacciferæ, Adverſ. & Lob. ico.

THUYA & BRUIA.

ΘΥ'ON ſive θύα *Theophraſto 5. hiſt. 5. forma Cupreſſo ſimilis, cùm ramis tum foliis, caudice fructuq́; vel potius ceu Cupreſſus ſylveſtris: & 1. hiſt. 15. ex ſylveſtribus perpetuò viret. Plinius l. 13. c. 16. Thyæ ex Theophraſto memi-*

meminit, quam aliqui volunt eandem cum Cedro Atlantica ejuſdem. Brutam ſic deſcripſit Plinius l.12.c.17. petunt in Helimæos arborem Brutam, Cupreſſo fuſæ ſimilem, exalbidis ramis, jucundi odoris, accenſam & cum miraculo hiſtoriis Claudii Cæſaris prædicatam, odorem etiam proximum Cedro, &c.

Thuya Theophraſti.
Arbor vitæ, Bellonio, Geſ.hor. Dod. Cluſ. hiſp. & hiſt. Caſt. Tab. Ger. Eyſt.
Arbor filici ſimilis, Oviedo.
Cedrus Lycia, Lob. an & Ad.
Thuyæ tertium genus, Lugd.
Arbor paradiſæa Lutetian. Lugd.
Thuia ſive Thya vulgo, Cam.

Hæc è Canada Franciſco I. Galliarum regi, Arboris vitæ nomine oblata, fortaſſe ab odoris vehementia vel ob immortalem ejus comam, ſic dicta.

CUPRESSUS.

CUPRESSUS κυπάριϛτος *Dioſcoridi l.1.c.102.* ἀπὸ τοῦ κύειν τὰς παρίσους ἀκρέμονας. *Theophr.1.hiſt.8. procero & longo caudice conſtat, tamen macilento: 1.hiſt.13. mas nodoſior eſt fœmina: 1.hiſt.14. ſimplici aſſurgit caudice ad longitudinem, ſed non multis radicibus, neque ramis frequentibus patet: 1.hiſt.15. viret perpetuò: 2.hiſt.3. plerunque ex fœmina marem provenire affirmant: 1.cauſ.5. hujus fructus non id totum eſt, quod pilæ ſpeciem gerit, ſed quod cono innaſcitur prætenue, exile & quaſi laricis ſemini proximum, quod pilula ſua dehiſcente delabitur. At Plinio l.16.c.33. Cupreſſus natu moroſa, fructu ſupervacua, baccis torva, folio amara: odore violento, ac ne umbra quidem gratioſa, materie rara, ut penè fruticoſi generis, diti ſacra, & ideo funebri ſigno ad domos poſita: fœmina ſterilis diu. Duo genera earum: meta in faſtigium convoluta, quæ & fœmina appellatur: mas ſpargit extra ſe ramos, deputaturq́; & accipit vitem, &c.*

I. Cupreſſus, Matth. Ang. Dod. ut: Cord. in Dioſ. Geſ.hor. Tur. Lac. Lon. Ad. Lob. Cæſ. Portæ, Lugd. Cam. Tab. Eyſt.
Cypariſſus, Caſt.
Cupreſſus altera ſive ſylveſtris, Ger.

Hujus fructus ſive conos, nuces vel pilulas Cupreſsi, Officinæ Cypreſsi nominãt: aliquibus Galbulæ dicuntur.

II. Cupreſſo ſimilis arbor in Syria: an Cedrus major Dioſcoridis.
Thya forte Theophr. cujus fructus pilularum Cupreſsi magnitudine in Oriente notiſsimi.
Abhel dicitur, Guilandino in problem.
Cedrus major Dioſcoridis, Thyia Theophraſt. & Abhel, Guiland. in papyro.
Tac arbor Cupreſſo ſimilis ex qua gummi Taxa, Rauwolf.
Arbor cujus fructus Abhel Guilandino, Cluſ. hiſpan.
Habhel fructus, Cluſ. hiſt.

JUNIPERUS.

Ἄρκευθος & Ἄρκευθος: ἀπὸ τὸ τὴν ἀρὰν κλάζειν, *quòd ejus odorem omnia reptilia adverſentur: vel* ἀπὸ τὸ ἔχειν τὰς ἀκάνθας κεκρυμμένας: *Latinis Juniperus dicitur, quòd juniores & novellos fructus pariat, antiquis matureſcentibus: ſolam ferè arborum fœtus ſuos in biennium prorogare ajunt: cujus baccæ* ἀρκευθίδες, *in officinis Grana Juniperi nominantur. Ejus verò lacryma, Vernix dicitur.*

Genera: Dioſcoridi l.1.c.103. ἄρκευθος *quædam major eſt, altera minor: unius fructus, nucis ponticæ magnitudine reperitur: alterius verò fabam æquat, at rotundus eſt odoratus, dulcis in mandendo ac ſubamarus Arceutis dictus. Plinius verò l.16.c.25. nec Juniperi florent: quidam duo genera tradunt: alteram florere nec ferre: quæ verò non floreat ferre, protinus baccis ſubnaſcentibus quæ biennio hæreant: ſed id falſum: & l.24.c.8. Juniperus Cedro aſsimilis: & ejus duo genera: altera major, altera minor: hæc Plinius. Verùm baccæ in quibuſdam grandes, in aliis exiguæ: in his dulces, in aliis prorſus amaræ: aliis planè rotundæ, quædam oblongæ & acuminatæ.*

I. Juniperus vulgaris fruticoſa.
Juniperus, Brunf. Matth. Dod. ut: Lac. Tur. Lon. Lob. Portæ, Ger. noſtras, Cam.
Juniperus vulgaris, Trag. Cluſ. hiſt.
Juniperus minor, Fuch. Cord. in Dioſc. Lugd. ſyl. Caſt.
Juniperus humilis, Geſ.hor.
Juniperi altera ſpecies, Ang.
Juniperus vulgatior, Ad.
Juniperi primum genus, Cæſ.
Juniperus & Juniperus baccifera, Tab.

Hic, deſcribit etiam Juniperum majoré Germanicam & fructum magnũ verrucoſum adpingit.

II. Juniperus vulgaris arbor.
Juniperus nata in Hiſpania, Plinio l.16.c.39.

Junipe-

Juniperus vulgaris celſior & arboreſcens, Cluſ. hiſp.& hiſt.
Juniperus major ſativa, Caſt.
Juniperus urbana in arborem aſſurgens, Lugd.
Tales Thuſcia alit, frequenter in agro Senenſi, ut Matthiolus & Lugdunenſis monent: & in Hiſpania, ita ut ex ea trabes & ædium contignationes, multi fabricent, Cluſio referente.

III. Juniperus minor montana folio latiore fructuq; longiore.
Juniperus minima, Geſ.hor.
Juniperus alpina, Cluſ.pan.& hiſt.

IV. Juniperus major baccâ cæruleâ.
Juniperus maximus Illyricus cærulea baccâ, Lob.
an Juniperus alter, Cæſ.
Juniperus major, Lugd.
Juniperus major Illyrica, Tab.
Juniperus maximus, Ger.

V. Juniperus major baccâ rufeſcente.
Oxycedrus Theoph. & Galeni.
Cedrus phœnicea, Matth. Tab.
Oxycedrus, Dodon.gal.Bellon.cui & Juniperus, ruber, Cluſ.hiſpan.& hiſtor. Lugdun.
Cedrus, Lac.Lon.minor & Cedrula, Geſ.hor.
Cedrus magna ſive Juniperus peregrina, Cord. in Dioſcorid.
Cedrus minor, vel phœnicea, Caſt.
Oxycedrus phœnicea, Dod.Ger.
Juniperi prima ſpecies, ſive Dioſ.Juniperus, Ang.
Juniperus major Monſpelienſium, Lob.
Oxyarceutis ſive Juniperus acuta, Ad.
an Juniperus montanus fructu flavo, Cæſ.
Ettalch Scalig. grandior Juniperus, Lugd.
an Juniperus major Italica baccis rubris, Cam.
Aliis Cedrus Lycia Theophraſti.

VI. Junip. major fructu nucis magnitudine.
Juniperus major in Cupreſsi altitudinem aſſurgens, fructu dulci, Gallæ quodammodo ſimili eduli, nucleo olivæ nucleis ſimili, Bellon. quid?

VII. Arbor Americana oxyacanthæ ſimilis.
Lignum exoticum, Cluſ.ex.l.1.c.6.
an affinis arbori Ettalch in Africa naſcentis, cujus Joh.Leo in deſc.Africæ meminit, dubitat Cluſ.
Incolæ igne reſinā eliciunt, qua picis loco utunt.

ASPARAGUS & CORRUDA.

ETſi Ἀσπάραγος vel ἰσφάραγος Galenus 2.alim.omnes propemodum teneros caules & tenera germina, ſeu ex oleribus & herbis, ſeu ex ſuffruticibus, ſeu ex fruticibus, arboribusq́; vocitet, attamen peculiari generi plantæ etiam tribuitur, quæ ſic dicta, quod cauliculos hos, qui prima germinatione è terra prodeunt, præcipuos habeat.

Genera duo Dioſcoridi l.1.cap.152. petræa & ſativa: & Galeno βασιλικὸν regium & ἕλειον paluſtre: ſic enim Dioſcorides, ἀσπάραγος πετραῖος quem μυακάνθαν (id eſt murinam ſpinam) vocant, vulgaris eſt notæ: & paulo inferius: Aſparagus altilis, frutex eſt ramoſus, folia habens multa, longa, fœniculo ſimilia, radice rotunda, grandi, tuberculum habente. Et Theophraſtus 6.hiſt.1. ἀσπάραγος (hanc ſolam vocem pergeminam Aſparagum corrudam Gaza vertit) ex toto aculeata eſt, & nullum juxta aculeum folium gerit: & 6. hiſt.3. juxta aculeos puſillum quiddam clavæ ſimile producit, ex quo floſculus tandem ipſe erumpit: radice larga, alta, numeroſa, eademq́; tam crebra innititur, ut pars ſuperna radicum tota connexa & continua reddatur, ex qua vel ipſorum caulium proventus factitatur, &c. Plinius l.19.c.8. omnium hortenſium lautiſsima cura Aſparagis &c. Eſt & aliud genus incultius aſparago, mitius corruda, paſsim etiam in montibus naſcens, refertis ſuperioris Germaniæ campis non infaceto Tiberii Cæſaris dicto, herbam ibi quandam naſci ſimilimam aſparago &c. & paulò infra: indicavimus & Corrudam: hunc enim intelligo ſyl. aſparagum, quem Græci orminium aut myacanthon vocant: & l.19.c.4. ſylveſtres fecerat natura corrudas ut quiſq; demeteret paſsim &c. altiles ſpectantur aſparagi: & l.20. c.10. Aſparagi vires ubi recenſuit, ſubjungit: ſyl. aſparagum, aliqui Corrudam, aliqui Libycam vocant: Attici orminium hujus efficacior vis & candidiore major: & l.21.c.16. in totum ſpina eſt Aſparagus.

Aſparagus folio molli.

I. Aſparagus ſativa.
Aſparagus, Brunf.Trag.Matth.Fuch.Dodon.gal. Cord.in Dioſc. & hiſt. Geſ. hort. (qui majoris & minoris meminit) Tur.Lon.
Aſparagus altilis, Fuch.Tab.domeſtica, Bellon.
Aſparagus Dioſ. idē cum ſativo & hortenſi, Ang.
Aſparagus ſativus, Lac.Caſt.Lugd.Ger.
Aſparagus hortenſis, Dod.Ad.Cam.
Aſparagus domeſticus, Eyſt. vulgaris, Lob.
Aſparagi alterum genus, Cæſ.
Hic cum in pratis Alſatiæ nobis vicinæ & in pratis ad Danubium ſitis, & in Burgundia circa Veſuntium ſponte proveniat, hunc Plinium intel-

1 = Asparagus officinalis, L.

QQ ligere

ligere cenſemus, cum in ſuperioris Germaniæ campis provenire ſcribit, & hic dicitur

Aſparagus mitior ſponte naſcens, Cl.hiſp.& hiſt.

II. Aſparagus ſylveſtris tenuiſsimo folio.

Aſparagus ſylveſtris, Matth.Caſt.

Aſparagi tertium genus ſativo ſimile, qui Palatium leporis, Cæſ.

Sola transplantatione & cultura à ſativo differt.

III. Aſparagus maritimus craſsiore folio.

Aſparagus ἕλειος ſive paluſtris, Galeno.

Aſparagus paluſtris, Matth.Ang.Tab.

Aſparagus marinus, Cluſ.hiſp. & hiſt.Cam.

Aſparagus maritimus Dioſcoridis, Ad.Lob.

Aſparagi alterum genus, Cæſ.

Aſparagus ſylveſtris, Ger.

Aſparagus Corruda dictus.

Corrudam nonnulli dictã volunt, teſte Ruellio, quòd ubi adolevit, facilè corruat decidatvé: ſic & Horminium, ἀπὸ τοῦ ὁρμᾶν, quod eſt ruo.

I. Aſparagus foliis acutis.

Aſparagus petræa Dioſcoridi & Galeno.

Corruda & ſyl. Aſparagus, Plinio.

Aſparag.petręus & corruda, Mat.Tab.in ico.Ger.

Corruda, Dod.gal.Cord.hiſt.Rauw.Bellon.Ad. Lob.ico.Lugd.cui & Corruda Penæ.

Aſparagi prima ſpecies, Ang.Cæſ.

Aſparagus ſylveſtris, Geſ.ap. Lac. Dod.Cam.ep. ſive Corruda, Bellonio.

Corruda prior, Cluſ.hiſp.& hiſt.Tab.

II. Aſparagus aculeatus alter, tribus aut quatuor ſpinis ad eundem exortum.

Aſparagus ſyl. alter, Dod.Ger.

Corruda altera, Cluſ.hiſp. & hiſt.Lugd.Tab.at in ico.Corruda Hiſpanica.

Corruda Hiſpanica altera, quæ Luſitanica, Lob.at in icon.Corrudæ varietas.

Aſparagi quartum genus, Cæſ.

III. Aſparagus aculeatus ſpinis horridus.

Polytricha, Bellonio.

Aſparagus ſyl. tertius, Dod.

Corruda tertia, Cluſ.hiſpan.& hiſt.Lob. Lugdun. Tabern.

Corruda Hiſpanica altera, Tab. in ico.

Aſparagus ſyl. ſpinoſus, Ger.

Aſparagi Theophraſti nomine cui ſpina pro folio, ex Creta ab Honorio Belli accepimus.

IV. Aſparago aculeato affinis triplici ſemper ſpina.

Echinopoda Cretica, Hon.Belli ap.2.ad Cluſium & Ponæ ital.

Chenopoda Plinii ſuſpicatur Hon.Belli.

Sic autem Plinius l.11. c.8. ceras ex omnium arborum ſatorumq; floribus confingunt, excepta Rumice & Chenopode: plura non habet. Verùm aliqui Echinopode legunt, quam quidam Tribulum, alii Echion, alii Spinæ genus interpretantur. Sic Dalechampius apud Athenæum per Echinopoda, Cardui Chii genus intelligit.

SECTIO SEXTA.

CEDRUS CONIFERA; PEUCE ſeu PINUS; PINASTER; LARIX; PITYS ſive PICAEA; SUCCI ſive HUMORES PLANTARUM; GUMMATA; Reſinæ; Abies; Taxus; Draco arbor; Palma Dactylifera; Palma ſquammoſo fructu; Palma nucifera; Nuces exoticæ & Arbores admirandæ.

CEDRUS CONIFERA.

Κέδρος Dioſcoridi l.1.c.105. arbor magna eſt, ex qua Cedria dicta colligitur: fructum verò habet uti Cupreſſus, at grandiorem multò: At Serapio, minorem legit. Et Guilandinus com.de Papyro vult eum eſſe arborem, quam ſub Cupreſſo altera propoſuimus. Theophraſtus 4.hiſt.6.& 5.cauſ.8. Cedrum Syria gignit, eaq; ad triremes utuntur: 5.hiſt.5.ex Cedro ſimulacrum ſculpere ſolent. Plinio l.13.c.5. Et majoris Cedri duo genera, quæ floret, fructum non fert: frugifera non floret, & in ea antecedentem fructum occupat novus: ſemen ejus Cupreſſo ſimile: quidam Cedrelaten vocant: & l.24.c.5. Cedrus magna quam Cedrelaten vocant, dat picem quæ Cedria vocatur.

Cedrus conifera foliis laricis.

Cedrus major, Matth.Dod.gal.

Cedrus arbor conifera, Geſ.hor.

Cedrus Hebræor. non Græcorum, forte Cedrus Syriæ Theophraſti, Ang.

Cedrus Dioſcor & Sacrarum literarũ idem, Ang.

Cedrus, Bellon.(cui & Libani & Syriæ & in Amano) Rauw.Cæſ.Tab.Libani, Ger.

Cedrus Libani quæ neq; Dioſcoridis neq; Græcorum Cedrus eſt, Guiland.
Cedrus magna, Dod. Portæ.
Cedrus Libani & Palæſtinæ præcelſa, Ad. Lob.
Cedrus phœnicia Matthioli, Lugd.
Cedrus phœnicia noſtra, Lugd.

Coni non dependent, ſed ſurſum ſpectant, ut rectè Bellonius, Dodonæus & Dalechampius in hiſtor. Lugdunenſi, pingunt.

In regno Congiano tanta copia, tantæq; magnitudinis ut inde naves conficiant: par. 1. Ind. or. l. 2. c. 1. & in inſula Tercera ſcaphæ, currus, rhedæ, & hujus generis alia opera extruunt: par. 3. Ind. or. cap. 6.

Sic in Andes nova Hiſpania, ſumma copia, ubi alia alba, alia roſea & fragrans: Joſeph. Acoſt. l. 4. c. 3. ubi de Cedro admiranda, verba facit. Provenit etiam in Virginea & Florida.

DE PEUCE ſeu PINU.

ETſi Πεύκη καὶ πίτυς, à Gaza Pinus & Picea vertatur, ab aliis tamen contrario modo ſit, & πεύκη Picea, forte ob nominis ſimilitudinem redditur: nec mirum, cùm ut Dioſcorides l. 1. c. 86. habet, πίτυς, vulgo nota arbor eſt, ejuſdemq; generis eſt quæ πεύκη dicitur, ſiquidem hæc ab illa ſpecie tantum differat: ita ut tam piceæ quam pini fructus, qui in conis reperitur πιτυΐδας, eodem cap. 87. monente, appelletur.

Genera: πεύκης Theophraſto 3. hiſt. 10. alia urbana, alia ſylveſtris: ſylveſtris duplex eſt, alteram Idæam, alteram maritimam vocant: harum rectior, celſior, materieq; craſſior Idæa: folio teneriori, imbecillioriq; maritima, & cortice leviori, utiliq; ad coria, quod alteri minus: mox maritimæ rotunda, breviq; dehiſcens, & Idææ oblongior viridis: minusq; hiſcens, nunquam ſylveſtrior, &c. Idæa ramoſior craſſiorq; & picem copioſius præbet, &c. Macedones genus quoddam πεύκη ſimile dicunt, & marem breviorem, folioq; duriorem: fœminam verò proceriorem, foliis pinguem, mollem, procliviorem q;. Mari lignum circumcincta medulla durum & operi fabrili verſuale: fœmina tractu omnino facile atq; molliùs, quod quidem omnium ferè marium fœminarumq; publica differentia eſt, ut cæſores materiæ aſſeverant, &c. (& Plinius l. 16. c. 10. lignum maribus durum, & in fabrili opere contortum: fœminæ mollius, publico diſcrimine in ſecuribus) Igitur πεύκη genera, urbanum atq; ſylveſtre: ſylveſtris mas & fœmina, ac tertia ſterilis. At Arcadiæ incolæ, nec ſterilem nec urbanam πεύκην appellant, ſed πίτυν, &c. Plinio l. c. in Europa ſex genera cognatarum arborum ferunt (pinus, pinaſter, picea, larix, abies, teda, taxus) ex iis pinus atq; pinaſter, folium habent capillamenti modò prætenue, longumq; & mucrone aculeatum &c. Pinaſter nil aliud eſt, quam Pinus ſylv. mira altitudine & à medio ramoſa, ſicuti pinus in vertice: copioſioremq; pino dat reſinam. Sic l. 15. c. 10. nucum pinearum genera quatuor recenſet, 1. grandiſſimas, 2. Tarentinas, 3. Sapineas, è picea ſativa, 4. pityidas, è pinaſtris.

I. Pinus ſativa.
Pinus urbana folio perpetuo, Theophraſto.
Pinus, Brunf. Trag. Dod. ut: Bellon. Cord. in Dioſ. Lac. Tur. Lon. Cæſ. Caſt. Portæ: arbor, Geſ. hor.
Pinus domeſtica, Matth. Tab.
Pinus ſativa, Ang. Lugd. Ger.
Pinus vulgatiſsima, Ad. Lob.
Pinus Italica, Cam.

Nucem στρόβιλον Theophraſtus, aliis κώνους κοκκάλους & κυνάρεια vocant: & in hoc genere marem nucem rotundiorē, fœminā longiorem ferre volunt.

II. Pinus ſylveſtris.
Pinus ſyl. montana Theophraſti.
Pinaſter, Brunf. Trag. Tur. Geſ. hor. Lob. Cæſalp. Thal. Portæ.
Pinus ſylveſtris, Matt. Caſt. ſive Pinaſter, Dod. ut.
Picea ὀρεόπιτυς, Ang.
Pinus ſponte proveniens, Cord. in Dioſc.
Pinus ſyl. fructifera, Lugd.
Pinus ſyl. montana, Tab.
Pinus ſyl. mugo, Ger. ico.
an Pinaſter 1. vel Auſtriacus major, Cluſ. hiſt. qui duplicem facit album & nigrum.

III. Pinus ſyl. montana altera.
Pinus tubulus, Plinio l. 16. c. 10. eaſdem, inquit, arbores (ſcilicet Pinum & Pinaſtrum) alio nomine eſſe per ora Italiæ, quas Tibulos (ſtrubulos Hermolaus legit) vocant, pleriq; arbitrantur, ſed graciles ſuccinctioreſq; & enodes, liburnicarum ad uſus, penè ſine reſina.
Pinus ſyl. Mugo, Matth. Ad. Lob. Tab.
Pinus ſyl. altera, Dod. ut: ſed edit. lat. tertia deſcriptione.
Picea altera ſive ſylveſtris, Ang.
Pinus tubulus, Lugd.
Pinus montana minor, Ger.

IV. Pinus ſyl. montana tertia.
Teda, Brunf. arbor, Lugd.
Pinus ſyl. cembro, Matth. Ad. Tab.
Pinus ſyl. tertia, Dod. gal.

Pinaſter, Bellonio.
Pinus ſyl. altera ſpecies, Dod.
Pinus ſylveſtris, Ger.

Plin. l. 6. c. 10. ſextum genus eſt Teda propriè dicta, abundantior ſucco, quàm reliqua, parcior liquidiorq; quàm Picea, flammis ac lumini ſacrorum etiam gratia

V. Pinus maritima major.
Pinus maritima prima, Matth. Tab.
an Pinus marina, Ang.
Pinus ſyl. quinta, Dod. gal.
Pinus maritima, Lugd. major, Dod.
Pinus maritima Theophraſti, Lob.
Pinus ſyl. montana, Ger.

Huc refer ſequentem, modo eadem non ſit
Pinus ſyl. altera, Lob.
Pinaſter 2. & Pinus marina Theophr. Cluſ. hiſp.
Pinaſter alter Hiſpanicus, vel minor Hiſpanicus Eid. hiſt.
Pini maritimæ majoris ramulus, Dod.
Pinus ſylveſt. ſive ſterilis, quia nuclei edules non ſunt, Lugd.
Pinus montana Theophraſti, Tab.
Pinus maritima major, Ger.

VI. Pinus maritima altera, Matth. Tab. Lug.
Pinus Idæa Theophraſti, Lob.
Pinus ſyl. quarta, Dod. gal.
Pinus ſyl. minor, Ger.
an Pinaſter primus, Cluſ. hiſp. & hiſt.

Hæc ab Auſtriaco majore, fortè tantum ratione ſoli diſtat, Cluſio monente.

VII. Pinus maritima minor.
an Piceæ genus alterum Bellon.
Pinus maritima minor, Dod.
Pinaſter tertius, Cluſ. hiſp. Lob. Lugd.
Pinaſter tertius Hiſpan. vel pumilo alter, Cl. hiſt.
an Pinaſtri alterum genus parvum in maritimis, Cæſalp.

IIX. Pinaſter conis erectis.
Pinaſter pumilio, Cluſ. pan. Cam.
Pinaſter quartus Auſtriacus, Cluſ. hiſt.

IX. Pinaſter latifolius julis vireſcentibus aut palleſcentibus, Cluſ. pan.
Pinaſter ſecundus Auſtriacus, Eid. hiſt.

X. Pinaſter tenuifolius julo purpuraſcente, Cluſ. pan.
Pinaſter tertius Auſtriacus, Eid. hiſt.
Thæda, Tab.
Tæda ſive Pſeudopinus, Ger.

Hujus arboris ramos ſolent noſtrates Oenopolæ ante ædes ſuas proponere, ut Viennenſes Abietis teneriores ramos, & aliarum regionum incolæ Hederam.

XI. Pinus Indica nucleo purgante.
Pinei nuclei Malucani, Acoſtæ, Monardi.
Pinei nuclei cathartici, Lugd.
Pinea purgativa, Caſt.
Pinei nuclei Indici, Fragoſo.
an Pinioen ſive Nuces pineæ ex Puna, Joſeph. Acoſt. l. 4. c. 29.

XII. Pino ſimilis Orientalis.
Cibage, Cam.

XIII. Pineos nucleos duros referens fructus.
Fructus peregrinus 8. Cluſ. ex. l. 2. c. 30. & in tab. 3. Lugd. Tab. Ger.

XIV. Pineæ nucis nucleo ſimile ſemen flavo ſpadiceum Braſilianum.
Fructus miſcellaneus 9. Cluſ. ex. l. 2. c. 15.

XV. Arbor ſpinoſa fructu pineæ ſimili.
Cachi arbor ſpinoſa, cujus fructus Ciccara, forma pineæ nucis, Scalig. Ludovico Romano, Nic. Coſtino, & ex his Lugd.

L A R I X.

Quæ Larix aut Larex, etiam Græcis λάριξ nuncupatur, an à Theophraſto deſcripta fuerit dubitatur: licet hæc vox in Gazæ verſione reperiatur: Gazæ tamen Larix nihil aliud eſt, quàm πίτυς Theophraſti, quàm vocem plerunq; Piceam interpretatus eſt: attamen interdum πίτυος vocem, per Piceam & Laricem ſimul expreſſit: ut videre eſt 9. h. 1. ubi legitur τερμίνθου, πίτυος, ἀμυγδάλης Gaza reddidit, terebintho, larici, piceæ, amygdala, &c. Sic Plinius de Larice agens, ea quæ Theophraſtus πεύκῃ tribuit, omnia illa Larici adſcribit: ſic l. 16. cap. 10. ſcribit: quinto generi ſitus idem, eadem facies. Larix vocatur, materies præſtantior, longè incorrupta, vix emori contumax, rubens præterea & odore acrior: pluſculum huic erumpit liquoris, melleo colore atq; lentore, nunquam dureſcentis: & mox: Larix nec ardet, nec carbonem facit, nec aliomodo ignis vi conſumitur quàm lapides. Verùm experientia Plinio contrariatur, & ipſius propria verba, dum inquit: in Macedonia Laricem maſculam urunt, fœminæ radices tantùm. Et l. 16. c. 21. ei perpetuam comam tribuit, cùm tamen in noſtra larice contrarium contingat. Quare Gazæ larix, eſt πίτυς Theophraſti: at Plinii Larix, eſt πεύκη Theophraſti. An fortè hæc no-

ſtra Larix,

ſtra Larix. ſit Pinus urbana folio deciduo Theophraſti: ſiquidem ſcribat Pini urbani genus quoddam folium habere perpetuum: ſylveſtri autem omni id perpetuum eſſe: ex quibus colligere licet, urbani quoddam genus eſſe, cui folia decidant, quod in ſola Larice animadverſum eſt.

Larix, Brunf. Matth. Bellon. con. Dod. ut: Fuch. Geſ. hor. Lac. Tur. Lon. Ad. Lob. Caſt. Cluſ. pan. & hiſt. Lugd. Portæ, Tab. Ger. Cam.
Pini ſyl. genus cui hyeme folia decidunt, Cæſ.

Ex hac colligitur reſina laricea, de qua inter Reſinas. Fungus etiam adnaſcitur qui Agaricum dicitur, quemadmodum Larici adpingunt, Lobel. Tab. Ger.

DE PITY ſeu PICEA.

Πίτυς ἀ πεύκη *differre videtur, Theoph. 3. hiſt. 10. quòd (ſcilicet Pinus) pinguior ſit, folio tenuiori, magnitudine minor, erectaq; minùs aſſurgit: præterea quòd conum breviorem horridioremq; ferat, ac nucem magis reſinoſam. Ambabus folia capillata, ſed Peuce materies candidior, ſimiliorq; Abieti, atq; in totum minus ſpinoſa. Et 3. hiſt. 6. quidam Pinum & Piceam florere exiſtimāt, quidam minimè, ſed Piceam* κύτταρον, *id eſt, nucamentum gignere, quod Groſſis proportione reſpondet. Plinius l. 16. c. 25. Pinum Piceamq; ullo flore exhilarari negat: experientia tamen refragatur. Et ut l. 16. c. 10. Picea plurimam reſinam fundit, interveniente candida gemma, tam ſimili thuris, ut miſta, viſu diſcerni non queat, &c.*

Genera duo ex Plinio colligimus, ſativam & ſylveſtrem, illam Sapinum, hanc Piceam nominat. Nam Sapinus inferiorem & enodem Abietis partem ſignificat: ſicut ſuperiorem partem nodoſam dnrioremq; Fuſterna, Plinio l. 16. c. 39. ſcribente: verùm etiam arborem ſignificat: hæc enim l. 16. c. 12. habet: inter hæc genera proprium quidam fecère Sapium (Sapinum Turnebus legit) quoniam ex cognatione earum ſeritur: ejuſq; arboris imas partes Tedas vocant, cum ſit illa arbor nil aliud quàm Picea, feritate paulùm mitigata ſatu: Sapinus autem materies cæſarum è genere fiat. Sic Plinius ejus nucem Sapineam vocat: nam l. 15. c. 10. nucum Pinearum genera enumerans, tertium ait Sapinea, è Picea ſativa, nucleorum cute verius quàm putamine, adeo molli ut ſimul mandatur.

I. Picea major prima, ſive Abies rubra.
Picea, Brunf. Matth. Ang. Cord. in Dioſcor. Geſn. hor. Lac. Lon. Ad. Lob. Cæſal. cui & Tæda Plinii, Caſt. Lugd. Thal. Tab. Ger.
Abies prima & rubra, Trag.
Abies, Dod.
Sapinus, Bellonio, Lac.
Picea Plinii & Abies maſcula Theophraſti, Cluſ. pan. & hiſt.
Hanc alii Abietem marem Theophraſti: alii Piceam φθειρόφορον ejuſdē 1. cauſ. 9. quam Gaza pediculiferam, Scaliger pedicularium interpretatur. Sic dicta Plinio l. 16. c. 10. quod totis paniculis minoribus gracilioribusque, minimos ac nigros nucleos pediculis ſimiles gignat: alii Tædam Plinii (de qua ſub Pino quarta) faciunt.

II. Picea minor.
Picea pumila, Cluſ. pan.
Pinum tubulum ſive tibulum Plinii, Dalechampius vocare videtur, Cluſ. hiſt.

DE SUCCIS ſeu HUMORIBUS Plantarum.

Quemadmodum multis animalibus pili & pennæ decidunt, & ſerpentes ſingulis annis exuvias deponunt: ſic & plantis folia, flores & fructus decidunt, & ex earum aliquibus humor ſuperfluus profluit, ut Vitibus lacryma: Ceraſo, pruno, gummi: piceæ, terebintho, lentiſco, reſinæ: aliis alius liquor quantitate moleſtus. Nam ut in animalibus ſanguis turget, ſic in plantis humor ſeu ſuccus, qui ſi vel ſponte profluat, vel arte educatur, ad earum conſervationem facit: nam & plantæ ſuas venas & nervos habēt, per ſe nomine carentes, ut habet Theophraſtus 1. hiſt. 3. quæ ſimilitudine quadam nomina partium animalium ſortiuntur. Sanguis autem plantarum, earum ſuccus proprius eſt, ut in Ficubus lac, ſecundum Ariſtotelem 1. de plantis: in Vite veluti humor: in quibuſdam veluti oleum: in aliis pici liquidæ ſimilis: in nonnullis, ut gummi. Et ut Theoph. l. c. humore plantarum deficiente & ipſæ deficere incipiunt eoq; exſiccato, tabeſcunt: quem humorem nonnulli ſimpliciter ὀπὸν *ſuccum in cunctis appellant, quidam abſque nomine relinquunt: in quibuſdam verò* ὀπὸν *ſuccum, inq; aliis* δάκρυον *lacrymam vocant. Idem ferè habet Theophraſtus 6. cauſ. 17. & hic pro coctionis diverſitate, diverſam craßitiem & colorem nanciſcitur. Hinc ſi hujus humoris conſiſtentiam conſideres (ex Theoph. 6. cauſ. 17.) alii calloſiores lentioresq; ſunt; alii aquoſi, minusq; lenti: hinc alii denſari poſſunt, alii nequeunt: nonnullis etiam quò denſentur atque concreſcant, aliquid miſcent. Quare*

ſuccus plantarũ,qui χυλὸς propriè,is humor eſt,quo plantæ nutriuntur,quiq́, non ſpontè,ſed præcedente expreſſione, aut alia præparatione elicitur: quiq́, ſemper tenuior eſt, niſi calore exſiccatus,induretur. Liquor verò ſive ὀπὸς, craſſior eſt,qui interdum ſpontè,interdum inciſione delabitur,& velut lacryma profluit,unde communiter δάκρυον lacryma vocatur. Qui ſi oleaginoſus & liquidus fuerit, ῥητίνη dicitur: ſi terreſtrior, aqueus & in truncis arborum concretus, κόμμι gummi: quæ verò naturam mediam inter gummi & reſinas poſſident,& partim terreſtria & aquea,partim oleaginea & pinguia ſunt, κόμμι ῥητίνη gummi reſinæ nominatur. Sed de ſuccis inſpiſſatis primùm, dein de gummatibus,tum de Reſinis,& tandem de Pice.

De ſuccis inſpiſſatis.

I. Ammoniacũ, ἀμμωνιακὸν Dioſcoridi l.3.c.98. eſt Ferulæ ὀπὸς, liquor,& totus cum radice frutex Agaſyllis appellatur: Galen.6.ſimpl. Ferulæ lacryma. Plinio l.12.c.23. Hammoniacum lacryma, ab Hammonis oraculo nomen habet,juxta quod gignitur arbor,quam Metopion vocant, reſinæ modo aut gummi.

Ammoniaci lacryma,Matth.

Hammoniacum ſeu gutta Hammoniaca, Cord. hiſt.

Ammoniacum,Cæſ.

Armoniacum officinis & Gummi ammoniacũ.

Probat Dioſcorides l.c. benè coloratum (exterius flavum,intus candidum) ligni & calculorũ expers, thuris glebarum granorúmve ſimilitudine, ſyncerum ac denſum, nulla ſorde ſpurcatum, caſtorei odore, & guſtu amarum: quod genus θραῦσμα (thrauſton Plinio, quaſi dicas fragmentum) appellatur:alterũ,quod terræ calculorúmve particeps eſt, φύραμα (Phryma Plinio,i. e. mixtura) dicitur: & hoc ad medicamenta in aqua reſolvitur.

II. Galbanum χαλβάνη Dioſc.l.3.c.97. liquor eſt Ferulæ in Syria naſcentis, quam nonnulli Metopion vocant: Gal.8.ſimplic. χάλβανη ſuccus eſt plantæ ferulaceæ: hoc ſecundum eundem 1. de Antidot. in Sagapenum convertitur. Plin.lib.12. cap.25. Galbanum dat & Syria in eodem Amano monte, è ferula ejuſdem nominis reſinæ modo, quam Stagonitin appellant,de qua & lib.24.cap.5. At Theophr.9.hiſt.7. Chalbanum in Syria naſcitur ex Paco vocato.

Galbanum,Matth.Cord.hiſt.Cæſ.

Probatiſſimum quod thuris effigiem præbet, colore maximè flavũ (tale enim recens eſt) gummoſum purum,pingue,minimè lignoſum, odore gravi, nec valdè humidum, nec penitus aridum, & cùm accenditur clarum, flammam nutriens: hoc Dioſcorides reſinâ & ammoniaco, Plinius verò Sagapeno,adulterari ſcribit.

III. Opoponax ὀποπάναξ Dioſc.lib.3.cap.55. ex Panacis Heraclei radice conciſa colligitur. Gal.8.ſimpl.radicibus & caulibus: at Meſuæo,ex ferulaceo panace: nonnullis ex Chironio. Opoponacis Plinius lib.20. cap.24. in Theriaca meminit.

Opoponax ſive Opoponacum,Cord.hiſt.Lugd.

Opoponax,Cæſ.

Probatur amariſſimum, intus candidum aut ſubflavum, foris ad auri colorem inclinans, læve, pingue,Galbani inſtar lenteſcens, friabile,graveolens, & dum reſolvitur propius ad lacteum liquorem accedens.

IV. Sagapenum: σαγάπηνον Dioſcoridi lib.3. cap.95. ferulaceæ herbæ liquor, quæ in Media naſcitur: Gal 8.ſimpl.ex planta ferulæ (panaci addit Cluſius) aſſimili. Sanè ipſa planta Sagapenum dicitur, at liquor abuſivè hoc nomen obtinuit, rectius Sagapeni ſuccus diceretur. Plin.20.cap.18. Sagapenum,Hammoniaci lacrymæ ſimile.

Sagapenum officinis Serapinum, Matth.Cord. hiſt.

Sagapenum,Cæſ.

Probatur quod ſincerum, pellucidum, foris ruffis, intus cùm frangitur flavis aut candicantibus guttis compactum, inter digitos lenteſcens, medio inter Silphium & Galbanum odore,acriq; guſtu: & ut Aſa fœtida reſolvitur.

V. Meconium, μηκώνειον Dioſcor.lib.4.capite 65. ſuccus eſt,ex papaveris nigri foliis & vaſculis tuſis expreſſus & exſiccatus, quem privatim Græci μηκώνειον vocant, ſed liquore viribus multò imbecillior eſt: propter aqueam & incoctam ſubſtantiam. Eidem l.6.c.17. Μήκωνος ὀπὸς dicitur. Plinio lib.23. cap.1. Meconium: licet eidem lib.20.cap.19. Mecon tithymali ſpecies ſit: & lib.27.cap.12. meconion aphrodes, peplos eſt.

Meconium,Lugd.

VI. Opium, ὀπὸς τῆ μήκωνος Dioſc.l.4.c.65. eſt liquor lacteus qui ex papaveris nigri ſcapo leviter inciſo colligitur:ubi colligẽdi modũ docet.

Opium

Opium, Matth. Cæſ. Lugd.
Opium nigri papaveris liquor, Cord. hiſt.
Opium, Ofium Mauritanis, Garz. Frag. vide Acoſtam.
Amfion ſive Opium, Linſcot. par. 4. Ind. or. c. 34.

Opium triplex eſt: album quod è Cairo adfertur, quod forte Thebaicum: alterum nigrum & durum, ex Aden: tertium flaveſcẽs magis ac mollius ex Cambaja & Decan, Garz. Linſc. l. c. at Fragoſius, albicantis & nigri tantùm meminit.

Ex Papavere nigro elicitur, Plin. l. 20. c. 18. & Avicennæ: at apud Turcas, ex papavere albo, qui totos agros, ut nos tritico conſerunt, cùm apud eos & Perſas in quotidiano uſu ſit, ad drachmæ unius pondus: ejus enim uſu ſe animoſiores fieri credunt, neque belli pericula reformidare, Bellonio ſcribente: & ut Linſcottus l. c. qui ſemel, ſed ſenſim, aſſuevit, niſi indies iteret, brevi tabidus moritur: & ſi per dies quatuor aut quinque intermittat moritur. Paludanus in Linſcott. ſcribit, Turcis privato nomine Maslac vocari, & ab ipſis indies piſi magnitudine devorari.

Probatur candidum, vel leoninorum pilorum modo flaveſcens, in maſſam veluti ex granulis diverſi coloris coactum, grave, denſum, ſolidum, ſine ſordibus exiſtens, amarum, guſtu calidum, odore gravi & viroſo, ſomnum inducens & in aqua promptè liqueſcens, Bellonio & Paludano monentibus: & hoc in Aſia minore in placentulas, unciarum quatuor, vel ſelibræ pondo, cogitur. Quis ergo noſtrum adulteratum eſſe non animadvertit? Attamen ex eo quod adfertur, eligendum, purum, colore maximè ruffum aut ſpadiceum, cum frangitur, ſplendore quodam nitens & quod facilè diſſolvitur, ſed non ceræ inſtar lentiſcens.

VII. Ἀλόη, Aloë & de herba & ejus ſucco denſato dicitur: ex Aloë, Dioſc. l. 3. c. 25. (ὄπισμα) ſuccus coactus ex India adfertur.

Genera duo (τοῦ χυλίου, [illegible]) ſucci: alterum arenoſum, quod veluti fæx & craſſamentum puriſſimæ eſſe creditur: alterum (ἡπατίζον) ad jecoris imaginem vergit, Dioſcor. l. c. Recentioribus illam Caballinam, quòd equis & veterinariis medicandis dicata ſit: hanc Hepaticam, quòd Hepatis modo coacta ſit, nominant: quam etiam nonnulli Succotrinam, quaſi ſucco citrina, quod ejus pulvis citrinus fit. Vel potius Socrotrina (ut Linſc. par. 2. Ind. or. 6. & par. 4. c. 38.) à ſolo natali Socotra inſula, quæ aliis omnibus præſtat, ſolida atque compacta. Sunt tamen qui has differentias faciant, ſuccotrinam, ſubcitrinam & optimam: alteram Hepaticam, nigriorem ſynceram tamen: tertiam Caballinam, lividam, arenoſam.
Aloë, Matth. Cord. hiſtor. Lugdun. Aloë ex India, Cæſalp.

Eligenda pinguis, nitida, calculorũ expers, ſubflava, hyeme friabilis, æſtate molliuſcula, hepatis modo coacta, facilè humeſcens, eximieq; amara: nigra contrà, fractuq; contumax, improbanda: lavanda quin etiam & quod arenoſum ſubſiſtit abjiciendum, pinguiſsimum & quod leve eſt recipiendum: hęc Dioſc. l. c. Apulam & Hiſpanicam ſucco faciendo inutilem Cordus ſcribit: at quomodo tam Hepatica, quàm Socotera dicta, ex noſtra Aloë elici poſsit, elegãter Doctiſs. Fabius Columna in ſua plant. ἐκφεξῆ oſtendit.

IIX. Succus Aloës facie.
Iraituch & Aiawe ſuccus primus ex America, Muſæ foliis involutus, Cluſ. ex. l. 4. c. 7.

IX. Scammoneum σκαμμωνία, Scammoneæ plantæ ſuccus, qui ex radice lactei ſucci plena inciſa & exſiccata reſervatur: cujus modum Dioſcorides l. 4. c. 171. docuit.
Scammonium, Plin. l. 26. c. 8. vocat: quem tantum uſui eſſe, Theophraſtus 9. hiſt. 12. ſcribit.
Scammoniam Matth. Cord. hiſt. Cæſ. Lugd.

Scammonea officinis ad Arabum imitationem hic ſuccus dicitur, qui denſatus in maſſas cogitur, & exſiccatus fuſcus, aut lividus, aut cinericeus, aut fulvus redditur.

Differentiæ hujus ratione loci apud Dioſc. & Plinium: ille, eum qui ex Myſia regione Aſiæ deportatur, cõmendat: natione autem Syriacum & Judaicum deterrimum haberi, ervi farina & Tithymalo adulteratum. At Plinio laudatur Colophonium, Myſium, Priennenſe: adulterinum verò fieri ervi farina & Tithymali marini ſucco, in Judæa ferè, quod deprehendatur guſtu, cum Tithymalus linguam excalefaciat, &c. Quòd verò Scammonium noſtrum, notas à Dioſcoride tributas non habeat, cauſa putatur, quòd hoc tempore veterem parandi modum non obſervent, ac nõ ex radice inciſa, ut Dioſcorides docuit, ſed prorſus diſſecta, vel expreſſa, aut è ſtipitibus & foliis contuſis paretur: alioqui tanta Scammonii copia quotannis vix afferri poſſet, vel etiam lacte Tithymali adulteratum.

Opti-

Optimum eſt quod ex Antiochia defertur, dein Armenum, Europæum omninò pravum eſt. Probatur quod pellucidum, læve, rarum, ſpongiæ inſtar foraminoſum, colore cum frangitur fulvum, taurini glutinis modo translucens: nec vehementer linguam excalefaciens (quod admiſti Tithymalli argumentum eſt) & cum linguæ affricatur, in candidiſsimum liquorem lacti ſimilem ſe ſuperficie reſolvens: cito liqueſcens, friabile, non valde ponderoſum, nec tetri odoris. At glebæ ingentes nigræ & graves, aut adulteratæ ſunt, aut ſuccus eſt ex tota planta expreſſus.

Hujus vehementia corrigitur à quibuſdã Aloë addita; ſed rectiùs, ſi Malo cydonio excavato indatur, paſta circumdetur, & in clibano coquatur, dein contundatur, ut veteres fecêre: aut ut alii, in ſucco Cydonio coquatur: melius verò ſi ſemina fœniculi, aniſi, dauci adderentur. Sic correctum Diacrydium, quaſi lacrymula dicitur, in officinis Diagredium, quod nimis recens, vehemens: antiquum imbecillum, quare tormina excitans: binum optimum eſt.

X. Elaterium, ἐλατήειον Dioſcoridi l.4.c.155. & Theophraſto 9.hiſt.10. dicitur (Gaza agitatorium vertit, fortè quia motu turbatorio corpus exagitat) Elaterium Plinio l.20.c.1.

Hoc Dioſcorides ex ſucco fructus, addito extrahendi modo, Theophraſtus ex ſemine (fructum intelligens) liquato: Plinius ex ſucco è ſemine expreſſo fieri ſcribit. Hoc à bimatu ad decennium colore candido utile, Dioſcoridi: Ægineta, quod anno antiquius non eſt, & quod vireſcit probat. Theophraſto, omnium medicamentorum diuturniſsimum, & optimum quod vetuſtiſsimum: hinc Plinius ex Theophraſto 9.hiſt.14. ducentis annis ſervatum meminit. Hôc Hippocrates uſus fuit, nunc verò ob ejus vehementiam, non facilè uſurpatur.

Elaterium quod leve & candidum & igne inſtar pinguedinis accenditur, Bellon.

Elaterium, Matth. Bellon. Cæſ. Lugd.

Plinius l.20.c.1. meminit Cucumeris ſyl. in Arabia nati, heliotropio ſimili, ſemine nucis juglandis, quod ſemine & Elaterio contra ſerpentes efficaciſsimum ſit: hoc necdum novimus.

XI. Euphorbium, εὐφόρβιον, ſuccus eſt acerrimus, arboris ferulæ ſpeciem gerentis, Dioſc.l.3. cap.96. qui & colligendi modum docet, ut ſupra l.10.ſect.6. oſtendimus: At Dodonæo non arbor, ſed herba potius eſt; cujus foliis inciſis liquor acerrimus, facileq; concreſcens effluit: verum ætate arboreſcere videtur.

Euphorbium Plinio.

Euphorbium, Matth. Cæſ. Lugd. euphorbiæ nominatæ plantæ liquor, Cord. hiſt.

Genera duo ſunt: unum Sarcocollæ modo pellucidum, flavũ, piſi magnitudine in guttas æquales denſatum, modicè cavernoſum: alterum in utriculis quibus excipitur, in maſſam denſatur, candicans, aut vitri colore: adulteratur Sarcocolla, aut gummi & tithymali liquoris admixtione. Eligendum eſt purũ, translucens, candidũ aut flavum & acre, quod levi linguæ contactu os accenſum diu detinet: quare etiam non ſine moleſtia tunditur, niſi naribus diligenter obturatis & munitis.

XII. Succus liquiritię: ex radicibus ſuccus exprimitur, & in paſtillos cõdẽſatur ex Cappadocia, Hiſpania, etiã Bamberga ubi frequẽs eſt, adfertur.

XIII. Succus Acaciæ: ex Acacia in Ægypto (ἐγχύλισμα) ſuccus exprimitur, qui in umbra ſiccatus, ex maturo quidem fructu niger, ex immatura ſubfulvus redditur: aliqui tamen è foliis una cum ipſo fructu exprimunt. Eligendus modicè fulvus & odoratus: hæc Dioſcorides l.1.c.133.

Acacia legitima, Matth. Lugd.

XIV. Acacia Germanica: ex prunis ſylveſtribus coctis ſuccus exprimitur, inſolatur & exſiccatur, & teſſulatim diviſus, Acaciæ veræ loco aſſervatur. (Lugd.

Succus è ſyl. prunis, Acaciæ ſuccedaneum, Matth.

Acacia Germanica, Dod.

De Manna.

I. Manna.

Δροσόμελι & ἀερόμελι, Galeno.

Melleus humor in Robore, Theophraſto.

Mel ex aëre, cui cœleſtis natura, Plinio.

Men, Siracoſt & Terniabin, Arabibus.

Thereniabin & Trungibin, Serapioni & Avicẽnę.

Manna purgatoria, Matth.

Droſomeli, Cord. hiſt.

Manna & mel roſcidum, Cæſ.

Manna, Perſis Xercaſt, ſive Xerkeſt, id eſt Lacarboreum, Linſcot.p.4.Ind.or.29.

Eſt autem Manna ſive Mel aëreum vapor terræ ſuccoſus & optimus, æſtatis calore elevatus & in aëre in dulcem liquorem excoctus, noctis frigore coactus, & roris modo ſupra arborũ & fruticum folia decidens.

II. Man-

II. Manna liquida.

Cedriũ mel Hippocrati, Ros Libani Grȩcis, Bell.

Terniabin Arabibus & Turcis, Eid.

Manna mellis inſtar liquida, Linſcot.

an Manna Germanica liquida flava, ceu Syrupus foliis inſidens, liquidum permanens, dum ab apibus auferatur, Cord. hiſt.

Hæc in monte Sinaï colligitur, & inſtar mellis in fictilibus Cairum venalis defertur.

III. Manna officinarum.

Manna noſtra laricea, Rauwolf.

Manna durior & concreta, quæ Mannæ nomine Cairi in officinis reperitur.

Hæc cõmuniter Calabrica nominatur, quia in Calabria circa Canis ortum ex Fraxino & Orno, ab incolis in uſum medicum colligitur: quæ duplex in officinis.

Granata, quod minoribus granulis conſtet,

Maſticina, quæ majoribus & maſtichi guttis propè æqualibus.

Vel Manna foliorum, quæ minutioribus micis conſtat, quia ex foliis colligatur: & Manna corporis, quia ex ramis arboris habetur, Cæſ.

Eligenda candida, recẽs, anno nõ vetuſtior: ruffa enim & fuſca, inveterata eſt: adulteratur ſaccharo penidio, herbarũ foliis circumvoluto: & quȩ Sennæ folia granis ſuis amplectitur, factitia eſt.

In Apẽnino quoq; aliquãdo in canicularibus promiſcuè in plurib. arboribus, ſed prȩcipuè in Quercu & Salice colligitur, nunc concreta ſimilis Calabrienſi, nunc liquidior melli ſimilis, Cæſalp.

IV. Manna Perſiana granis Coriandri.

Tranſchibil, mannæ ſpecies, quæ ex ſpinoſo frutice, quem Arabes Agul & Alhagi vocant, colligitur, forte Manna Iſraëlitarum, Rauwolf.

Mannæ genus aliud, Tiriam Jabyn, ſeu Trumgibyn dictum, quod ex floribus aliis quoq; & foliis legitur, magnitudine ſeminis cannabini, colore rubro: cujus in Ormo & Perſia, non verò India, uſus eſt, Linſc. par. 4. Ind. or.

Ex Syria longè candidior Italica adfertur duplex: Maſtichina, quȩ translucida Maſtiche ſimilis: Bõbycina, minimè translucida, candore Goſsipii, Matth. Cæſ.

V. Mannæ Calabrinæ ſimilis Perſica.

Mannæ tertium genus, cujus fragmenta foliis adhuc cohærentia advehuntur, Linſcot.

VI. Manna Armeniaca.

Manna fruſtis pugni magnitudine, fuſci coloris, fortè Manna Alhagiezi Avicennæ, Rauwolf.

Succi exotici.

I. Succus laxativus ex flavo rufeſcens.

Succus undecimus qui Ghitta iamau dicitur, Cluſ. ex. l. 4. c. 8.

Gutta Gamandra: gummi gotta: gutta gemau: gummi Peruanum aliis: aliis ſuccus Gambici, vel Grambici.

Cattagauma, vel gemu, Burgraf. in Achille.

Hic ex Sinarum regione adfertur: & aliqui Euphorbii ſuccum cenſent, ſed arbor tanta non eſt: aliis Rhamni ſolutivi: aliis Cataputiæ ſuccus: aliis ex Scãmonio & Tithymallo compoſitus, nõnulli compoſitum ex Chelidoniæ majoris ſucco, Scammonea & Croco ſuſpicantur: alii ex ſucco corticis mediani Frangulæ. Quid ſi fortè ſuccus è floribus Ricini Indici expreſſus, & exſiccatus, cujus in Hydropicorum ſeroſis humoribus ducendis inſignis uſus.

an Gummi ad podagrã ex novi orbis continente, quo iſthic podagrici ſe purgant, Monardi, Lugd.

II. Succus ſplendens Anethi odore.

Uſuc & Gyp ſuccꝰ 2. ex America, Cluſ. ex. l. 4. c. 7.

III. Succus Aſpalatho ſimilis Anethi odore.

Succus primus concretus à Gareto, Cluſ. ex. lib. 4. cap. 8.

IV. Succus colore albo, flavo & rufo mixtis Anethi odore.

Succus quintus à Gareto, Cluſ. l. c.

V. Succus cinericeus fœniculi odore.

Succus nonus, Cluſ. l. c.

VI. Succus aſpalatho ſimilis ater micis albis aſperſis odorus.

Succus tertius à Gareto, Cluſ. l. c.

VII. Succus aſpalatho ſimilis inodorus.

Succus ater à Gareto, Cluſ. l. c.

IIX. Succus atrorubeſcens inodorus.

Succus decimus, an Bixa Oviedi, Cluſ. l. c.

IX. Succus flavus albis granis cõmixtis, gravi odore.

Succus quartus à Gareto, Cluſ. l. c.

X. Succus viſco ſimilis colore vario.

Succus circa bacillum concretus, Cluſ. l. c.

XI. Succus maſtichinæ reſinæ [illegible] abſimilis.

Succus 6. à Gareto, Cluſ. l. c.

XII. Succus Succino non abſimilis.

Succus ſeptimus Anime ſimilis, Cluſ. l. c.

XIII. Succus Sanguini draconis affinis.

Succus duodecimus, Cluſ. l. c.

XIV. Succus camphoram redolens ex radice Canellæ vulneratæ, Garz.

Canellæ liquor è viridi cortice præſertim radicum inciſo, Acoſtæ.

DE GUMMI.

Gummi (κόμμι Græcis) lacryma eſt, in truncis arborum ipſum producentium coagulata & concreta, Galeno 7. ſimplic. cujus ſubſtantia magis aquea eſt, ut Reſina oleaginoſa: quare Gummi aqueis facilè, oleaginoſis difficilimè miſcetur: contrà Reſina, quæ etiam flammam facile concipit, cum Gummi in igne crepitet, etſi calidum ſtillando procedat, ubi tamen aërem contigerit, coagulatur & aquæ ſimile eſt, ut Ariſtotelis 2. de plantis, verbis utar: quare id prunis ardentibus injectum fragorem edit. Verùm, ut idem Ariſtot. quædam quomodo conchæ & lapides coagulantur, alia molliuſcula: quædam pellucida, aureo colore flaveſcētia, alia obſcura, pallidiora. Nunc ad ſpecialia.

I. Gummi Arabicum: à Serapione ſic dictum, quia ab Arabia regione Ægypto contermina importabatur.

Κόμμι ἐκ τῆς ἀκάνθης, Dioſc. l. 1. c. 133.

Commi ex ſpina Ægyptiaca, Theoph. 4. hiſt. 3.

Gummi ex Ægyptia ſpina, Plinio l. 13. c. 11.

Gummi Acanthinum, Celſo, l. 5. c. 1.

Gummi Thebaicum, Galeno, nonnullis Babylonicum, quod Gummi eſt à Græcis ſimpliciter ſic dictum, Matth.

Gūmi Acaciæ, diverſum ab Arabico vulgaris uſus.

Gummi Arabicum & Acaciæ gummi, Bellon.

Gūmi quod Arabicū cognominatur, Cord. hiſt.

Gummi Arabicum, Lugd.

Probatur Dioſcoridi vermiculatum, vitri modo pellucidum, ligni expers: proximum eſt candidum: at reſinoſum ac ſordidum inutile eſt.

II. Gummi tragacanthum: quod ex radice plantæ ſpinoſæ ejuſdē nominis vulneratæ effluit, Dioſcor. lib. 3. cap. 13. qui δάκρυον vocat, quamvis Theoph. 9. hiſt. 8. ſponte profluere afferat.

Τραγάκανθα Galen. 8. ſimpl.

Tragacantha lacryma, Matth. Lugd.

Dragagantum officinarum.

Gummi Tragacanthæ, Bellonio.

Tragacanthum, Cord. hiſt.

Probat Dioſcorides pellucens, læve, gracile, purum ac ſubdulce: Vel eligito candidiſsimum, purum, æqualiter translucens, & cujus minima portio, maximam aquæ copiam coagulet: & hoc non niſi pilis & piſtillo calidis lævigatur.

III. Sarcocolla.

Σαρκοκόλλα (δάκρυον) lacryma arboris in Perſide naſcentis thuri tenui ſimilis, ſubfulva, guſtu amariuſcula, quod κόμμεως admixtione adulteratur, Dioſc. l. 3. c. 99. Sic Galeno 8. ſimplic. lacryma arboris Perſicæ. Plinio l. 13. c. 10. fit & ex Sarcocolla, ita vocatur arbor, gummi utiliſsimum, ſimile pollini thuris, & ideo cādidum quàm ruffum melius: & l. 24. c. 14. ſunt qui Sarcocollam ſpinæ lacrymam putant, pollini thuris ſimilem, cum quadam acrimonia dulcem.

Sarcocolla, Matth. Lac. Cord. in Dioſ. & hiſt. Cæſ.

IV. Gummi Hederæ.

Κισσοῦ δάκρυον, Dioſcor. l. 2. c. 210. Galen. 7. ſimplic.

Lacryma hederæ, Plinio l. 24. c. 10.

E majore Hederæ trunco vulnerato, & interdum ſponte lacryma quædam, & gummeus ſuccus exit, ex flavo rubeſcens, odore gravis, ſapore acer.

V. Cancamum.

Κάγκαμον, lacryma eſt Arabicæ arboris (folia Myrti habentis, Amato) myrrham quadantenus referens, viroſi guſtus, quâ tanquam thymiamate, id eſt ſuffimento utuntur, Dioſcor. lib. 1. cap. 23. Et ut Plin. l. 12. c. 20. ex confinio Caſiæ, cinamiq; & Cancamum ac Tarum invehitur. Verum illud Anime, hoc Agallochum ſyl. Dalechampius in Plinium, credit.

Cancamum Dioſcoridis, Laccam dicunt Serapio, Ægineta, Matthiolus: at Braſſavolas, Garzias, Cluſius, res diverſas faciunt: aliqui non modò diverſum, ſed & incognitum putant: quidam Cancamum Dioſcoridis, Beniui eſſe volunt.

Anijmum, Amato.

Anime (quod ex Æthiopia Arabiæ finitima in Luſitaniam advehitur) Monard. Frag. & par. 9. Ind. occid. l. 4. c. 29.

Anime vulgo, quaſi Aminea Myrrha, Cæſ.

Anime triplex habetur: 1. fulveſcit & pellucidum eſt: 2. nigricat & taurino glutini ſive Colophoniæ ferè ſimile, vel Myrrhæ, quam & Minæam, à terra ubi præcipuè naſcitur, Dioſcorides appellat.

Aminea Serapioni, unde Luſitanis corruptè pro Minea vel Aminea, Anijmum & Hermolao Myrrha

Myrrha Aminea: 3. pallidum & retorridum, Cluſ. & Lugd.

Sic alia ex Hiſpania nova ſive America, quæ Monardi Orientalis: alia candidior orientali, de qua Garzias & Cancamum Græcorum eſſe vult: licet aliqui Succini ſpeciem ſuſpicentur.

VI. Lacca officinarum.

Lac legitimum nomen, ſic dicitur, quod hoc medicamentum, cum ejus uſus eſt, in Lac ſive mellis craſsitiem diſſolvatur: & ubi præſtantiſsimum naſcitur Trec nominatur.

Myrrhæ ſimilis Avicenna.

Chermes Arabum quorundam.

Formicarum alatarum ſtercus, Amato.

Formicę enim hanc Laccam elaborant, materiam ex arbore exſugentes (unde plerunq; formicarum alæ permiſtæ conſpiciuntur) & hos ramulos arbore avulſos in umbra ſiccant, Garzia monente. Fortè rectiùs dixerimus, lacrymarum & reliquorum Gummi modo, ſponte exudaſſe & concreviſſe. Verùm & in arbore Beniſerá reperitur.

Cancamum, officinarum Lacca, Matth. Cord. in Dioſc. & hiſt.

Lacca Arabum & officinarum, an Cancamum Dioſcoridis, Lob.

Lacca, Garz. Acoſtæ, Frag. Cluſ. Lugd. (qui Cancamum eſſe negat) Tab.

Gummi Laccæ, legitimum eſt Cancamum, Cæſ.

Lacca à Malaijs Cajulacca dicta, ex qua ceram Hiſpanicam conficiunt, Linſcot. par. 4. Ind. or. c. 24. & fig. 18.

Duplex habetur: ea quæ cum bacillis, vix enim ſine iis adfertur, quam Laccam Sumetri vocant, quia ex Sumetra inſula, id eſt Taprobana habetur: ut eam quæ in glebis ſine ſurculis affertur, Laccam Comberti nominant: & altera factitia, qua infectores utuntur, quæ & ſuas differentias habet.

VII. Sanguis draconis officinarum.

Αἷμα δρακόντιον, Dioſc. l. 5. c. 109.

Cinnabari ſeu ſanguis draconis, Cord. hiſt.

Sanguis draconis, Matth. Cadamuſto, Theveto, Monardi, Cæſ.

Sanguis draconis verum eſt Cinnabarum Dioſc. Caſt. Cæſ.

Eſt arboris exoticæ lacryma, nam ſtato anni tempore arbores ferro ſauciãtur, quæ anno ſequẽti gummi emittunt, quod coctum & defœcatum hoc gummi efficit: in Africa, in parva quadam inſula Atlantici Oceani propè Mederam: nunc laudatiſsima ex Carthagine Peruana adfertur. Arborem hanc primus Cluſius, arboris Draconis nomine exhibuit. At Acoſtæ, in India arbor Ber, ſive Malus Indica dicta, æſtate alatis formicis perpetuò onuſta conſpicitur, quæ in ejus ramis Laccam elaborant.

Cinnabarim Dioſcoridis, Solinus & alii cenſent, (at Cluſius ſubdubitat) fortè quia Dioſc. l. c. ſcribit, Cinnabarim altè & abundè coloratam eſſe, & eam ob cauſam quoſdam αἷμα δρακόντιον appellaſſe.

Duplex habetur, nativum & quoddam factitium, panibus coactum, ex rubrica & pice colophonia, quo potiſsimum veterinarii utuntur, Cæſ. Frag.

IIX. Aſa fœtida.

Aſam aliqui duplicem faciunt, aliam dulcem ſive odoratam, aliam fœtidam: hanc Altit Arabum: illam Belzoinum officinarum eſſe, & utrumque è Laſerpitio profluere volunt. Hic de Aſa fœtida, quæ gummi eſt Laſeris ſive Laſerpitii plantæ ferulaceæ, quæ σίλφιον Dioſcoridi l. 3. c. 94. dicitur, ex cujus radice atq; caulibus inciſis (ὀπὸς) liquor hic colligitur.

Altit, Avicennæ: Anjuden, Indis.

Aſſa, officinis, ſed rectius Aſa, quaſi Leſar, fortè voce ex Laſer corrupta.

Aſſa fœtida, laſerpitii ſpecies, Cord. hiſtor. Lugd.

Succus Lybicus, interdum Medicus & Syriacus, alias Cyrenaicus, à loco natali vocatur.

Duplex Theophr. 6. hiſt. 3. alter ex caule, quem καυλίαν Scaparium: alter ex radice, quem ῥιζίαν radicaceum vocabant: & Plinio lib. 19. cap. 3. duo ſunt nomina, Rhizias, atque Caulias vilior illo: & lib. 22. cap. 23. Silphium venit primo è Cyrenis: nunc ex Syria importatur, deterior Parthico, ſed Medico melior, extincto omni Cyrenaico, &c. In officinis ſæpe duplex: una pura & translucens: altera impura & turbida, cui Sagapenum (quo adulterari Dioſc. ſcribit) cujus odorem refert, permiſcetur, unde Germani Diaboli ſtercus nominant: utraque tamen gravis odoris eſt. Cujus ſi uſus eſſe debeat ad medicamenta liquida, aqua aut aceto, aut vino injectum ſupra prunas reſolvenda, & quod in fundo manet rejiciendum: vel per colum cui adhærebit, tranſmittendum.

IX. Gummi ex Molle fœniculi odore.

Gummi album ex cortice arboris Molle, Lugd.

an Succus octavus, Cluſ. ex l. 4.

X. Gummi caryophyllorum, ſimilis facultatis cum reſina Terebinthina, Garz. Frag.

Gummi ex atro ruſeſcens, inter Caryophylla interdum reperitur, Cluſ. in Garz.

XI. Camphora officinarum.

Capur & Cafur Arabum, Garz.

Camphora ex genere bituminis, Cæſ.

Caphura, Matth. Caſtor. (qui arborem adpingit) Lugd.

Camphora, vulgo Alcanfor, Frag.

Eſt gummi-reſina pellucida, candida, ex rimis arboris peregrinæ, juglandi nuci ſimili, foliis ſalignæ ſimilibus, Garziæ: Dioſcoridi & Græcis veteribus incognita: è recentioribus Aëtio & Sethi cognita.

Inſula Borneo, arboribus camphoriferis refertiſſima eſt, nec precioſior in Oriente camphura habetur, Linſcot. par. 2. Ind. or. c. 24.

Differentiæ duæ: 1. Caphura de Burneo, quæ rarò adfertur, & omnium nobiliſsima: (par. 9. Ind. occid. additam) altera ex Sina in Europam adfertur, Garz. Acoſtæ, in panes orbiculares coacta: Et Arabes genera quatuor conſtituunt, in caput, pectus, crura & pedes dividentes, Garziâ & Fragoſo monentibus: hicque alteram dicit Chyneam, à Chyna unde advehi ſoleat: vel Chnichen, Linſc. par. 4. Ind. or. c. 36. Sic alia rudis eſt, alia elaborata: rudis eſt ignem non experta: elaborata, quæ ſolis aut ignis calore excocta atque purgata, album colorem contraxit, Matth.

Eligenda inſtar cryſtalli ſplẽdens, ſyncera, odora.

XII. Chonidetros gummi quoddam Succino crudo perſimile, quod Caphuræ quæ ex Burneo adfertur, ſæpe permiſcetur, Lugd.

Gummi Chamderros vocatum, Garz. Frag.

XIII. Gummi Juniperi.

Gummi Juniperinum, Plinio l. 13. c. 11.

Sandarax Serapioni, Cord. hiſt. reſina majoris juniperi arida, dura, flava, Maſtichi ſimilis.

Vernix Latinis & Vernilago, ab anni tempeſtate, quaſi Veris ros.

Gummi Juniperi, Sandaracha & ſiccus Vernix, Matth. Juniperi lacryma, Vernix, Lugd.

Gummi eſt reſinoſum ex Junipero; ſed ne quis vocum affinitate deceptus, Sandaracham Græcorum, quæ metallicum eſt, & Auripigmento cognatum, & exitioſum venenum, ſubſtituat.

Ab hoc differt Vernix liquidus, qui ex prædicto eoq; ſyncero & oleo ex ſemine lini expreſſo fit, quo ad picturas & tabulata illuſtranda utuntur. Sandaracha verò Ariſtotelis σανδαράκη 9. hiſt. 40. & Plinii l. 11. c. 7. eſt apum dum operantur cibus, qui ſæpe invenitur in favorũ inanitatibus ſepoſitus, amari ſaporis vel ceruginoſi mellis genus.

XIV. Gummi Ceraſorum, Matth.

XV. Gummi Ulmi, vide in notis noſtris in Matth.

DE RESINIS.

Reſina ῥητίνη lacryma ſeu liquor eſt pinguis ac oleaginoſus, ex arbore ſæpius ſponte, interdum eâ vulneratâ defluens: qui ſponte defluit αὐτόῤῥυτος & προτόῤῥυτος dicitur. Eſt autem ratione conſiſtentia duplex: liquida quæ Græcis ὑγρὰ, h.e. humida ſeu fluxilis, ut Terebinthina: altera durior & ſiccior, quam φρυκτὴν, id eſt frictam ſeu toſtam nominant, ut Colophonia recentiorum.

Reſina humida.

I. Terebinthina vera.

Τερμινθίνη, Dioſcoridi.

Gluten Albotin, Avicennæ.

Terebinthina vera ex Cypro adfertur, Lugd.

Terebinthina reſina, Matth. Cord. hiſt.

Eſt liquor pinguis ex Terebinthi trunco & ramis defluens, quæ omnes reſinas antecellit, Dioſcoridis l. 1. c. 91. teſtimonio: quæ pro ratione loci magis commendatur, ut prima ſit Chia, dein Lybica, tum Pontica: tandem Cypria, Syriaca, Judaica, Arabica. Hæc liquida deſtillat, dein paulatim arteſcit & ſæpe cum Thure adfertur, & in templis cum eo ſuffimigatur, & ineptè Incenſum, ipſum verò Thus, Olibanum appellant.

Probatur alba, pellucida & vitreo colore & in cæruleum vergente odorata & acris.

Et ut Dioſc. l. 1. c. 91. & 92. reſinas omnes antecellit Terebinthina, proxima huic lentiſcina: dein pinea & abiegna: poſt hæc pitea & ſtrobylina. Verùm Terebinthina Veneta, ex novellis Abietibus colligitur.

II. Reſina laricea.

Λάρικα & ῥητίνη λαρικίνη Dioſcoridi.

Reſina larigna, Matth. Cord. hiſt.

Terebinthina officinarum Germaniæ.

Hæc

Hæc ut Galenus 2. compoſ.med.ſecundum genera, 4. ſcribit, pro prima ſæpe venditur (etiam nunc, non ſolum illius locum, ſed etiam cognomentum ſibi vendicat, Matth. & Lugd. quoq; monentibus) quæ illa humidior & acrior eſt.

Optima quæ puriſsima, odoratiſsima, aliquantum translucida, & quæ ab intincto digito contumaciter & æqualiter diffluit.

III. Reſina lentiſcina ſive Maſtiche: & Matt. Gluten Romanum Arabibus. (Lugd. Maſticha ſive Maſtiche, hodie Maſtix, Cord. hiſt.

Ῥητίνη σχινίνη Dioſcor. l. 1. c. 90. (reſina lentiſcina Plinio) cui & μαστίχη ex lentiſco effluit, & inter Gummi-reſinas reponenda videtur. Et cap 92. Terebinthinæ proportione reſpondere ſcribit. Galenus verò 3. comp. med. ſ. gen. 6. Terebinthinæ præfert. Idem 2. ad Glaucon. Ægyptiæ maſticis meminit: nunc ſolos lentiſcos in Chia, non autem in Gallia nec Italia (vel ſaltem exigua) licet ſimiles ſint, maſtichen proferre, Bellonius aſſerit.

Maſtiche etiam in Braſiliæ dumetis naſcitur, Lerio, Ind. occid. par. 3. c. 12.

Probatur candida, ſplendens, odorata, & friabilis: quæ in Chio nata: deterior vireſcens & nigra bitumini ſimilis Ægyptia, aut Pontica. Hæc thure & reſina miſta adulteratur.

Duplex eſt, propriè & impropriè dicta: propriè quæ ex lentiſco effluit: quæ vel alba, vel viridis Dioſc. vel ut Galenus, alia alba quæ Chia: alia nigra, Ægyptia: habetur & Cretenſis, quæ flava: eſt & amara. Impropriè dicta eſt ea quæ ex ſpinoſa planta emanat, Theoph. 6. hiſt. 4. vel ut Plinius, ex humili ſpina quæ Chamæleon eſt Dioſcoridis: hæc eſt Acanthice maſtiche Theoph. Gaza ſpinalem vertit.

IV. Thus ſive Olibanum officinarum.

Λίβανος Dioſc. l. 1. cap. 81. ſic dictum quibuſdam, quod è monte Libano deferatur: vel potius à λίβω ſtillo: Thus verò, à θύω ſacrifico.

Thus, Matth. Cord. hiſt. Cæſ. Lugd.

Lovan Arabibus, Condor Avicennæ } Garziæ & Linſc. par. 4. Ind. or. cap. 28.

Liquor eſt arboris Thuriferæ, quæ in Arabia thurifera cognominata, provenit Dioſc.

Primas tenet maſculum σταγονίας, natura rotundum, candidum: at Indicum ſubfulvum, & arte rotundum factum, quod κοπίσκον vocant, minus eſt & fulvius. II. ὀροβίας ἀεῤῥίας orobium, quod in Amelo naſcitur, quod κοπίσκον vocant; minus eſt & fulvius. III. ἀμωμίτης cognominatum, quod candidum & dum mollitur, maſtiches more digitos cedit, Dioſ. l. c. Ex his colligitur veteres aliud Arabicũ, aliud Indicum feciſſe, cum tamen in India non naſci Garzias affirmet.

Et nunc plures ſpecies habentur, etiam Cordo in ſua hiſtoria monente, colore & magnitudine granorum tantum differentes: 1. eſt Indicum dictũ, quod maximis & inæqualibus glebis conſtat, lividum nigricansq;, candicantibus aut flavis maculis varium. 2. mammoſum, oblongis grumis mãmarum forma compoſitum. 3. maſculum, parvis, rotundis, candicantibus aut flavis grumis, interdũ ſingulis, interdum geminis velut teſticulis conſtans. 4. Orobæum, minimis grumulis, ervo æqualibus, odore maſculo ſimile.

At hujus pollen & farina ex crebra in ſaccis concuſſione, Manna dicitur: nonnunquam & cortex adhærens adfertur.

At Theveto aliud candicans, nitidum, quod æſtate: aliud rubeſcens & vilius, quod vere colligitur: Et ut Garzias, Frag. & Lugd. quæ ex montanis fluit, laudatiſsima Melax, nobis maſcula dicitur: quæ ex iis quæ in planis, nigrum improbum, & cum aliarum arborum reſinis permixtum, qua naves, ut nos pice oblinunt.

V. Reſina Cupreſſi.

Κυπαρισσίνη ῥητίνη, è cupreſſo etiam reſina liquida fluit, Dioſc. l. 1. c. 92. Matth. Lugd.

VI. Reſina Cedri ſive Cedria.

Κεδρία Dioſc. l. 1. c. 105.

Cedrus dat picẽ quæ Cedria vocat. Plin. l. 24. c. 5.

Cedria ſive Reſina ex Cedro, Matth. Lugd.

VII. Myrrha.

Σμύρνα Dioſc. Theoph. Gal. 8. ſimpl.

Bola Indis, Garziæ & Linſcot. p. 4. Ind. or. c. 28.

Myrrha, Matth. Cord. in Dioſc. qui in hiſt. quinq; dicit genera, & ſextum adulterinum.

Myrrha, Theveto, Garz. Frag. Cæſ. Lugd.

Myrrha & Opocalpaſum, lacryma eſt ex unius arboris trunco manans, Guil. the.

Myrrha ſuo ſurculo ſpinoſo hærens, Ad. Lugd.

Lacryma eſt (ſive gummeus ſuccus concretus) arboris naſcentis in Arabia, Ægyptiacæ ſpinæ ſimilis quâ inciſâ in ſubſtratas tegetes deſtillat, pars verò circa caudicem concreſcit, Dioſ. l. 1. c. 77. quę & Theoph. 9. hiſt. 4. habet & ſcribit, Arborem eſſe minorem Thuris arbore & fruticoſiorem, cau-

dice duro, contorto, corticæ lævi: aliis, Thuris folium laurinum & læve: Myrrhæ aculeatum non læve, Ulmeo ſimile, criſpum extremo ſpina horridulum, Iligneι modo, &c. Alii, terebintho: Diodorus, lentiſco æquat.

Myrrhæ arborem ſpinoſam, foliis Acaciæ, ſe vidiſſe teſtatur Bellonius.

Differentiæ: alia πεδιάσιμος. id eſt, campeſtris, quâ expreſſâ στακτὴ excipitur: Nam Stacte (quæ quibuſdam Styrax liquida) ut habetur apud Dioscor.l.1.c.73. pinguitudo eſt recentis myrrhæ cum aqua pauca contuſæ & organo expreſſæ, & ex qua unguentum factum.

Stacte nominatur: & Cord.hiſt. Stacte liquor ex Myrrha. Aliis tamen Stacte ſtillatitius ros eſt, qui ante corticem ferro ſolutum, ſponte & ſine plaga, ſed veluti cutis poris hiantibus, quaſi ſaliva quædam exudat. Alia γαβιρέα: primas tenet τρωγλοδυτικὴ, à loco natali denominata, quę ſubviridis, pellucida ac mordax: 2. tenuis, bdellii modo lẽteſcẽs: 3. καυκαλὶς, nigra, & retorrida: 4. demum ἐργασίμη dicta, quæ aſpectu gummi refert. Improbatur etiam quæ ἀμιναία nominatur: adulteratur gummi, Dioſc.l.c. Hanc eſſe Anijmum nigram Luſitanorum, Amatus vult. Ex Arabia & regione Alexim, quę Æthiopia eſt, adfertur, Garzia authore.

Myrrha animinea, Dioſcoridi.

Anime occidentale, Hermolao, Lugd.

Anijmum nigrum Luſitanorum, Amato.

Adverſariorum authores fulvam, albeſcentem & viridem ſe vidiſſe teſtantur.

Eligenda friabilis, levis, undiquaque concolor, quæ confracta intrinſecus lineas candidas intercurrentes habet, unguium ſpeciem præ ſe ferentes ac læves, quæ minutis glebis, amara, odorata, & acris: at ponderoſa & quæ picei coloris, inutilis eſt.

Myrrhæ Bœoticæ etiam Dioſc.l.1.c.78. & Galenus meminêre, quæ ex arbore quadam in Bœotia naſcente, è radice inciſa ſtillat.

IIX. Styrax (ſive Storax officinarum) quia ſtriatim ex arbore extillat.

Στύραξ lacryma eſt arboris malo cotoneo ſimilis, Dioſc.l.1.c.79. & Plin.l.12.c.25. ſive ſuccus eſt gummeus reſinoſusq; Syriacæ cujuſdam arboris cõcretus, nullus enim liquidus & fluxilis eſt, nam lacryma quæ extillat, mox in glebam denſam, pinguem & reſinoſam, aliquot granis albicantẽ, ſuaviſsimè fragrantem, concreſcit.

Seplaſiæ, Arabes ſecutæ, in liquidum & ſiccum diſtinguunt: liquidus eſt Myrrha Stacte: ſiccus Storax calamita officinarum.

Styrax, Matth. Cord.hiſt. Lugd.

De hac Plinius l.1. c.25. lacrymæ ex auſtero jucundiores, intus ſimilitudo harũdinis, ſucco prægnans: huc circa canis ortum advolant pennati vermiculi erodentes: ob id in ſcobe ſordeſcit.

Dicitur calamita, quod in calamis è Pamphilia ferebatur: nam & cætera odorata olim arundinibus recondebantur, ne expirarent & vires amitterent, quod & de Dictamno Cretico Theophr.9. hiſt.16. ſcriptum reliquit. Dioſcoridi eſt καλαμίτης, ποσιδιακὸς ἢ κιλικία: addit: inveniri & lacrymam gummi ſimilem, translucidam, myrrhæ æmulam, quæ perpauca. Et Plin.l.12. c.17. ex Syria (& albi: ex Cypro, Sydone, & Piſydia) revehunt Styracem, acri odore, ejus vi foris abigentes ſuorum faſtidium.

Præfertur flavus ac pinguis (ruffus & pinguiter lentus: deterior furfuroſus, & cano ſitu obductus) reſinoſus, albicantibus grumis, qui dum mollitur melleam humiditatem & odore perſeverantem, ex ſe remittit.

Adulteratur arboris ſcobe, quæ vermiculorum eroſione facta fuerit, & hunc Styracem ideo σκωληκίτην quaſi vermiculatum cognominant, quod imperiti tanquam ſyncerum admittunt, Dioſcor. At Plinio, cedri reſinâ, vel gummi, alias melle, aut amygdalis amaris adulteratur.

Ex Styrace aſſato fuligo quoq; colligitur: & in Syria unguentum Styracinum conficitur, Dioſc.

Styrax liquidus: & Cord.hiſt. Lugd.

Alii ex Styrace calamita, laricea reſina, oleo & vino ſimul coctis conficiunt, & quod poſt menſes aliquot tenuiſsimum & liquidum, Oleum Styracinum vocant ex decoctione quorundam ſurculorum in aqua fit: licet aliqui Styracem liquidam, è peculiari arbore à Styrace diſcrepante, manare velint: & ſic Styracis liquidæ duæ ſpecies erunt. At Cæſalpino, qui ad nos adfertur, lariceæ reſinæ eſt cõſiſtentię, cineraceus, odore altero vehemẽtiore.

Storax rubra officinarum, eſt cortex de quo inter arbores.

IX. Liquidambar, Monard. Mexican. hiſt. Cæſ. Lugd. & par.9. Ind.occid.l.4.c.29. reſina eſt liquida quę ex India occidentali affertur: nam inciſa arbore vaſtæ magnitudinis, quam Americi Ocoſolt vocant, foliis hederæ cortice craſſo, cinereo

L. styraciflua . L. 1418

nereo, quo inciſo aut excavato effluit, ut ex Monardi & hiſt. Mexiocanæ authore, Lugdunenſis refert: ex hac recenti, oleum odoratius per ſe ſtillare ajunt: exprimi quoq; ut majorem quantitatem habeant, ſed minus perfectum, quo chirothecas inficiunt: & cum Styracis odore ſit ad Styracis genera referri poſſe, Cæſalpinus monet.

X. Bdellium.

Βδέλλιον nonnullis μάδελκον, alii bolchum appellant, lacryma eſt arboris Sarracenicæ, Dioſcor. l. 1. c. 80. & Plinio l. 12. c. 9. vicina eſt Bactriana in qua Bdellium nominatiſſ. arbor nigra eſt, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, naturaq;. Aliis, ex arbore valde ſimili ei quæ Myrrham profert.

Duplex eſt: alterum quod probatur amarum, translucidum, taurino glutini ſimile, intus pingue & facilè molleſcens, lignorum & ſordium expers. Alterum ſordidum ac nigrum, grandioribus glebis in offas convolutum, quod ex India adfertur, quod Adrobalon nuncupatur & omnium peſſimum eſt.

Defertur & jam à Petra, ſiccum, reſinoſum, ſublividum. Dioſc. qui Sarracenicum, quod è Saraca felicis Arabiæ civitate devehitur, laudat; Galenus verò, Scythicum; Plinius, Bactrianum. Laudatur etiam quod in Media naſcitur, Parthicum nominatum. Adulteratur gummi admixto Dioſc. Sunt qui Anime, legitimum Bdellium eſſe putent, Cl. in Garz. monente.

Bdellium, Matth. Lac. Cord. hiſt. (qui ſex ſpecies facit) Cæſ. Frag. Lugd.

Bdellii fructum Cortuſi, Cluſius ad notas in Garz. pingit: Lugd. vide inter Palmas.

XI. Belzoinum officinarum.

Benzoinum, Laſerpitium non eſt, Matth.

Benzoum, benzoi & Aſa dulcis, Cord. hiſt.

Ben Judæum, Ruellio: forte nominum vicinitate lapſus, Ben jaoy id eſt filium de Jaoa, ubi plurimum naſcitur nominare debuit, Garzias.

Benivi, quod neq; Græcis, neq; Arabibus, neque Judæis cognitum, Garz.

Belzoe vel Belzoim, vel Belzuinum vulgo, Lugd.

Belzoi vulgo, lacryma ex Oriente, Cæſ. qui Myrrham ſuſpicatur.

Benevinum, Linſcot. par. 4. Ind. or. c. 27.

Eſt Benivifera arbor vaſta, foliis citri aliquantum minoribus, parte averſa candicantibus, ex cujus ramis vulneratis gummi effluit, Garz. Cujus plura genera, præfertur Amygdaloides (hanc Myrrham Troglodyticam Dioſcoridis, Amatus cenſet) quod ungues ſeu maculas candidas amygdalarum inſtar admiſtas habet, & in Seylan provenit: aliud genus nigrius in Samatia & Jaoa, quod vilius: 3. quoq; nigrum eſt, è novellis arboribus profluens, quod priore odoratius, & ab odore grato Benivi de Bonias, quaſi de floribus, vocant, Garz. Linſcot. par. 4. Ind. or. c. 27. Quare aliud album, aliud nigrum eſt, Eidem par. 2. Ind. or. c. 22. commiſceri tamen ſolent, ut unâ commodius vendantur.

XII. Copal, Monardi, Cæſ. Lugd. & par. 9. Ind. occid. l. 4. c. 29.

Copal aut Pancopal, Frag.

Reſina candida, diacitro valde tranſparenti haud diſsimilis, odorata, quæ ex Hiſpania nova adfertur.

Genera duo facit Gomara in hiſt. Mexiocana: alterum rugoſum, molle, thuriſimile Xolochcopalli vocatum: alterũ præſtantius Copal cahuiel, quod pleriq; Myrrham exiſtimarunt, Cluſ. notis in Monard Lugd.

Copal & Suchi copal, altera Styracis & thuris genera: par. 9. Ind. occid.

XIII. Reſina abiegna Indica, Monard. Lugdunenſ.

Ex arboribus ſpuriis, quæ neque pinus, neq; cupreſsi dici poſſunt, in quorum cacumine veſiculæ, quibus confractis, liquor guttatim ſtillat, quo ut Balſamo utuntur: ex novi Orbis continente adfertur.

XIV. Reſina è Pinu & Picea liquida quoq; manat, quæ ex Gallia & Hetruria convehitur: deinè Colophone aſportabatur, hinc κολοφωνία appellata, Dioſc. l. 1. c. 92. Sic etiam aliquando ex Populo profluit.

XV. Reſina Carthaginenſis, quæ à Carthagine novi orbis provincia mittitur, puriſsima, odorata, Terebinthinâ Venetâ multò præſtantior, Monard. Lugd.

XVI. Reſina Ambræ facie, Cluſ. ex. l. 4. cap. 6.*

XVII. Tacamahaca, reſinæ genus ex nova Hiſpania, odore gravi Galbani, Monard. Frag. Lugdun. & par. 9. Ind. occid. l. 4. c. 29. vide ſupra in Populo.

XIIX. Caranna, Monardi, Frag. & par. 9. Ind. occident. l. 4. c. 29.

Caragna,

Caragna, Lugd.

Reſina pinguis oleaginoſa ex cōtinētis parte interiore, colore & odore; ſed graviore Tacamahaca.

Duplex eſt: nam præter illā, alia purior ex Carthagine cryſtalli modo limpida adfertur, quę Caranna purior, Monard. Lugd.

XIX. Gummi Elemi officinarum.

Impropriè Gummi dicitur, cùm Reſina ſit, ut quæ flammam facile concipiat, & oleaginoſis diluatur: Dioſcoride monente, Scāmonio utrunq; ſimile eſt, ſed magis flaveſcens, aut potius ſubruffa, minutis ſtillicidiis mammoſa, nec linguam vellicans.

Reſina Elemi, aliquibus Gummi elemî, Cedri lacryma videtur, Cord. hiſt.

Gummi elemi officinarum, ſeu Oleæ Æthiopicæ lacryma, quæ in glebas concreta adfertur, quæ guſtu iners, nec palatum ferit, Lugd.

Gummi elemi Æthiopicæ oleæ lacryma non eſt, Matth.

Similem ferè lacrymam, ſed pauciorem, Oleæ & oleaſtri fundunt.

Reſina ſicca.

I. Colophonia officinarum.

Pix eſt quæ præ cæteris φρυκτὴ & aliquando συγκομιστὴ quaſi confuſa, nominatur, quod ex multis ſimul congeſtis in maſſam induruerit, quæ igne liquata & repurgata durior & ſiccior evadit.

Hæc duplex eſt, alia veterum, Dioſcor. l. 1. c. 92. κολοφωνία, quod ex Colophone olim advehebatur, & reſina erat liquida, quam Cordus ejuſdem arboris cenſet, à qua Elemnia reſina profluit, Cedrus videlicet. Altera verò eſt recentiorum.

Colophonia Hiſpanica & Græca, Matth. Lugd.

Colophonia pix arida, quibuſdam Pix Græca, Cord. hiſt.

II. Reſina ſicca, Græcis ξηρὰ dicta, quæ abſq; ignis ope cito concreſcit, φύημα πιτύινον, quaſi germinatio piceæ, Galeno nuncupatur: hæc reſina eſt confuſa ex Abietina, Strobylina, & Pityina. Nam ut Dioſc. l. c. ex ſiccis reſinis alia eſt ſtrobilina, alia Abiegna, alia Pinea & Picea.

III. Strobilina στροβιλίνη Dioſc. l. c. Gal. quam alii ex Pinu, alii ex Picea, alii ex Pineis nucibus, quas Strobilos vocant, profluere dicunt.

IV. Abietina ἐλατίνη Dioſc. à quibuſdam malè Colophonia dicta, quæ diu liquida permanet.

Lapides quoq; reſinacei in India occid. circa portum Tierra de Brea, tanta copia habentur, ut omnes totius mundi naves iſtis implere poſſis: hæc admodum bona pro navibus, nec ardore Solis liqueſcit, par. 8. Ind. occid.

DE PICE.

Pix liquor eſt pinguis & reſinoſus, ex accenſa tæda profluens. Tæda autem, etſi de arbore quoq; dicatur, hic tamen pini arboris morbus intelligitur, ubi ea per ſenectutem nimiam pinguedine veluti ſtrangulata eſt, quâ Tedâ accenſâ, Pix πίσσα effluit: hæc coctione purgata craſſeſcit, ſiccior durior q; reddita, ξηρὰ πίσσα ſicca pix, & παλίμπισσα Dioſc. l. c. quaſi iterata & ſecundo cocta pix dicitur: & Matth. Lugd.

Ex tæda, picem nigram & Cedriam confici, Bellonius ſcribit.

Zopiſſa verò & Apochyma, nominatur pix à navibus maritimis deraſa, Dioſc. l. c.

Pix navalis, ab illa ſecundum aliquos diſtinguitur, eam ſignificantes, quæ picandis navibus apta, & non ab iis abraſa eſt.

Differt autē Pix à Reſina, quod hęc ſponte effluxerit, illa verò ignis beneficio educta, & eſt veluti Reſina cocta: & ea quæ primo extillat, Pix liquida officinis, Piſſelæon Dioſcoridi, Cedria Plinio dicitur.

Pix ſive Bitumen, reſinàve in Siruan non procul à Moluccis, quod ex Samatra advehitur, qua picandis navibus utuntur, aliqui falsò Anime eſſe credunt, Garz. cap. de Lacca.

Sic Americani, ex arbore Oxyacanthæ ſimili, igne reſinam eliciunt, qua picis loco utuntur.

ABIES.

Abies, Græcis ἐλάτη Theophraſto 1. hiſt. 7. procera eſt & longo caudice, cui cortex tunicis multiplex: 1. hiſt. 9. una tantùm radice eaq; nervoſa conſtat: 1. hiſt. 16. folia habet rara, eadem multifida & quaſi ſerrata: 1. hiſtor. 6. flos Cocci colore &c. Plinius l. 16. c. 10. Abies è cunctis ampliſſima eſt, materies præcipua trabibus, nec Abieti forma alia quam Picea.

Genera

Genera Theoph.3.hiſt.10. eſt quædam mas, quædam fœmina: mari folia acutiora, magis pungentia ac magis flexa, quare aſpectu criſpior tota arbor videtur. Materia candidior in fœmina, mollior operiq; facilior & toto caudice procerior eſt: mari magis varia, latior, durior, medulla plenior & aſpectu minus pulchra: conus maris, paucos nucleos habet in priore tantum parte: fœmina conos nullos omnino, ut Macedones dixerunt. Plinio l.c. fœmina prolixior, materie mollior utiliorq;: arbor rotundior, folio pinnata, denſa ut imbres non tranſmittat, atque hilarior in totum: & l.16. c.24. folia inſecta pectinum modo, pungentia. Verùm Theoph.4.hiſt.7. marinam habet, quæ ſupra lapides patellarum modo adhæret, &c. Sic in inſula Virginia Abietes magnæ & prælta ad malos navium reperiuntur.

I. Abies conis ſurſum ſpectantibus ſive mas.
Abies, Dod.gal.Lac.
Abies legitima vel mas, Bellon.con.
Abies altera, Dod.
Abietes Pilati, du Choul, Lugd.

II. Abies alba ſive fœmina.
Abies, Brunf.Trag.Matth. Cord.in Dioſc. Geſn. hort.Ad.Lob.Thal.Caſt. Lugd.Tab.Ger.
Abies fœmina, Ang.
Picea, Dod. ut:
Abies Plinii & fœmina Theophraſti, Cluſ. pan. & hiſt.

In hac Viſcum, quod Stelin Plinius l.16.c.44. ex Theophr. 2. cauſ.23. appellat, albis baccis præditum, Cluſius obſervavit.

Inter cortices abietum novellarum, quæ tuberculis ſcatent, liquor præſtantiſsimus, ſed paucus, continetur, ita ut unumquodque tuberculum ſæpè aliquot duntaxat guttas contineat, qui Italis lacryma dicitur: fortè apud Galenum 3. comp. medic. ſecundum genera, liquida Piceæ reſina, quam Terebinthinæ loco inſtitores vendebant: & hæc Abiegna lacryma ſive reſina liquida, in quibuſdam Italiæ locis, Oleum Abiegnum nominatur: officinæ Terebinthinam Venetam vocant. Verùm ex gemmis quoque, more Populi, lacrymam fundit. Sic ex Abiete, veluti ex Pinu ac Picea reſina etiam ſicca & candida colligitur, quæ thus ementitur, ac pro eo à vulgo uſurpatur.

TAXUS.

TAXUS etiamſi reſinam non fundat, inter reſiniferas tamen, propter ſimilitudinem quam cum foliis habet, relata eſt, quæ μίλος Theophraſto: σμίλος Nicandro: Dioſcoridi l.4.c.80. σμῖλαξ, quibuſdam θύμαλον, Romanis ἴξος arbor eſt ſimilis Abieti & foliis & magnitudine. At Theoph.3. hiſt.6. perpetuo viret ex ſylveſtribus: 3.hiſt.10. unius generis eſt, procera, auctu facilis, ſimilisq; Abieti, ſed non tam alta & alis magis ſinuata: folio quoque Abieti ſimilis, ſed pinguiore & molliore: quæ in Arcadia creſcit, ligno nigro aut puniceo conſtat: quæ autem in Ida, flavo & Cedro ſimili, quare aliqui emptores decipiunt, pro Cedro vendentes &c. in Macedonia fructum abundè profert rotundum, faba paulo majorem, rubrum, tactu mollem, &c. ſi ab aliquibus hominibus manditur, ſuavis eſt & innoxius. At Matthiolus apud Tridentinos perniciosum ſcribit: contrà Pena, ejus baccas à pueris in Anglia innoxiè eſitari, refert. Plinio l.16.c.10. Similis his (ſcilicet Abieti & Piceæ) etiamnum aſpectu eſt Taxus, minus virens graciliſq; & triſtis ac dira, nullo ſucco, ex omnibus ſola baccifera: mas noxio fructu: lethale, quippe baccis in Hiſpania præterea venenum ineſt, &c. Sunt qui & Taxica hinc appellata dicant venena, quæ nunc Toxica dicimus, quibus ſagittæ tinguntur.

Taxus, Matth.Ang.Dod.ut:Geſ.hor.Lac.Tur. Lon.Ad.Lob:Cæſ.Lugd.Cam.Thal.Portæ.
Milax arbor, Cord.in Dioſ.
Smilax arbor, Caſt.

DRACO ARBOR.

I. Draco arbor, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Caſt. Lugd.
Arbor Gadenſis Poſidonii forte apud Strabonē.
Draco, Tab.
Arbuſcula Dragonalis, Frag.

Fructum ferre Ceraſi magnitudine, Cadamuſtus, Thevetus & Cluſius, & ex hoc, alii ſcribunt: & Dragonal nomine fructum miſſum, Cluſius in notis ad Monardem refert. Verùm Monardes ſcribit, ſi à fructu, pellis qua integitur auferatur, Dracunculi effigiem apparere (ut apud Monardem, Lugd. pingitur) a quo fructu procul dubio arbor denominata ſit: Vide Fragoſum. Hujus lacryma Sanguis draconis dicitur.

II. Prægrande folium, Ad.Lob.ico.
an Algæ ſimilis grande folium, Cæſ.

S S

Folium arboris Draconis ex Indiis delatum, Lugdun.
Folium palmæ filamentis & textura, Tab.

III. Draconi arbori affinis Americana.

Yucca draconis. L. ...

Tacori in Kayua & Wiapack naſcentia folia, Cluſ. ex l. 2. c. 21.

Incolæ ex foliis maceratis & in tenuia ſtamina deductis, funes conficiunt.

PALMA.

Arbor quæ φοῖνιξ Græcis, Latinis Palma dicitur, fructus verò δάκτυλοι καὶ φοινίκες, Græcis: Latinis Palmulæ & Dactyli: Arabibus, Tamar: at ut Dioſcorides l. 1. c. 148. φοῖνιξ in Aegypto gignitur: (at in tota India non reperiri, Guiland. de pap. ſcribit) ex ea verò fructus in medio Autumni vigore colligitur, Arabiæ Myrobalano ſimilis ac πάτημα dicitur, viridi colore, referens mali cydonii odorem: ſi verò integrè maturuerit, φοινικοβάλανος fiet. Et in fine ſeq. cap. poſtquam de Palmis Thebaicis egit, Aegyptiacos nucleos, ἐκ τῶν χαμαιζήλων φοινίκων, id eſt ex humilibus decerpi ſcribit. Idem cap. 150. involucrum fructus palmarum adhuc florentium, etiam Palmam ἐλάτην ἢ σπάθην (Palmitem Plinius) nominat: & fructus qui ſub ea continentur, ſimiliter elaten, quæ à nonnullis βόρασσος appellatur. Sic quod in trunci ſuperna parte includitur, ἐγκέφαλον Theophraſto, Galeno (cui etiam κορυφὴ vertex, 2. aliment.) & aliis Græcis dicitur: at Dioſcor. ἐγκάρδιον τοῦ φοίνικος, medulla trunci impropriè dicitur. Sanè Palmæ vitalis vis in vertice, ea contra pondus reſurgit, & in ea uterque ſexus maximè elucet, in cujus quoq; foliis ſcriptitatum, ut Guiland. de pap. expoſuit. Plinius l. 13. & medullam & cerebrum vocavit: Serapio verò Ceſilionem.

Ex Theophraſto ſeqq. ſufficiant (quæ pleraque & Plinius l. c.) Palma cortice ſcabro conſtat, 1. hiſt. 8. medullam omnino nullam habere videtur, 1. hiſt. 9. quæ ad longitudinem tantum apta augeri, 1. hiſt. 14. folia arundinacea habet, 1. hiſt. 6. ſemina protinus poſt tegmen ambientia ſubeunt, ut nucis & amygdalæ, ſed cavitatem nullam habent, ſed tota plena atque perſolida ſunt: tamen humor quoque quidam, calorq; ineſt, 1. hiſt. 18. mas floret, fœmina minimè, ſed protinus fructum promit, 1. hiſt. 22. & quodammodo cacumine gignit, 1. hiſt. 23. Verùm 4. hiſt. 7. Palmam pelagicam ſcribit eſſe caudice admodum brevi, virgis ferè rectis, quæ ſubtus exeunt, &c. foliis ſpinarum acanicarum, erecti tamen, nec circumflexi &c.

Genera: Theophraſto 2. hiſt. 8. aliæ fructiferæ, aliæ ſteriles: illarum aliæ mares, aliæ fœminæ: ſic in fructu differentia: alii nucleum habent, alii eo carent: quidam durum, nonnulli mollem: ſic colore, alii candidi, alii nigri, alii flavi ſunt: magnitudine, quidam rotundi, veluti mala; alii parvi, cicerum magnitudine. Et Plinio l. 13. c. 4. palmæ genera undequinquaginta ſunt: at clariſſimæ omnium quas Regias appellavêre: quia Regibus tantùm Perſidis ſervabantur, Babylone nata: plura videantur ibidem: at quas in Caryotarum genere Nicolaos, in honorem Nicolai Peripatetici Philoſophi, ab Auguſto ita nominatas Athenæus voluit, harum & Aegineta meminit.

I. Palma major.
Palma, Trag. Matth. Dodon. ut: Ang. Lac. Tur. Cord. in Dioſc. Geſ. hor. Ad. Lob. Cæſ. Caſt. Acoſtæ, Lugd. Cam.
Palma ſive Dachel, Alpino.
Palma major, Bellon. (quæ in Ægypto celſiſſimæ) Tab.
Palma Tamara, in inſula S. Thomæ, Roëlſio in ep. ad Cluſ.
Palma dactylifera, Linſcot. 4. par. Ind. oriental. figur. 14.

Pingunt arborem, dein fructum cum floribus & Spatha.

Spatha, Ang.
Dactyli cum palma elate, Matth.
Palma elate, Cord. in Dioſ. Lugd. Tab.
Palmarum fructus, & flores & elate, Dod.
Caryotæ, Carotides, fructus palmæ dactyli, Caſt.

I = Phoenix dactylifera L. ... dict.

Palmarum fructus ſive dactyli, Lob.
Fructus dactyli in Italia, Caryotæ verò Dioſcoridi & Plinio, Cæſ.

Palmarum excelſam ſylvam, in Arabiæ deſerto Rauwolfius tranſivit, & tres ſpecies Dactylorum obſervavit: 1. quales ad nos adferuntur: 2. penitus rubros: 3. flavos, primis minores ſed ſapidiores, qui à Serapione Hayron nominantur.

Palmæ cerebrum ſive medullã, ἐγκέφαλος Græci vocant, qua veſcebantur, ut etiamnum in Alexandria & quidem cruda, cinaræ etenim ſaporem refert: ſolent Ægyptii ruſtici palmas abortivas requirere, quarum cacuminibus excìſis, candidam medullam eximunt & venalem proponunt. Varia palmarum genera ſunt, ſpinoſum in Creta, differens à Cephaloni ſive pumila Palma, Bellon.

II. Palma minor.

II = Chamaerops humilis L. ... dict.

Χαμαι-

χαμαίριφες, Theoph. 2.hiſt.8.
Chamærops, Plinio l.12.c.4.
Palma humilis, Matth.Cæſ.
Ceſaglioni, Anguil.
Palma minor, Geſ.hor.Tab.
Chamæriphes, Dod.Ad.Lugd.
Palmites, Lob.Garz.
Palma Chamærops Plinii, Lugd.

III. Palma humilis exotica.
Chamarriphe peregrina: & ejus fortè foliũ, Cluſ. ex.l.4.c.12.&13.

IV. Palmæ ſylv.in Cambaya ſimilis, Garz.

V. Palma Americana fructu racemoſo.
Palma Yuri dicta, Lerio in par.3.Ind.occid.
Palmarum in America quatuor aut quinque genera reperiuntur: inter quę frequentiſsima ea, quã Gerau, alia quoque quam Yri vocant: hæc fructu eſt rotundo ad effigiem racemi, tanti ponderis, ut ægrè una manu ſublevetur, ſed nucleus tantùm Ceraſi craſsitudine edulis, &c. Lerius.

VI. Palma manicam Hippocraticam referẽs.
Palma ſaccifera, Cluſ.ex.l.1.c.2.
Ex inſula maris Atlantici ſaccifera dicta, quia forma illi colo ſive ſacco, quale vinum aromatites percolare ſolent: in quibus nuces orbiculares durißimæ continebantur.

VII. Palma Americana ſpinoſa.
Hairi Theveti, Lugd. VII: Cocos guineensis, l. mill. dict.
Ayri Braſilianis, Lerio in deſc. Braſil. ſive Amer. par.3.
Ebenum eſſe multi exiſtimant: quia lignum ferri modo in aqua ſidit, ex quo Barbari enſes & ſagittas, qua ferreas loricas penetrare poſſunt, conficiunt: fructu eſt rotundo, pilæ luſoriæ magnitudine (cui nucleus ut nix albus, minimè tamen edulis ineſt, Lerio) ſimili facie, nomine Kayama Oviedus deſcripſit.

IIX. Palma vinifera Theveti, ex qua inciſa ſuccus effluit, qui vaſis terreis excipitur, & in quotidianam potionem, quam Mignol appellant, in promontorio Æthiopum (nunc promontorium Viride nominatum) reponitur: quæ ſuaviſsimi guſtus, quamvis ejuſdem arboris fructus, qui parvi ſunt dactyli, acerbi ſint nec facilè edi poſsint. Sic ex palma Cichorin ſimilis ſuccus elicitur, Lugdun.
an Palma cum grãdibus foliis, ut unum viro contra pluvias tegendo ſatis ſit, quæ perterebrata & tubulo immiſſo vinum copioſum, guſtu Hiſpanico ſimile profundit, quod Vinum Palmitem Hollandi vocant: par.5.Ind.or. fig.2.

IX. Palma vinifera fructu ex arboris trunco ſpinoſo.
Palmitas cujus fructus pineæ nuci ſimiles, Linſc. par.3. Ind. or. c.10. & par.4. fig.16. & par.5. fig.2. num.7.
Palmites arbores vinum exſtillantes non ſecus ac arbores Cocos, par.4.Ind.or.
Palmites arbores ramis & frondibus carẽtes, fructu ex ſtipite Ananas non diſsimili, grana plurima inſtar punicæ alicujus continente, par. 6.Ind.orient. c.38.

X. Arbor fructu nucis pineæ ſpecie.
Melenken Theveti in Necumere maris Indici inſula, Lugd.
Huc referri poſſunt
Palmæ aliæ, quarum fructus Cola dicitur, nuci pineæ majori ſimilis, pulpa quadruplici, intus colore rubicundo caſtaneæ forma continens: Pigafet. deſ.regni Congiani l.2.c.1.

XI. Palma humilis longis latisque foliis.
Palma, quam in Cypro creſcere Theoph.2.hiſt.8. ſcribit, quibuſdam: quod Guiland. in The. refutat, quia hujus fructus ſapidus non ſit, cum Muſæ longè ſuaviſsimus ſit. XI: Musa paradisiaca, l. mill. dict.
Pala Plinio l.12.c.6. major alia pomo & ſuavitate præcellentior, quo ſapientes Indorum vivunt: folium alas avium imitatur, longitudine trium cubitorum, latitudine duum &c. arbori nomen Palæ, pomo Arienæ.
Muſa, Maum & Amuſa, Serapioni, Avicen.Indis, Quelli, & Guinenſibus Bananas.
Muſa, Matth.Dod.gal.Bellon.Guil.Ad.Rauwol. Cæſalp. Caſt. Frag. Tab. Lug. Garz. cui & Ficus Martabanis.
Palmæ ſpecies pumila quæ Muſas fert, Geſ.hor.
Muſa Serapionis, Lob.
Muſa ſive Ficus Indica, Acoſtæ, Lugd.ap.
Poma paradyſi, Lud. Romano, hujus enim arboris fructum Adamum comediſſe volunt.
Platanus, Oviedo.
Dudaim in Bibliis: Phyximilon Aeſchylo: Margraita Gręcis & Latinis: Muz & Cemez, Mauritanis: Ficus Pharaonis. Kaſi: Melapoianda, Indis orientał. at Indis occid. Platanus: Abella, inſulæ D. Thomæ inquilinis dicitur, teſte Guiland. in The.
Mauz, Alpino.
Mauze Theveti, Lugd.

Huc referri debet,
Paquouere Americanorum, Theveti.
Muſa pacouere, Lugd. qui figuram Theveti à priore diverſam exhibet.

Hujus foliis gummi Elemni, aliquando & Sacchari panes involvuntur.

XII. Muſæ affinis in regno Catay.
Photel, nonnullis Ficus Pharonis, Thevet. Lugd.

XIII. Muſæ affinis altera.
Banam, fructus in regno Congiano, forma & guſtu Muſæ Ægyptiacæ: par.1. Ind. Or. l.2.c.1.

XIV. Palmam referens arbor farinifera.
Zagu, Ferd. Lopez.
Sagu, Pigafettæ, & ad Cluſ. cur. poſt.
Arbor vaſta in regno Fanfur, Polo Veneto.
Arbor farinifera, Cluſ. ex l.1. c.3. & 16. Lugd. & Claudio Dureto.

In Ternate inſula Aequatori proxima provenit, cujus ſummum faſtigium in caput orbiculatum inſtar Braſsicæ capitatæ extuberat, in cujus meditullio farina, ex qua panes fiunt: ſicut etiam apud Amboënſes, & panes & alia cum lacte fercula conficiuntur.

Arborem quandam in inſula Ternate detruncant, findunt, ligna fiſſa tamdiu tondunt, dum farina decidat, quam Sagge nominant, ex qua panes candidos quadrilateros conficiunt: par.5. Ind. or. At parte 8. panis Sagu Molucenſium, ex radicibus arborum confectus dicitur: quare Lerius in deſcript. Braſiliæ, putat farinam non ex ligno attrito, ſed ex radicibus Aypi & Maniot confici.

XV. Arbor exotica fructu dactylis ſimili.
Arbor tinctoria, Theveto, Lugd,

In regno Senege, arbor ex cujus nucleis oleum expreſſum cum aqua mixtum, pocula & pileos croceo colore tingunt.

XVI. Genus fructus palmulis ſimile, ſed ut piper linguam exurens, Linſcot. par.3. Ind. or.10.

XVII. Arbor foliis ampliſsimis fructu cucumeris forma.
Bonannas par.7. Ind. orient. fig.4. & par.5.c.7.
Bannana: par.6. Ind. or. & par.8.

Folia tantæ magnitudinis ut virum aliquem cooperire poſsint.

Huc referri poteſt

I. Ficus Indica fructu racemoſo folio oblõgo.
an Uva quam ex benedicta terra Moyſi attulerunt?
Platanus, Oviedo: & par.4. Amer.c.28.
Platanus Indica: par.9. Ind. occid. l.4.c.21.
Daracht, Moris ipſa arbor dicitur: Avicenna, Serapio, Rhaſis meminêre; Palud. notis in Linſcot.
Ficus Indica, Linſcot.4.par. Ind. or.11. & fig.11.
Pacoaire frutex, (ad Muſam Matthioli accedere cenſet) Lerio 3.par. Ind. occid.12.
Platanus ſive Bonannas, par.9. Ind. occid.

At fructus dicitur

Bavanas, Patan, Prian, Quelli Indis, pacona Braſilianis, Linſcot. l.c.
Paco, Lerio l.c.
Pacona, par.3. Amer. ep.1. de Braſil.
Poma Paradyſi, Brocardo ter. ſanct. deſ.
Davanas fructus, par.2. Ind. or.4.
Vannanas ſeu Ficus Indica, in Sumatra, par.4. Ind. orient.c.4.
Arbor Vannanas: par.8. Ind. occid.

Genera plura: 1. cæteris craſsius, Figos Dorta, Fici aulici Luſitanis dicuntur: 2. minus Seneryn dictum: 3. Cadolyn: 4. ficus nobiliſsimi Chyncapoloyn nuncupantur, Linſcot. l.c.

Folia hujus, quæ ulnam longa, tres Spithamas lata (lapathii aquatici ſex pedes longa, duos lata, Lerio) in variam ſupellectilem Indis in Goa cedunt, quibus & Turcæ papyri loco utuntur. Surculus ſæpè 200. ficubus prægnans eſt, uvarum modo in ſe compreſsis: acini ex quibus dependent, ſæpè in tantam molem grandeſcunt, ut à binis bajulis trãſverſa pertica vix geſtari queant: Toto anno fructifera eſt, & Indis commeatum quotidianum largitur: Linſcot.

Ex foliis in inſula Capul, ſuppanem conficiunt, quo corporis partem inferiorem & pudenda tegunt: par.9. Ind. occid.

Aliæ Platani adhuc in India reperiuntur, exiles & candidi, quas in Hiſpaniola Dominicos vocãt: alibi etiam craſsiores, & rubentes proveniunt: Joſeph. Acoſta l.4.c.21.

II. Ficus Indica fructu racemoſo altera.
an Ficus Indica circa Aceſinum amnem naſcẽtis, Theoph.1. hiſt.12.4. hiſt.5. & 2. cauſ.14.
an Fructus arboris Gaguey, Oviedo.
Arbor peregrina fructum ſimilem ficui gerens, Cluſ. ex. l.1.c.11.

Huc referre oportet
Fructum exoticum tertium, Cluſ. l.2.c.19.

Palma nucem ferens.

I. Palma Indica coccifera anguloſa.
Jauſiaſ Indi, id eſt, nux Indica, Avicennæ.

Nux

Nux Indica, Matth. Ad. Lob. Cæſ. Caſt. Lugd.
Nux Indica grandis, Cord. hiſt.
Palma in India naſcens, Theoph. Arnano, Straboni, Guil.
Coccus Indica, Lac. Frag.
Palma Indica Garziæ, quæ & Elephantis, Lug. ap.
Nux Indica 1. & 2. Tab.
Palma nuces Indicas Coccos dictas ferens, Pigafettæ in deſ. regni Congiani, ſive par. 1. Ind. orient. l. 2. cap. 1.
Palma Indica ſive Cocos, par. 9. Ind. occident. lib. 4. cap. 26.
Palma ſive nucifera arbor Indica, quæ Arabibus Maro, Indis Tengamaran & Lanha: at nux, Arabibus Narel, Indis Tenga, Luſitanis Coquo, Linſc. par. 4. Ind. or. c. 12. & fig. 11.
Palma Indica Coco vocantut & fructum: par. 9. Ind. occid. additam.
Cocos ſive nux Indica: par. 8. Ind. occid.
Coques nuces, ex cujus corticibus, corbes parant: par. 9. Ind. occid. additam.
Palma Cocoichne, palma indica nucem Indicam ferens, quas Linſcottus rotundas pingit, cum ex Guinea triangulares advehantur, niſi forte ſucco plenæ rotundiores ſint, Roëlſius in ep. ad Cluſ. ubi Linſcotti figura à Cluſio reprehenditur.

Fructus Luſitanis Coco & Coquen dicitur, ob tria foraminum veſtigia, quibus Cercopitheci caput repræſentant: & nucleus incluſus ſiccatus, Copra nominat, qui fructus & victũ & amictũ Indis ſuppeditat, & omni tempore nuces fert, Linſ. l. c.

In Caryotarum genere, quas Plinius Nicholaos appellat, aut quod Pateton vocat, eſſe volunt.

Liquorem colligunt ex nuce, quem Suram nominant: & Ambonenſes Vinum de palma: & quomodo vinũ ex his fiat, oſtenditur ad Cluſ. cur. poſt. Ex hoc ſpiritum eliciunt, qui incolis Arack, aliis Fula, ſive Mype, id eſt Vinũ ſublimatũ dicit: ſed & alio modo diſtillata Sura, Uraca fit. In ſumma ex Palma, fructus, oleũ, lac, mel & acetũ colligunt: ex cortice ligneo pocula, ex paleaceis nucũ integumẽtis, funes ad naves, foliorũ deniq; quoq; uſus exiſtit.

Genera Cocos ſeu Palmæ Indicæ quatuor ſunt: 1. nucum jam dictarum, ex quibus Indi univerſi omnem ſuum victum quærunt: 2. Luſitanis Arraquero: quæ Areccam fert: 3. dactylifera, Tamar: 4. Lantor dicta, ex quo Indi papyrum ſuum quærunt: 4. par. Ind. or. c. 3.

II. Palma coccifera figura ovali.
Coccus de Maldiva, Garz. Acoſtæ, Frag. Cluſ. ad Garz.
an Nucum genus peculiare contra venena, in inſula Melandyna, Linſc. par. 2. Ind. or. c. 15.

Fructus argento includuntur, ut & priores: aliquando prægrandes admodum, interdum exigui in littus ejecti reperiuntur.

III. Palma Javanenſis longiſsimo folio.
Lantor, è Coquos ſeu Nucum Indicarum claſſe, folia viri longitudine proferens, par. 4. Ind. or. c. 3. & 6. fig. 15.

Fructum fert puſillum Ceraſi magnitudine, qui nucleum carros dictum continet: hanc Palmam aliqui primæ fœminam exiſtimant.

IV. Palma coccifera ex Guinea.
Avellanæ Indicæ ſpecies, Matth. Lugd.
Avellana Indica, Lob. Tab. (Garz.
Fructus 1. cum Cocco affinitatem habens, Cluſ. ad
Palma Ady, Roëlſio in epiſt. ad Cluſ. qui an ſit Palmæ Caryotides Dioſc. & Galeni, dubitat.

Fructus Abariga incolis, Caryotes & Carcoſſo Luſitanis, Citrii mali magnitudine, ex cujus pulpa oleum exprimunt, id eduliis miſcentes: ex germinibus ſuccum colligunt, quo ut Vino inebriantur.

V. Palma coccifera Braſiliana.
Sabucaje pomo eſt ambobus pugnis ampliore, forma calycis, in quo nuclei amygdalinis ſimiles, etiam ſapore, Lerio 3. par. Ind. occid. c. 12.

VI. Avellana anguloſa villis obſita ſi modo à priori diverſa ſit.
Fructus peregrinus 3. cum priore magnam ſimilitudinem habens, Cluſ. ex. l. 2. c. 29. Lugd. Tab. Ger. hujus nucleus pro
Fructu peregrino 5. proponitur à Cluſ. Lugd. Tab.

VII. Palma coccifera minor. (Ger.
Palmitas quarum aliquas fœmellas dicunt, quæ vinum nullum proferunt, ſed fructibus abundant, quorum nucleus juglãdis magnitudine, cujus cortice aperto, tres in eo nuces, avellanis ſimiles: par. 6. Ind. or. c. 12.

IIX. Palma cujus fructus Cuci.
Κυκιοφόρον inquit Theoph. 4. hiſt. 2. ſimilis Palmæ, ſimilitudinem in caule & foliis repræſentans: quæ cum aliquantulum increverit bifida fit, iterumque horum utrumque pari modo dividitur: virgas breves nec multas profert: fructum fert magnitudine qua manum impleat, rotundum & oblongum, colore flavicante, ſucco dulcem & gratiſsimum, non congeſtum ut Palmæ, ſed per ſin-

gula diſcretum, nucleo magno vehementerque duro,&c.

Cuci Plinio l.13.c.9.qui eadem ferè quæ Theoph. habet.

Cuciophera,Matth.Cam.ep.Lugd.ap.Tab.Ger.

Cuciophoron,Ang.

an Nux Indica minor, Cuci Theophraſti, Cord. hiſtor.

Bdellii fructus Cortuſi,Cluſ.hiſt.Lugd.

Perſeæ,hunc fructum adpinxit,Lugdun.

Cuci fructus,ſuo pulvino nudatus,Cluſ.hiſt.

Cuci fructus,Linſcot.par.4.Ind.or.fig.18.

IX. Nuci Indicæ majori affinis fructus Braſilianus.

Fructus exoticus quintus binis foraminibus parte anteriore,Cluſ.ex.l.2.c.16.

X. Nucula Indica ex Guinea.

Nucula Indica,Ad.Lob.ico.

Nux altera,Cluſ.ex.l.2.c.26.

Nucula Indica ſecunda,ad Cluſ.cur.poſt.

Ex foliis liquor exprimitur, aut ea in aqua decoquuntur, eoque pro potu utuntur: at ex fructu panem ſuavem conficiunt.

XI. Palma cujus fructus ſeſsilis Fauſel dicitur.

Fauſel Serapioni:Filfel & Fufel,Avicennæ.

Avellana Indica, Matth. qui una tabella triplices fructus pingit, ut & Lugd. hic tamen & nucem ex Cluſio adpoſuit.

Fauſel,id eſt Avellana Indica,Cord.hiſt.Frag.

Fauſel ſive Areca,Garz.

Areca ſive Fauſel,Cluſ.in Garz.Lugd.

Avellana Indica cujus fructus Areca, Acoſtæ.

Areca palmæ ſpecies,Scalig.Vartomanno,cui fructus Coffol,& Lugd.Romano Chofola,Lugd.

Areca.Caſt.Tab.Ger.hi duo & arborem & fructũ, tam hujus quàm ſequentis,una tabella proponũt.

Fauſel cũ ſuo involucro & eodem exutũ,Ad.Lob.

Nuci Indicæ affinis fructus,Areca,Cæſ.

Palmæ Indicæ altera ſpecies, quæ Luſitanis Arequiero,quæ fructum Arecca ſeu Fauſel parit,Linſcot.4.par.Ind.or.c.5.& fig.11.

Arecca & Arrequa, Supary, Arabibus Fauſel fructus dicitur,Linſc.4.par.Ind.or.c.16.

Genera tria: 1.latere uno preſsior,altero latior & major:2.minus,nigricantius,durius,Checanyn dictum : 3. à cujus maſticatione homo ac vino inebriatur,Linſc.l.c.

XII. Palma cujus fructus oblongus Fauſel ſimilis.

Avellanæ Indicæ genus oblongum,Cluſ.in Garz. Lob.

Nux oblonga quæ Fauſel cum ſuo involucro magnitudine æquat,Lugd.cui Avellana Indica 4. ordine in tabula.

XIII. Palma fructu nuce juglande minore & rotundiore.

Alia ſpecies Coquillo dicitur,in Chile fructu ſuaviore,par.9.Ind.occid.l.4.c.26.

XIV. Fructus exoticus Fauſel affinis.

Fructus exoticus 2.à Clutio, Cluſ.ex.l.2.c.23.

XV. Fructus Javanenſis quadrangulus cortice reticulato ſpadiceo.

Peregrinus fructus τετράγωνος prægrandis, alterius Palmæ fructus fortè,Cluſ.ex.l.2.c.5.

Hunc cum pluribus aliis à D. Hoofft Guilelmi, Amſtelrodamo accepi.

XVI. Nucis de Coulcul quæ gemini pugni magnitudine fit, quæ parvis granis eſui aptis, atq; Avellanæ inſtar dulcibus plena ſit, meminit Bellonius obſ.l.1.cap.ult.

XVII. Couroq, fructus Braſilianis, ex quo oleum exprimunt curandis vulneribus pręſtantiſſimum: Lerius, vel 3.par.Ind.occid.10.

Palma ſquamoſo fructu.

I. Palma conifera ex Guinea ſquamis ad pediculum converſis.

Palma pinus ſive conifera, Ad.Lob.ico.

Palmapinus ſylveſtris,Lugd.

Peregrinus fructus ſquammoſus, Cluſ. in auctar. ad exot.

Fruticis aut arboris exoticæ ramus cum fructibus ſquammoſis,Cluſ.cur.poſt.

Includitur nucleus durus, venoſus, qualis interdum pro inſigni aliquo lapide obtruditur.

II. Palma conifera ſquamis ſurſum cõverſis.

Fructus peregrinus abiegnæ nuci ſimilis, Cluſ. ex. l.2.c.3.

III. Palma conifera ſquamis à prioribus differens.

Palmapinus ſive conifera Penæ,Lugd.

Palmapinus,Caſt.ap.

Palma conifera,Tab.

IV. Fructus ſquammoſus orbicularis major juglandis magnitudine.

Fructus peregrinus ſquamoſus tertius, Cluſ. ex. lib.2.c.3.

V. Fructus ſquammoſus orbicularis minor, avellanæ magnitudine.

Fructus peregrinus ſquammoſus ſecundus,& fru-

ctus

ctus Cannę de Bengala creditur, Cluſ.ex.l.2.c.3.

VI. Fructus ſquammoſus orbicularis ſulcis rectis, obliquis & tranſverſis.

Guayauæ fructus elegantiſsimus, Cluſ.ex.l.2.c.4.

Guanavanus, par.9.Ind.occid.c.28.

Variat fructu cordis effigie viridi: item orbiculari crocei coloris.

VII. Fructus ſquammoſus pyriformis.

Fructus aſpero cortice ex Baly inſula, Cluſ. ex.lib. 2.cap.4.

IIX. Palma fructu aculeato ex arboris trunco prodeunte.

Jaca, Garz. Acoſt. Frag. Lugd.

Jaca minor, Caſt.

Jaceros in Calecut, Ludov. Romano.

Jaaca & Jaqua, Linſc.4.par.Ind.or.c.6.& fig.16.

Fructus melonis magnitudine: quoddam genus adeo auget, ut ab uno homine ægrè attolli queat: Duplex eſt, alter & præſtantior Barca: alter Papa aut Giraſol appellatur.

IX. Arbor fructu Ananas ex caudice emergente, nucleis turgente.

Arbor ſine foliis ſeu ramis, in inſula minore S.Mariæ par.4.Ind.or.c.6.

X. Arbor Indica fructu racemoſo erinaceo.

Erinaceus Luſitanorum, Linſc.par.4.Ind.orient. fig.16.

Fructus in Baly inſula pomi ferè magnitudine, aſpera & ſpinoſa cute tectus.

XI. Fructus cortice ſquammoſo.

Fructus ex Bally pyri magnitudine, cortice inſtar piſcis ſquammarum aſpero, nucleo uno vel altero, Linſcot.par.3.Ind.or.c.39.& par.4.c.6.

Nuces exoticæ.

I. Nuculæ ſaponariæ non edules.

Arbores, quæ à precariis ſphærulis & à ſapone cognomen acceperunt, foliis filicis, Oviedo hiſt. Ind. Lugd.

Sphærulæ ſaponariæ Oviedi, Monardi.

Fructus exoticus 16. Cluſ.ex.l.2.c.16.

In Hiſpaniola fructu integro cũ aqua pro ſapone utuntur: ex oſsiculis fiunt corollæ ebenis ſimiles.

II. Nux vomica in Officinis.

Nuces vomicæ Sepiaſiis, quas Methellas genuinas crediderunt, Matth.

Nux vomica communis, nec vomica eſt, nec metella, Ang.

Nux vomica, Cord.hiſt. (cui & canina) Caſt. Lug. Tabern.

Nux metella, Lac. vulgò & Fungus orientalis, Cęſ.

Nux metella vera, Vomica officinarum, Lon.

Vomica officin. falſo Metella, Guil.

Tithymali myrſinitis fructus, Fuch.comp.

Nux vomica, fortè Cutſchula, Rauwolf.

Homini noxiam dicit Matth. innoxiã Milichius & Renodæus: potiones ſomniferas ex his ſe paraſſe, Braſſavolus ſcribit.

III. Nux metel officinarum oculata.

Nux metel communis, Vomica non eſt, ſed potius Metel verum, Ang.

Nux vomica, Lac. vera, Metella officinarum, Lon.

Nux methel ſive methela, Lugd.

Hippomanes Cratevæ quibuſdam, Eid.

Fructus peregrinus ſextus, Cluſ. ex.l.2.c.30.& in altera tabula, Lugd.Tab.& Ger.

Nucum genus gallis tum forma tum magnitudine ſimile, Ind.or.par.4.c.8.

IV. Cocculæ officinarum.

Baccæ cotulæ Elephantinæ Germanis pharmacop. Matth.epiſt.

Solani furioſi fructus, Cord.in Dioſc.

Cuculi fructus Solani furioſi in Ægypto, Eid.hiſt.

Coco de levanti, quidam fructum Tithymali paralii eſſe putant, Lac.

Grana orientis, Cornaro.

Nux vomica fortè, q̃ officinis Galla oriẽtalis, Cęſ.

Cucculus Indicus, Caſt.

Cocculę oriẽtales, Doam Sames in Halepo, Rauwolf.

Coco orientalis, Frag.

Cocci orientales, Tab.Ger.

Baccæ orientales & piſcatoriæ, Condroncho.

Hæ ſæpe racematim pediculis hærentes, hederæ corymborum modo ex Alexandria adferuntur. Pro pediculis nullũ præſtantius remediũ inventũ, Cõdrõchus peculiari de his baccis tractatu ſcribit.

Quidam Solani manici, quidam Tithymalli, quidam Clematidis fructum opinantur.

V. Anacardium: fructus hic veteribus Gręcis incognitus cenſetur, quem recentiores Græci *anacardin*, à cordis cumprimis reſiccati, tum ſimilitudine, tum colore nominarunt. Baladar Arabibus, ut Serapioni.

Anacardium, Matthiol. Lac. Cord. hiſt. Lon. Caſt. Garz. Acoſtæ, Frag. Lugd. Tab. Ger.

Anacardium, Arabibus Balado, Luſitanis Faba Malaccana, ex qua viridi Achar conficiunt, id eſt, ſale & aceto maceratum condiunt, Linſcot.par.4. Ind.or.c.29.

Anacar-

Anacardus ſive Anacardium: Perſea forte Plinii Cæſ.

Variat: nam quod in Malavar oblongiore porrecto collo eſt, eo quod in Sunda prodit.

VI. Anacardii alia ſpecies.

Acajon, Theveti, Lug. Lerio 3. par. Ind. occid. c. 12.
Cajous Acoſtæ, Cluſ. ad Garz. Lugd. Ger.
Cajos, Linſcot. par. 4. Ind. orient. 9. & fig. 13.
Caſtaneæ quæ ex Indiis adferuntur: Rondil. cap. de memoria deperdita.
Anacardii aliud genus, quod Cajous, Frag. Tab.
Fructus peregrinus 7. Cluſ. ex l. 2. c. 30. & in tab. altera, Lugd. Tab. Ger. nux eſt Cajous immatura.

Fructu ovi anſerini forma, cuj⁹ extremo nux leporini renis figura (cujus nucleus ſuaviſsim⁹) adnaſciẽ ex fructu Canibales potionis gen⁹ cõficiũt.

Arbores venenatæ.

I. Arbor fructu orbiculari venenato.

Penoabſou Theveti, Lugd.

Arbor in America portulacę foliis, & in fructu quolibet nuces ſenæ amygdalis ſimiles, in ſingulis ſinguli nuclei, ad vulnera ſananda, ut & oleum ex iis expreſſum, utile.

II. Arbor fructu pilæ magnitudine.

Arbor venenata 1. Theveti, Lugd.

Hujus ſucco Canibales ſagittas imbuunt.

III. Arbor ſucco venenato, radice eſculenta.

Arbor venenata alia, ex qua ſcarificata ſucc⁹ mortifer emanat, radice tamen eſculenta, ex qua farinam, qua veſcuntur, faciunt, Thev. Lugd.

IV. Arbor fructu venenato, radice venenorum antidoto.

Arbor Baxama, cujus & umbra & fructus ſuffocant: cum tamen radix in aliis regionibus, venenorum antidotus ſit, ut & fructus qui Rabaxit vocatur, Theveto, Lugd.

V. Arbor braſsicæ folio excelſiſsima Americana.

Uhebebaſou fructu pedis longitudine, quo apum examina nutriuntur, Theveto, Lugd.

HERBAE & ARBORES admirandæ.

I. Planta ſanguineos ſudores excitans, in epiſt. ad Monard.

II. Herba mortem aut vitam in morbis prænuncians, Monard. Lugd.

III. Baharas in Judæa radix colore flammæ aſsimilis, circa veſperam veluti jubare fulgurans: quæ accedentem & evellere cupientem tam diu refugit, nec prius fugam ſiſtit, quam urina muliebri, aut mẽſtruo ſanguine conſperſa fuerit, Joſeph. de bello Judaico.

cum Aglaophotide ſive Cynoſpaſto terreſtri Æliani: marmaritide Democriti: Cynocephalia & Oſiritide Apionis: moly, Homeri: & pœonia non Dioſcoridis, ſed Galeni, niſi fallor, convenit. Guiland. pap.

Baaras aut Babras Joſephi, ex loco natali, Caſt.

IV. Frutex Tartaricus.

Agnus Scythica, Borametz, Sigiſ. Baroni ab Herberſtein in hiſt. Moſcovitica, Scalig. Lugd.
Borametz Tartarica, Claud. Dureto, qui eũ pingit.

Ex ſemine Melonis magnitudine creſcit figura agni, quem omnibus partibus repræſentat & pro carnibus pilos gerit ſingulari cornu ſpecie, & radix ad umbilicum ſurrigitur.

V. Arbor venereos ſtimulos domans: in epiſt. ad Monard.

VI. Arbor foliis ambulantibus, Pigafettæ.

Arbor in inſula Cimbabon, Coſtęo, Guilãd. pap.
Arbor mira cujus frondes repunt, Scalig.
Arbor foliis virentibus & ambulantibus, Dureto, qui eam pingit.

In inſula Cimbabon, arbor foliis Mori multùm ſimilibus, parte utraq; binos pedes breves & acutos habens, quæ ubi tanguntur, diffugiunt.

VII. Arbor Malvarenſis foliis tactu ſe contrahentibus.

Arbor in provincia Pudefetan in Aſia, Nicolao Conti, Pogio Florentino, Cardano.
Arbor pudica, Scalig. Dureto, qui arborẽ pingit.
Arbor verecunda in Pudefetania, Coſtæo.
Planta in Peru naſcens, cujus folia contactu ſiccãtur, Franciſco Lopetz: quam tamen Acuan verum aliqui putant, Cluſio monente.
Herba pudica, Lugd.
an Arbor circa Memphim, Theoph. 4. hiſt. 3. naſcitur peculiaris quædam arbor circa Memphim, nõ foliis, vel ramis, vel tota forma peculiare quid ſortita, ſed eventu: facies enim ejus ſpinoſa, foliũ filicibus (pennis Plinius) nõ abſimile: ſed cum ramulos quiſpiam contigerit, folia veluti areſcentia & langueſcentia contrahi ajunt, deinde paulo poſt ad vitam redire. Idem fere Plinius l. 13. c. 10. Huic arbori affinis herba, quam l. 10. ſ. 2. ſub Herba viva propoſuimus.

II. Arbor aquam fundens.

Arbor perennes aquas è foliis exudans, Benzoni in inſul.

in inſul.Canar. deſcr. vel Ind.occid. par.6. ubi & figura habetur.

Arbor mediocris magnitudinis in inſula Ferro, cui ſimilis in toto orbe non invenitur, Linſcot. par.3.Ind.or.c.5.

Arbor in Ferro inſula, quæ incolis Garoë: Hiſpanis Sancta: veteribus hiſtoricis Til vocatur, par.8. Ind.orient.

Vide & Cardanum 6. variet.rer.22.

Ombrion ſive Pluvialem Plinii & Solini, hanc inſulam ſuſpicantur. Plin.l.6. c.32. in inſula Ombrion vocata, arbores ſimiles Ferulæ, ex quibus aqua exprimitur: ex nigris amara, ex candidioribus potui jucunda. Verùm Benzo & Linſcottus, arbori folia Juglandis, quanquam paulò majora & perpetuò viridia tribuant, quæ fructum habet in cortice glandis inſtar pendentem, cum nucleo ſuaviſsimo & valde aromatici guſtus, par.8.Ind. oriental.

In tota inſula nulla aqua reperitur, præter eam quæ ex illa arbore manat, quam perpetua ac denſa nebula, ubi ſolis æſtus non flagrat, circumdat.

IX. Arbores quibus ædiculæ ſuperſtruuntur. Ceibas ſive Cerbas arbor maxima in Ind. occident. quam homines quatuordecim ſimul complecti nequeunt, Oviedo, Cardano, Franciſco de Bello foreſto.

Cerbas arbor in Nicaragua, quā quindecim complecti non poſſunt. Tantæ craſsitiei, ut Indi ædiculas ſupra conſtruant, Petrus Martyr: pingit Claudius Duretus: vide & par.6.Ind.occid.61.

Ceyba arbor, Lerio deſ.Braſ.c.12.

Ceyuas arbor grādis in India, ex quibus Indi ſuas Canoas fingunt & excavant, 9.par.Ind.occident. l.4. c.30.

Ligno eſt fungoſo ut Suberis: fructu lana referto & ſemine bombacis.

Quomodo Indi in arboribus domicilia habeāt, duabus figuris exprimitur, in parte 6. Americ. & iſtorum ædificiorum meminit etiam Petrus de Cieca par.1. Chronicæ Peruanæ cap.12. & 27. & 29. quæ valdè capacia eſſe ſcribit, ut plures etiam integras familias capere poſsint.

X. Arbor in ſummo cacumine ſaltem frondes minimas parturiens, ex cujus trunco integro, Canoas ſuas exſtruunt, Linſc.par.1.Ind.or.fig.21.

XI. Licondo, arbor tantæ magnitudinis, ut ſex viri brachiis expanſis vix poſsint circumdare, & tantæ magnitudinis, ut 200. viros cum armis & remis capere poſsint, ex cujus trūco excavato ſcaphas conficiunt in regno Congiano, part.1. Ind. orient. c.4.

XII. Rattiak arbor, ex qua in Virginea lintres fabricant, 1.par.Ind.orient.

XIII. & XIV. Yga, Yuuera, arbores in Braſilia quas integras decorticant, cortice illæſo, ex quo ſcapham parant, quarum ſingulæ triginta armatos vehunt: nam cortex pollicaris craſsitudinis, quatuor pedes latus, quadraginta longus: par.3.Ind. Occid.l.3.c.25.

Sic ex arboris Yuire vocatæ cortice tiliæ perſimili, funes conficiunt: Lerius deſ.Braſil.c.14.

